PActumeius.] CASVS. Quidam nomine Pactum eius Androſthenes inſtituit ſibi heredem ex aſſe Pactumeiã Magnam filiã Pactumeij Magni: & ſubſtituit ei dictum Pactumeiũ Magnũ. poſtea Pactũ eius Magnus prę dictus fuit occiſus: & poſtea peruenit rumor ad dictũ teſtatorẽ ꝙ & Pactumeia Magna ex aſſe inſtituta eſſet mortua: ipſa tamẽ in veritate nõ erat mortua. dict⁹ autẽ teſtator credẽs eã mortuã, mutauit teſtamentũ ſuum, & quendã nomine Nouiũ Rufum ſub hac præfatione heredẽ ĩſtituit: Quia heredes quos volui mihi habere, cõtingere nõ potui, Noui⁹ Rufus heres eſto. & poſtea deceſſit dictus Pactumeius Androſthenes teſtator. poſtea venit Pactumeia Magna ex aſſe primò inſtituta (vt dictũ eſt) & ſupplicauit quibuſdam imperatoribus tũc exiſtẽtibus, id eſt imperatori tunc exiſtẽti, vt cogeret dictum Nouium Rufum ſecundò inſtitutum ad dimittendam hereditatem prædictã ſibi Pactumeiæ Magnę primò inſtitutæ. Imperator autem miſit pro Nouio Rufo: & dixit prædicta. Nouius autẽ Rufus reſpondit & dixit: Si ipſa vult mihi aliquid dicere, det mihi libellum. vnde ipſa dedit ei libellũ, & tandẽ fuit lis conteſtata inter eos coram imperatore. Imperator autem poſtea pronuntiauit hereditatem ad Pactumeiam Magnam prædictã pertinere. putauit enim ei ſubueniendum ex voluntate teſtantis, quamuis in inſtitutione Nouij Rufi contineretur talis modis, *Quia heredes quos volui mihi habere, contingere non potui* &c. & quamuis propter dictum modum videatur debere habere hereditatem dictus Nouius Rufus, ideo ꝙ falſus rumor non ſolet obeſſe inſtituto: habebit ergo Pactumeia Magna hereditatem: ſed legata relicta à Nouio Rufo in ſecundo teſtamento, debebit Pactumeia Magna præſtare legatariis: perinde ac ſi in poſteriori ſiue in ſecundo teſtamento ipſa fuiſſet heres inſtituta. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

† Vnde Imperator Pertinax nulli⁹ ſe aditurum hereditatẽ profeſſus eſt quæ lite perplexa delata eſſet, vt legitimi heredes & neceſſarij priuarẽtur. Capitol. in eodem.

* Sunt qui emendant, primo, quibus non adſtipulor, nec hîc, nec in l. vlt. j̃. ad Trebell.

* Vide Alc. lib. diſpunc. 4. c. I.

† continge-re.

* inſtitutioni, pro inſtitutione. i pro e.

* quia tamẽ falſus rumor.

† Sunt qui legere malint, qui falſus, contra fidem Flo.

† Cõcor. gl. in. c. ad audientiã circa me. ĩ verſi. & legata præſtantur. extra de reſcrip.

m *Mutauit.* teſtator. Accurſius.

n *Rufum.* aliàs Rufum: & eſt proprium nomen. aliàs rurſum.

o *Modus.* id eſt cauſa: vt infra de condi. & demonſtra. l. demonſtratio. & eſt hoc, ſcilicet quia heredes &c. quia Falcidia non debetur ei, id eſt non ſolet &c. vt. C. de fal. cauſa ad. per totum. & infra de condi. & demon. l. falſa. niſi probetur quòd teſtator non erat aliàs relicturus: vt infra de condi. & demon. l. cum tale. §. falſa. & hoc ſubiicit. probatur enim hîc per præfationem: quia heredes &c.

p *Pertinere.* non ergo tenet ſecundum teſtamentum. Sed contra s̃. de inoffi. teſta. l. ſi inſtituta. §. fi. & l. ſeq. vbi valet: quod patet: quia rumpitur per querelam. Solu. hoc eſt hîc propter primum teſtamentum, vel propter præfationem ſecundi, per quam patet quod teſtator nolebat valere ſecundum. Accurſius.

q *ſed legata.* Nota ſpeciale contra regulam quæ eſt. C. de fideicõ. l. eam quam. vt ibi no. & facit ad hanc. l. C. de teſta. mili. l. ſi cum. & infra de ſecun. tabu. l. qui ex liberis. in princ. & ſupra de pac. l. tale. §. fina. & ſupra de teſta. tute. l. penul. & inſtit. quibus mod. teſta. infir. §. ſi quis priore.

SVB-

**SVBSTITVTIONVM**
alia.

2 *Vulgaris expreſſa.*
3 *Partim expreſſa, partim tacita.* } 1 Vulgaris. 4

5 *Pupillaris expreſſa.*
6 *Partim expreſſa, partim tacita.* } Pupillaris. 7

8 *Exemplaris expreſſa.*
9 *Partim expreſſa, partim tacita.* } Exemplaris.

*Vulgaris.*
*Pupillaris.*
*Vulgaris.*
*Pupillaris.*
*Pupillaris.* *Vulgaris.*
*Exemplaris.*
*Pupillaris.* *Vulgaris.*
*Exemplaris.* *Fideicommiſ.*
*Fideicommiſſ.* } 21 Breuiloqua.

11 *Militaris directa.*
*Pupillaris.* 12 *Vulgaris.*
*Directa militaris.*
13 *Fideicommiſ.*
*Pupillaris.* 14 *Vulgaris.*
*Fideicommiſſ.* } 10 Compendioſa.

15 *Pupillaris tacita.*
16 *Exemplaris tacita.*

17 *Vulgaris tacita.*
18 *Exemplaris tacita.*

19 *Vulgaris tacita.*
20 *Pupillaris.*

22 *Pupillaris.*
23 *Pupillaris.*
*Vulgaris.*
24 *Pupillaris.*
25 *Vulgaris.* *Pupillaris.*
*Exemplaris.*
26 *Vulgaris.*
*Fideicommiſſ.* *Pupillaris.*
*Fideicommiſſ.* *Exemplaris.*
27 *Vulgaris.*
*Fideicommiſſ.*
28 *Vulgaris.*
29 *Pupillaris.*
30 *Vulgaris.*
*Exemplaris.* *Pupillaris.*

## DOMINO IOANNI DE SELVA, INVICTI FRANCORVM Regis Senatorum præſidi meritiſſimo, iuriúmque interpreti facundiſſimo, Fabianus Bodeti ſcholaſtichus ex ſorore nepos S. P. D.

*Quæ tibi pridem dum apud Toloſates publicè de iure reſponſitans inter togatos ſumma dicendi facundia pollebas, ac demum iuris obſcuri interpretationibus, æquique ac boni conſultationibus velut alter Cato præeras, innumeræ erant laudes: vt earum vel in puſillis imitator efficerer, ſimul vt iuris ſtudioſorum, præſertim iuniorum, votis ſatisfacerem, qui ſubſtitutionum rationem compendio ac methodo ſibi tradi poſtulabant: ex ſcabroſis iurium circa ſubſtitutiones nodis typum pro ingenioli mei modo collegi, vbi ſingula quæ ad hanc rem ſpectant, oculata fide perſpici poſſint: non diſſimilem valde rem Imperatoris Iuſtiniani inuento conatus, qui cognationum gradus in ſchemate etiam propoſuit, vt & auribus & oculorum inſpectione iuuenes proficerent. Hoc igitur inuentum meum, qualequale eſt, tibi, à quo magnifica in me collata beneficia ingenuè profiteor, pluráque ſpero, ſoli dedico, maiora de me in poſterum vt ſperes iubens, ac à te in primis, & quocunque melius ſentiente corrigi paratus, & tuo obſequio perpetuò mancipatus.* *Vale.*

1 VVLGARIS ſubſtitutio, eſt ſecunda inſtitutio directa: quæ à quolibet & cuilibet fieri poteſt: & nihil habet ſpecialitatis. Imol. & Lanfran. de Oriano in.l. centurio.ff. de vulga. Iaſon in.l.j. colum. iiij. illo titul. Et dicitur vulgaris, quia vulgo omnibus poteſt fieri.gl.in.c. Rainutius. de teſta. glo. inſtit. de vulg. ſubſtit.in princ.de quo late per Bart.in.d.l.j.poſt Guil.de Cuneo. Et habet quinque effectus, quos expedit Bart.in d.l.j.& ibi Alexand. & Iaſon. Prim' in homine ſui iuris intelligitur, ſi heres non eris, vel alium heredem non feceris.l. cũ proponas.C.de here.inſtit.§.fi.inſti.de vulga.Secũdus, quòd teſtamẽtum poteſt aſſumere vires ab ipſa vulgari ſubſtitutione. l. iij. §.fina. ff. de libe.& poſtu. Tertius, quòd vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam.l.nam hoc iure.ff. eo. Quartus, quòd per vulgarem ſucceditur teſtatori.inſtit. de vulga. in princ. Quintus, quòd vulgaris facit de ſuo & neceſſario voluntarium. l. ſi filius heres.ff.de lib. & poſtu. & durat hæc vſque ad aditionem hereditatis, & ea adita expirat.l. poſt aditam. C. de impu. glo.in. d. c. Rainutius. & in. §. qua ratione. inſtit.de pup.& de eius ſpeciebus vide in cellulis ſuis.

2 Expreſſa dicitur tripliciter, primo in genere, vt ſunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua vel compendioſa. glo. in. l. Lucius.ff.eo.& in.l.in teſtamento. C. de teſta. mili.in.l. precibus. C. de impu.& ibi docto. Alia eſt expreſſa in ſpecie, vt eſt illa quæ exprimit ſpeciem ſubſtitutionis, vt ſi heres non eris, talis ſit. ſed poteſt illud eſſe, quia noluerit, vel non potuerit. l. cum proponas. C. de here. inſtit. & nullus horum caſuum ſingularium hîc exprimitur: ideo dicitur expreſſa in ſpecie, & non ſingulariter.

ff. Infort.

Alia dicitur expreſſa ſingulariter, quæ exprimit caſum ſingularem in quo comitatur: videlicet ſi heres eſſe nolueris, talis ſit. facta tamen in caſu impotẽtiæ trahitur ad caſũm nolentiæ: & econtra.l. Gallus. §. & quid ſi tantum.ff.de lib. & poſtu. limita tamen quinque modis, de quibus per Alex.in.d.l.j.

3 Partim expreſſa & partim tacita dicitur duobus modis, ſcilicet quo ad verba, vt ſunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua & compendioſa.nam reſpectu verborum generalium dicuntur expreſſæ: reſpectu verò verborum ſpecialium dicuntur tacitæ.j.glo.in.l.in teſtamento. C. de teſta.mili. quæ appellat eas tacitas & expreſſas. & ita concor. gloſ.in.l. precibus. C. eo. & in.l. Lucius.ff.eo. quæ dicunt eas expreſſas. & gloſ. in. §. qua ratione. inſtit. de pupil.quæ dicit eas tacitas. Alia eſt quo ad caſus, vt ſi heres eſſe nolis. quia iſte caſus nolentiæ comprehendit & trahitur ad caſum impotentiæ.l. Gallus. §. & quid ſi tantum.ff. de lib. & poſtu. quia paria ſunt nolle & non poſſe. l.j. §. vſus. ff. de procu. facit tex. in.l. fi.C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condi. fact. & ſic quo ad caſum expreſſum appellatur expreſſa, quo ad tacitum tacita.Bart.in.d.l.j. & ibi Alex. Iaſon & ſcribentes.

4 Moribus introductum eſt vt pater filiis ſuis in poteſtate conſtitutis minoribus.xiiij. annis poſſit teſtari pupillariter ſubſtituendo. l.ij. ff. de vulg. in princ. & inſtitu.eo. in prin. dum tamen concurrant octo quæ ſunt neceſſaria quo ad hoc vt pupillaris poſſit fieri filio: de quibus per text.gloſ. & Barto. in. d. l. ij. & in. l.in teſtamento. C. de teſta. mili. Et finitur hæc pubertate & aliis modis, de quibus per gloſ. magiſtram, & ibi text. & doct. in. l. in pupillari. ff.eo. facit.§. maſculo. inſtitu. de pupil. habétque alios effectus, videlicet quòd pupillaris expreſſa continet vulgarem ta-

citam.d.l.nam hoc iure. Secundus eſt, quòd per eam ſuccedit ur pupillo.inſtitu. de pupil. in princ. Tertius, quòd pupillaris ſubſtitutio expreſſa excludit matrem, & quoſcunque venientes ab inteſtato.l. Papinianus.§. ſed nec impuberis. de inoffic. teſt.ff.d.l. precibus.&.l.ſi teſtamento.C.de impube.cum per eam ſuccedatur ex teſtamento.l.iij. de acqui. here.ff. Quartus, quia quos pater poteſt ſibi neceſſarios facere, & filio ſuo. d.l,ij.§. prius in fi. Bar. & omnes ibidem.

5 Expreſſa dicitur illa quæ fit verbis expreſſis: vt ſi heres ſis, & moriaris in pupillari ætate, talis ſit. Tacita vero eſt illa quæ continetur in vulgari expreſſa. Barto. in.d.l.ij. colum.iiij. Et quamuis gloſ.in.§. qua ratione. inſti.eo. dicat quòd iſta fit verbis affirmatiuis, vulgaris vero negatiuis, nihil eſt: quia imò omnis ſubſtitutio directa, ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita: habito reſpectu ad eum cui fit ſubſtitutio, fit verbis negatiuis, ſiue priuatiuis: vt ſi non ſis heres, vel ſi moriaris in pupillari ætate &c. reſpectu verò illius qui ſubſtituitur, affirmatiuis, vt talis ſit. de quo late Barto. & poſt eum ſcribentes in.d.l.ij. Lanfran.in.d.l. centurio.

6 Partim tacitæ & partim expreſſæ quo ad verba, ſunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua & compendioſa, vt in vulgari dixi. Quo ad caſus verò in caſu.l. Iulianus. de acquiren. heredi.ff. &.l. pater. de priui. credi. Barto. in. d.l.ij. colum.iiij. verſi. & ſecundum hoc.

7 Exemplaris ideo dicitur, quia fuit facta ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis.l. ex facto.ff. eod.l. humanitatis. C.eod. & inſtit. eo. in.§. qua ratione. quia ſicut pupillaris fit pupillo, qui ſibi prouidere non poteſt per teſtamentum: ita exemplaris furioſo, prodigo, ſurdo, & muto, qui ſibi prouidere etiam non poſſunt per teſtamentum. differt tamen hæc à pupillari in cauſa efficiẽte: quia pupillaris fuit introducta moribus, vt ſupra dixi: exemplaris verò lege principis. d. leg. humanitatis. & requiruntur quatuor, de quibus per Iaſonem in.d.l. humanitatis.ad hoc vt poſſit fieri. Primò, qui eam facit, ſit aſcendens: vt pater vel mater.d.l.humanitatis. Secundò, quòd ille cui fit, perpetuo morbo laboret. Tertiò, quòd tali filio relinquatur legitima. Quartò, quòd ſi talis mente captus haberet liberos, quòd ſaltem vnus ex eis ſubſtituatur. Iaſon in.d.l. humanitatis. de materia cuius Barto. Bald. Alexand. & Iaſon in.d.l.ex facto.ff.eod.& de eius ſpeciebus vide in cellulis ſuis.

8 Expreſſa eſt illa quæ fit verbis expreſſis: vt ſi decedas in furioſitate, talis ſit heres. Tacita verò eſt illa, quæ continetur in vulgari vel pupillari expreſſa. docto. in.d. leg. ex facto. & in.d. leg. humanitatis.

9 Partim tacita, & partim expreſſa quo ad verba, eſt illa quæ cõprehenditur in breuiloqua vel compendioſa: quo ad caſus vero eſt, ſi fiat iſto modo: ſi filius meus decedat in furioſitate, talis ſit. ſi ceſſet furioſitas, remaneat tamen prodigalitas, vel ſurditas, ad iſtos caſus trahitur. Barto. in.d.l. ex facto. col.vj. & ſic in caſu furioſitatis expreſſo eſt expreſſa: in caſu verò ſurditatis tacito eſt tacita. & caſus expreſſus trahitur ad alios caſus tacitos.d.l. Gallus.ff. de lib.& poſtu.§. & quid ſi tantum.

10 Compendioſa dicitur, quia ſub compendio verborum plures ſubſtitutiones ſeu plura tempora complectitur, & fit per hoc aduerbium, quandocunque. glo.in.leg. verbis ciuilibus.ff.eod. & in d.c. Rainutius. & in.c. ſi pater. de teſta.lib.vj.videlicet hoc modo: quandocunque filius meus deceſſerit, talis ſit heres. vel poteſt fieri ſine illo aduerbio, quandocunque: vt quando teſtator vno certo tempore complectitur plures ætates. text.in.leg. centurio.ff. eod. & ibi ſcribentes. Et dicit Barto. ibidem quòd ipſa compendioſa à pagano facta, non eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe: ſed eſt quædam adiectio. quod intellige, id eſt quidam modus inducendi alias ſubſtitutiones ſub noua forma verborum: reſpectu cuius poteſt dici ſpecies de per ſe, ſiue fiat à pagano, ſiue à milite. Areti. in rubri. ff. eod. & gloſ.j. in.l. verbis ciuilibus.ff. eod. Iaſon ita declarat in.d. leg. centurio. ff. eod. colum. x. ſed quando fit à milite, tunc verò eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe. & hoc eſt quod voluit gloſ. in dicta rubri. & Iaſon in. d. leg. verbis ciuilibus.

11 Quando compendioſa facta eſt à milite maioribus per verba merè directa, vtroque tempore comprehendit militarem: & ſemper erit directa militaris in qua veniunt tantùm bona defuncti.l. centurio.ff.eod. & ibi gloſ. & ſcriben. facit.l. miles etiam. ff. de teſta. mili.

12 Si autem compendioſa fit à milite per verba directa ſuo filio pupillo in poteſtate conſtituto, vtroque tempore erit directa.nam intra tempora pubertatis valebit vt vulgaris & pupillaris: poſt verò erit directa militaris. l. precibus. Cod. de impu. ſecundum intellectum verum Fulgo. quamuis gloſ. ibi dicat quòd ſi mater ſit in medio, obligatur. & idem gloſ. in.d.l. centurio.&.d.c.ſi pater. malè tamen: quia mater nullum habet in hoc priuilegium. Barto. in.d.l. centurio. & ibi Alexand. & Iaſ.& idem Iaſon in.d.l. precibus. quia illud ſecundum ſcribentes haberet locum quando

A fieret per verba communia.

13 Vbi autem compendioſa fit per verba merè obliqua, vt per verbum rogo reddas, reſtituas, & per alia miniſteriũ alterius exigentia ad tranſmiſſionem hereditatis, de quibus per Barto.& Lanfran.in.d.l. centurio.ff. eo. tunc eſt ſemper fideicommiſſaria, ſiue fiat à pagano, ſiue à milite. ſcribentes in ſupradictis locis. de qua tractatur.ff.&.C.ad Treb.& inſti.de fideicom.here.

14 Sed ſi compendioſa fiat à pagano per verba communia ſuo filio pupillo in poteſtate exiſtenti, valet vtroq; tempore tanquam fideicommiſſaria. Barto. & Bald.in.d.l. centurio. & idem in.l. ex tribus.Cod. de inoffic. teſta. Ange. conſi. cxxv. incipi. hoc eſt teſtamentum. quam opinionem ſequuntur gloſ. in.d.l. centurio. in d.l.precibus. in.d.c. Rainutius.§. fina. inſti. eo. & in. d.l. ex tribus. Contrarium teneas, quòd imò intra tempora pupillaris ætatis valeat tanquam vulgaris & pupillaris iure directo: poſt verò pupillarem ætatem efficiatur fideicommiſſaria. & iſtud ſequitur gloſ.

B in.§.qua ratione.inſtit. de pupil. & in.c. ſi pater. de teſta.lib.vj. ſequitur Cy. poſt multos antiquos in.d.leg. precibus. & ibi Salice. Fulg. Pau. & Alexand. Et hanc opinionem indubitatam dicit dictus Alexand. in.d.l. centurio. & ibi poſt eum Iaſon reprobando glo. contrarias. Et nota quòd in materia ſubſtitutionis compendioſæ verſatur triplex ſpecies verborum. Nam quædam ſunt verba directa, quædam communia, & quædam obliqua. Directa ſunt illa quæ denotant ius competere ipſo iure, & quæ important tale ius ex quo poſſit adiri hereditas de iure ciuili, vel bonorum poſſeſſio peti de iure prætorio. Lanfran.in.l. centurio. ff. eod. & Bald.in.l. fin.C. de ſacroſanct. eccle. & ſunt hæc, inſtituo, vt toto titu.ff. de hered. inſtitu. idem in verbo, heres eſto.l. fina. Cod. de here.inſtit. &.l.j.in fi.ff. illo titu.idem in verbis, dominus eſto. leg. his verbis.ff. de hered.inſtitu. idem in verbo, moriatur. c. ſi pater. de teſta. lib.vj. Et verbum, aſſigno, eſt directum.l.j. ff. de aſſigna. liber.c.ij. de offi.ordi. Idem dic in verbo, adiudico. Verbum, ac-

C creſcat, eſt etiam directum.l. qui patri. ff. de acquiren. hered. &.l. vnica. C. quan. partes non peten. Idem in verbis concedo, & detraho. Lanfran. in. d. l. centurio. Communia verò ſunt illa quæ ſtant in ſignificatione directi & obliqui, vt eſt verbum, permaneat.l. ſi cum ante. C. de dona. propter nupt. & text. in.l. tale pactum.§. fina. & ibi gloſ. & Barto. ff. de pact. & Bald. in.l.j. C. de pact. inter empto. & vendi. & Bald.in.d.l. fin.C. de ſacroſan. eccle. Ful.in conſi.xlj. Idem dic in verbo, redeat.l.ſi duobus.de mili. teſta.ff. Idem dic in verbo, pertinere, ſecundum Barto. in.d.l.centurio. cum quo tranſeunt Io. de lig. & Bald. in.c. ſi pater. de teſta. lib.vj. pro quo facit quod habet gloſ. not. in.l. ſi quis intentione ambigua.ff. de iudi. quod verbum, pertinere eſt commune ad petitorium & poſſeſſorium. & ibi ſequitur Bart. facit etiam gloſ.in l. cum mater. in glo.ij.ff.de inoffic. teſta. quæ dicit verbum, pertinere, eſſe latum. idem glo. in.c. inter dilectos. de fide inſtru. quæ

D dicit quod verbum, pertinere, eſt tam latum quòd per ipſum cẽſetur omne ius in iudicium deductum vndecũque debeatur. & illam reputat ſingu. Ang. in conſi. ccxcv. incipien. viſis atteſtatio. &c. ex quo tamen vide glo.in.c. fi. de electio. libr.vj. quæ videtur ſimilis. Dic etiam quòd verbum, deuoluatur, eſt commune. Lanfran.in.d.l. centurio. Item verbum, deueniat, eſt commune. Bal. in.d.l.fi. & de iſto verbo ſunt duo tex. in.l.pe.ff. de ſolu. alius eſt in prima conſtit. in vſibus feu. Idem dic de verbo, habeat. Ange. in.§. extraneo. inſtit. de pupil. vide tamen tex. qui videtur dicere quòd ſit obliquum, in.l. qui concubinam. ff. de lega.iij. §.j. & ibi Bar.& de verbo, ſuccedat, vide Lanfran. & Iaſonem in.d.l. centurio. Et nota quòd nullum eſt verbum tam commune, quin per adiectionem verbi eo ipſo efficiatur directum. Lanfran.vbi ſupra. Obliqua verba ſunt illa quæ exigunt factum alterius: vt eſt verbum, reſtituatur.l.coheredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.idem in verbo, detur l.fundi Trebatiani.ff. de vſufruct. lega. idem in verbo, red-

E datur, & in aliis: de quibus per doct. in.d. l. centurio. & in.d.l.fi. C. de ſacroſan. eccle.

15 Pupillaris tacita regulariter continetur in vulgari expreſſa, quãdo ipſa vulgaris facta eſt per patrem pupillo in poteſtate conſtituto, & hoc ſiue mater ſit in medio, ſiue non. glo. in.l. precibus Cod. de impu. in verbo, omnino. & tex. in.l. fi. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condi. fac. & ibi glo. & glo. in.§. qua ratione. inſtit. de pupil. doct. vltramon. in. c. Rainutius. de teſta. & ita teneas, licèt glo. aliter voluerit in. l. centurio. ff. eo. quam reprobat Iaſon & alij in.l. precibus ſupra allega. Quod tamen limita verum niſi vulgaris eſſet facta ſimul maiori & pupillo: quia tunc propter imparitatem non continetur in ea pupillaris tacita .l. quamuis. C. de impu. & aliis ſubſti. Limitatur etiam niſi conſtaret de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehendi.l.nam hoc iure.§. fina. in verbo, ſi voluntas parentis non refragetur. ff. eo. & in.d.l. quamuis.C.de impu. in verbo, ſi modo non contra-

riam

riam &c. Limitatur tertiò ſi pater facit vulgarẽ & pupillarem ſuo filio, prouidendo ei in omnem caſum: quia tunc expreſſum facit ceſſare tacitum.l.cum ex filio.§.filio. ff. eo. Quartò limita quando vulgaris eſſet facta per dictionem taxatiuam tantummodo. Iaſon in.d.l.nam hoc iure. Aduerte tamen quia iſta pupillaris tacita non admittitur contra matrem. glo.in.l. precibus alleg. ſequitur illam Barto.& omnes in.l.j.ff.eo.in tertio ſubſtitutionis vulgaris effectu. col.viij.nec etiam contra patrem pupil.& alias perſonas de quibus per Barto.in.d. l.ij. Cum opinione Bartol. tranſeunt indifferenter Moder.& maxime Alexand. in. d.l. centurio. & Albe. de Roſa. in repeti.iſtius rub.lxiiij.col.Salic.& Paul.in.d.l.fi.C.de inſtit. & ſubſtit.opin.Barto.compro.Are.duplici fundamento,quia in materia exhorbitanti,quando eſt fauorabilis, prout eſt iſta,fit extenſio de perſona ad perſonam quando concurrit eadem tacita voluntas etiam in ſtipulatione quæ eſt ſtricti iuris. l. tale pactũ. §.fina.ff.de pac.& pro ea parte eſt tex.in.l.generaliter.in prin.C.de ſecun.nup.

16 Exemplaris tacita comprehenditur in vulgari expreſſa furioſo facta,ſi tempore quo fiebat vulgaris,erat furioſus.argu.l.ſi prædia.ff.de re.eo.ſecus ſi eo tempore quo fiebat,non erat furioſus ille cui fiebat:quia caſum aduerſamq; fortunam &c. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.de verbo.obliga.ff.Barto.in.l.ex facto.ff.eo.ita tenuit Oldra.Laudu.vt refert Albe.in repeti.rubri.ff.eo.col.lxxxiij.

17 In pupillari expreſſa continetur vulgaris tacita.l.nam hoc iure. ff.e.l.in teſtamento.C.de mili.teſta.glo.in.§.qua ratione.inſtitu.eo. quæ excludit matrem pupil.& omnes venientes ab inteſtato. glo. in.l.fi.C.de inſtitu.& ſubſtit. ſub condit. fac.& ibi ſcriben. omnes approbantes eam:quod tamen limita ſecũdum Bart. in matre defuncti:quia ſicut per pupillarem tacitam non excluditur mater pupilli,ita nec per vulgarem tacitam mater teſtatoris. Barto.in.l.ij.in princ.ff.eo.in col.viij.verſi.vlterius quæro.

18 Exemplaris tacita continetur in pupillari expreſſa, quãdo ipſa pupillaris ſit furioſo.Bar.in.l.ex facto.col.v. ff.eo. quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.l.in rem.§.item quæcunque.ff. de rei vindi.l.item ſi acceptolatum. ff.de acceptila. l. iiij. §. fina. de bo.poſ.& ita Guil.de Cuneo & Rai.dum tamen pupillaris nõ fuerit facta cum limitatione temporis: quia tunc vltra tempus nõ extenderetur.l.ſi ita quis. ff. e.& ſicut pupillaris tacita non excludit matrem nec alias perſonas,de quibus per Barto. in. d. l. ij. ita nec etiam exemplaris tacita,à paritate rationis.Bart.in.d.l.ex facto.niſi appareat de voluntate contraria defuncti. glo. in. d.l. precibus. & tex.in.d. l.nam hoc iure. Et aduerte quia illa voluntas probabitur per duos teſtes vel per coniecturas. Bart.in. d.l.ij. in prin. pe.& fi. col.Bal.Ang.Salic.& Pau.in.d.l.precibus.Salic.& Iaſon in.l.quamuis.C.de impu.

19 An tacita vulgaris contineatur in exemplari expreſſa? credo quòd ſic eo modo quo in pupillari quãdo teſtator inſtituit furioſum:quia vbi eſt eadem ratio,idem ius debet ſtatui.l. illud.ff. ad.l. Aquil.l.à Titio.ff.de verb.obliga.de quo per ſcribẽ.in.d.l.ex facto. ff.eo.& in.§.qua ratione. inſtit. eo. illa ratione, quia vbi duæ ſunt cauſæ naturalis & accidentalis,ſemper naturalis præualet:vt.ſ.dixi per.l.qui habet.ff.de tute.

20 Exemplaris ſubſtitutio quando fit pupillo per patrem intra tempora pupillaris ætatis,ſi pupillus erat in poteſtate, valet pupillaris,poſt verò vt exemplaris: quia vbi concurrunt duæ cauſæ naturalis & accidentalis,ſemper præualet naturalis.l.qui habet. ff. de tute.poſt verò pupillarem ætatem erit exemplaris,dum tamen nõ fuerit facta cum limitatione temporis.d.l.ſi ita quis. Bar.in.l.ex facto.ff.eo.& ibi poſt eum ſcriben.

21 Iſta duplici nomine nuncupatur,ſcilicet reciproca:vt in.l.nam hoc iure.§.quod genus.ff.e.& alio breuiloqua,de quo eſt text.in.l. cum in teſtamento.ff.de here.inſti.§.hæc verba. & non fit niſi pluribus perſonis duabus vel tribus paris vel diſparis numeri.declarat Barto.in.d.l. Lucius. col.iij. ff. eo. & appellatur reciproca propter mutuam & alternatiuam repetitionẽ ſubſtitutionis quam in vnaquaque perſona facere teſtator intelligitur.Iaſon in.l. in teſtamẽto.C.de teſt.mili.aliæ tamen vni perſonæ.Et fit per hæc verba: Titium & Seium heredes inſtituo,& eos inuicem ſubſtituo.l.Lucius. &.l.coheredi.§.qui diſcretas.ff.eod.l.j.&.ij. C.eo.vel per hæc, Lucium & Titium heredes inſtituo:& vter eorum viuat,heres eſto.l. Titius & Seius.cum.l.ſeq. ff.de here. inſtit.l. ſi fundum ſub conditione.§.his verbis.&.d.l.ij.vel iſto modo,Titium & Seium inſtituo & ſubſtituo.l.ſi pater impuberi.ſecundum vnam lect.ff.eod. & cõtinet plures in ſe ſubſtitutiones, aliquãdo duas,aliquãdo quatuor

A de quo plenè dicetur in ſingulis cellulis ex ipſa deſcendentibus.

22 Breuiloqua,has duas ſolùm comprehẽdit, quando fit duobus maioribus vel duobus imparibus,ſcilicet vni puberi & impuberi: vel vni exiſten.in poteſtate, & alteri non exiſten. quia tunc breuiloqua comprehendit ſolum iſtam ſubſtitutionẽ quæ poteſt æqualiter ambobus fieri.l.nam hoc iure.§.ſed ſi alter.ff.e.&.l.ij.C.e. Lãfran.in.d.l.Centurio.&.l.in teſtamento.C. de teſta.mili. & de veritate huius plenè Bart.& Iaſon poſt eum in.l. Lucius. ff.eo. & idẽ Iaſon in.l.in teſtamento.C.de teſta.mili.Lanfran.in.d.l.centurio.

23 Hæ duæ comprehenduntur in breuiloqua quando fit duobus impuberibus exheredatis. argumento.§. non ſolum. inſtitu.de pupil. ſubſtit. quia cum pater nihil talibus relinquat, non poteſt eis ſubſtituere vulgariter, cum per vulgarem ſuccedatur teſtatori, & per pupillarẽ pupillo.inſtitut.eo.in princ.pupillariter verò nedum poteſt ſubſtitui inſtituto,quinimò exheredato. l.j.in fi.ff.eo. &.d.§. non ſolum.quare breuiloqua duobus exheredatis facta duas dici-

B tur pupillares continere,vt declarant Bart.Alex.Pau. & Iaſon in d. l.Lucius.ff.eo.& late Bar.in.d.l.j.

24 Has quatuor dicunt iura in breuiloqua comprehendi, quando fit duobus pupillis in poteſtate conſtitutis inſtitutis.l. Lucius.§. aliter.& in.l.nam hoc iure.§.j.ff.eo.ſequitur Lanfran.in.d.l. centurio.Bar.& doct.in.d.l.Lucius.& in.d.l.nam hoc iure.

25 Iſtæ ſex continentur in breuiloqua quando fit duobus pupillis mente captis, videlicet duæ vulgares ſi non adeatur hereditas. duæ verò pupillares ſi deceſſerint in pupillari ætate. exemplares etiam duæ ſi moriantur poſt pupillarem ætatẽ in furioſitate.theorice tradit hoc Bart.in.d.l.Lucius.& Lanfran.in.d.l.cẽturio. Poſſet etiam dici quòd breuiloqua cõtinet ſex alias ſi fiat per hæc verba: pupillos meos duos ſanæ mentis heredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo ſi deceſſerint in pupillari ætate vel quandocunque: videlicet duas vulgares, duas pupillares, & duas fideicommiſſarias.

C de quo Barto.& Lanfran.in locis quibus ſupra.

26 Licèt ſubſtitutio breuiloqua de ſe non comprehendat fideicommiſſarias, ſed ſemper directas: fallit ſi ei adiungatur compendioſa,& fiat hoc modo duobus pupillis furioſis:vos inſtituo,& inuicem ſubſtituo ſiue moriamini in pupillari ætate, vel aliàs quandocumque:quia tunc in ea comprehenduntur octo ſubſtitutiones ſcilicet duæ vulgares,duæ pupillares, duæ exẽplares, & duæ fideicommiſſariæ.Bart.in.d.l.Lucius.& Lanfran.in.d.l. centurio. Iaſon in.l.in teſtamento.C.de teſta. mili.idem ſi pater dixerit, ſubſtituo vos inuicem vulgariter,pupillariter, exemplariter, vel per fideicõmiſſum.de quo tex.melior de iure in.l.recuſare.§. Titius.ff.ad Trebel.Alexan.in.d.l.Lucius.cir fi.

27 Iſtæ duæ fideicommiſſariæ continentur ſolùm in breuiloqua quando facta eſt duobus in codicillis,ar.l.Scæuola.ff.ad Trebel.ar. glo-in.l.verbis ciuilibus.ff.eo.& glo.in.l.j.de iure codicil. ff. Bar.in. l.Lucius.& ibi Alex.& Iaſon.

D 28 Si compendioſa fiat à pagano maiori per verba cõmunia cum adiectione temporis importati per diſtributiuum quandocunque vel per aliam dictionem diſtributionem temporis ſignificantem,à principio valet tanquam vulgaris:adita verò hereditate erit fideicommiſſaria.Bart.in.d.l.centurio.ff.eo.col.ix.verſ.ſecundo oppo.

29 Vbi autem compendioſa fit per verba merè directa à pagano filio pupillo in poteſtate conſtituto intra tempora pupillaris ætatis,valet vt vulgaris & pupillaris, poſtea nullo iure. l. verbis ciuilibus.ff.eo.in verbo fruſtra.§.extraneum.inſtitu.eo.& text. fortis in. l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus alienus.ff.de leg.j.& gloſ.in.l.in pupillari.& in.l.centurio.ff.e.glo.in.l.Scæuola.ff.ad Trebel.in.§.qua ratione.inſtit.eo.in.c.Rainutius.de teſta. in.c.ſi pater.eo. titu. lib. vj. reprobata glo.in.§.fin.inſtit.de pupil. ſubſtitu. quæ ſub dubio voluit contrarium. Bal.in.d.l. centurio.& ibi Moder. licet circa iſtam materiam Bart.in.l.ex tribus. C. de inoffi.teſta. & in.d.l. centurio. ſæpe variauerit.

E 30 Aliquando ſubſtitutio compendioſa fit duobus pupillis furioſis per verba mere directa:& tunc continet tres ſubſtitutiones, ſcilicet vulgarem vſque ad aditionem hereditatis: pupillarem vſque ad.xiij.annos:poſt verò vſque ad tempus ſanæ mentis exemplarẽ. Bar.in.d.l.centurio.& ibi Lanfran.& omnes.

F I N I S.



UNED

### DE VVLGARI ET PVPILlari ſubſtitutione.

*Subſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, etiam ſi ſit vlterior: vt & omnes ſecundæ nuptiæ ſunt poſt primas: vt.C.de ſecund.nupt.in rubric. Et dicas quòd quinq; ſunt genera ſubſtitutionum, ſcilicet vulgaris, pupillaris, exemplaris, breuiloqua. Item cõpendioſa, quæ fit à milite tãtùm, & habet naturam pupillaris & fideicõmiſſariæ: vt not.C.eo.l.precibus. Itẽ eſt fideicõmiſſaria duplex, vt inſtitu.eo.§.fi.*

*Alia pars teſtamẽti eſt heredis ſubſtitutio, cuius definitio hæc, Datio hereditatis delatæ vel adquiſitæ alteri. Vulgaris nimirũ delatæ non adquiſitæ, quæ cõmuni iure fit omnibus ex eadẽ lege 12. tabul. quæ & heredes & tutores & legatarios inſtituere permiſit. Pupillaris delatæ & adquiſitæ, quæ proprio iure fit à parẽte liberis impuberibus qui ſunt in poteſtate vel poſtumis qui tales ſunt vt in poteſtate futuri ſint, an ex eadem lege vt quæ iure patriæ poteſtatis parẽti permiſit tutorẽ dare. l.impuberi. De adm.tut. permiſerit etiã heredẽ dare, illo ſcilicet capite, Paterfa. vti ſuper pecuniæ tutelæve ſuæ legaſſit, ita ius eſto. nã & ſi ius poteſtatis moribus receptũ dicatur. l.patre. De his qui ſunt ſui vel alieni iur. tamen.12. tab. adſcribitur etiã recte. ergo & ſubſtitutio pupillaris quæ fit iure poteſtatis. Sed quia illo capite fit tãtum mẽtio pecuniæ ſuæ, ad quæ verba reſpexit etiã.l.cum pater.§.mando. De leg.2.l. teſtãdi.C.de teſta. nec palam permittit vt de tutela ita de pecunia impuberũ teſtari, ideo moribus potius cõſtare exiſtimatur. Cæterũ nulli alij ſunt caſus ſubſtitutionũ quam hi duo, Delatæ hereditatis qui primus caſus dicitur, Et adquiſitæ qui ſecundus.l. precibus. C. De imp. & aliis ſubſt. nã & quæ fit furioſis ex Cõſtitutione Iuſtiniani, in ſecũdũ caſum fit, & quod dicitur tertiũ genus ſubſtitutionis in.l.4.hoc tit. vel in primum intelligitur fieri vel in ſecundũ vel in vtrumq;, nec alia ratione dicitur tertiũ genus q̃ quod formulã habeat diuerſam à vulgari & pupillari ſubſtitutione, & introductã potiſſimum propter caduca vt remedio ſubſtitutionis reciprocæ valeret inter coheredes ius adcreſcẽdi antiquum potius quam ius caduci. & formulã ſi inſpicias, certe multa ſunt genera ſubſtitutionũ. Si ſucceſſionẽ, duo tãtũ, Vulgaris & Pupillaris. qua diuiſione cõprehendũtur quæcunq; ad earũ inſtar rediguntur, & duplices. ſiue vt Theophilus loquitur, vulgari pupillares. Cuia.*

* Diuiſionẽ ſubſtitutionis ad iuriſconſultorũ mentẽ propius accedẽtem quàm quæ vulgo traditur, pete ex Duar. 2.diſput. cap.7.

* Vulgo ſic legitur: aut ſimplex. Simplex eſt veluti Luc. Tit.he.eſto. Si mi. Lu. Tit. he.non erit, tũc Se. he. mihi eſ. Duplex eſt, veluti, Filius meus heres eſto. ſi heres non erit, ſiue heres erit, & intra pube.&c. Nos Florẽtinam editionem expreſſimus.

## DE VVLGARI ET pupillari * ſubſtitutione.

## TITVLVS VI.

1\. MODESTINVS *libro ſecundo Pandectarum.*

Heredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti, primo gradu:[a] ſubſtituti, ſecũdo vel tertio. Heredis ſubſtitutio duplex eſt, aut ſimplex:[b] * veluti, *Lucius Titius heres eſto. Si mihi Lucius Titius heres*[c] *nõ erit, tũc Seius heres mihi eſto. Si heres nõ erit,*[d] *ſiue erit, & intra pubertatem deceſſerit: tunc Gaius Seius heres*[e] *mihi eſto.*

Subſtituere liberis tam heredib⁹ inſtitutis quàm exheredatis[f] poſſumus: & tam eum quem heredem nobis inſtituimus, quam alterum. Subſtituere liberis pater non poteſt, niſi ſi heredem ſibi inſtituerit.[g] Nam ſine heredis inſtitutione[h] nihil in teſtamento ſcriptum valet.

Impuberibus in poteſtate cõſtitutis non recaſuris poſt mortẽ teſtatoris in poteſtatem alterius poteſt ſubſtitui pupillariter: quin imò & adoptatis in locum nepotum. debet tamen ſubſtituẽs ſibi primo loco facere teſtamentum, niſi ſit miles. & ad confirmationẽ pupillaris requiritur quòd adeatur hereditas ex paterno. hoc dicit vſque ad.§.interdum. Alex.

Heredes autem.] CASVS. Quidã heredes dicuntur inſtituti: & quidã ſubſtituti. Inſtituti ſunt illi qui ſunt in primo gradu ſcripti: ſubſtituti autẽ ſunt illi qui ſunt ſcripti in ſecundo, vel in tertio gradu, vel deinceps. Heredis autẽ ſubſtitutio quædam eſt ſimplex, veluti Lucius Titius heres eſto: & ſi nõ erit heres, Seius tũc ſit mihi heres. quædã eſt duplex, vt fili⁹ meus heres mihi eſto: ſiue heres nõ erit, ſiue heres erit, & intra pubertatẽ deceſſerit: tũc Gaius Seius heres mihi eſto. & valet ſubſtitutio quã facio filio meo impuberi: ſiue inſtituã eũ, ſiue exheredẽ: & ſiue ſubſtituã illũ quẽ mihi heredẽ inſtitui, ſiue aliũ. ſi autẽ nõ inſtituiſſem mihi aliquem heredem, non valeret ſubſtitutio quam filio meo feci. Viu.

a *Gradu.* id eſt loco: vt.j̃.de ſecun.tabu.l.ij.§.defertur. Azo.

b *Simplex.* ſimplex eſt vt pupillaris tantùm, vel vulgariter tãtùm: duplex, quando vtraque ſimul. Accurſius. ADDITIO. Dic quòd in illa ſimplicitate & duplicitate attenditur expreſſio verborũ, non interpretatio iuris, ſecundum Bar. & Bald.

c *Lucius Titius heres.* iſta eſt inſtitutio: & eam ideo appoſuit, quia ſubſtitutio non poteſt eſſe ſine inſtitutione: vt.j̃.ea.l.§.fi. Azo.

d *Heres non erit.* hæc eſt ſubſtitutio vulgaris.

e *Gaius Seius heres mihi.* Hæc dictio, mihi, nihil nocet quo min⁹ etiã alia bona q̃ patris veniãt in pupillari: & quo min⁹ etiã ipſi pupillo ſit heres, & quaſi p obliquũ mihi: vt.j̃.de ſecũ.tabu.l.ſi ita.§.q filio. & ĩſtit.de pup.ſubſti.in princ. ibi, quo caſu &c. &.ſ̃.tit.j.l.pater.ĩ.fi.

f *Exheredatis.* dic pupillariter: vt inſtitu. eo.§.non ſolùm. &.C.de leg.l.cum quidã. &.j̃.ad leg.Falci.l.qui fundũ.§. qui filios.nun per fideicõmiſſum: vt.j̃.eo.l. coheredi.§.cum filiæ.ibi. & ideo ſi pater. Sed an præterito poſſit ſubſtitui pupillariter? Reſpõ. cum nullũ ſit teſtamentum etiam ſecundum has leges: vt inſti.de exhereda. libe. in prin. ſequitur vt nec pupillare valeat: vt inſtit.de pupil.ſubſt.§.liberis. &.j̃.e.l.proxi.§.ſed ſi eos. &.§.quiſquis. Accurſius.

g *Inſtituerit.* milite excepto: vt.j̃.l.proxi.§.quiſquis. & infra de mili.teſta.l.miles ita.§.fi.

h *Inſtitutione.* ab initio: vt.ſ̃.de iis quæ in teſta.delen.l.proximè. & inſti.de leg.§.ante. Itẽ ex poſtfacto nõ valet niſi fuerit hereditas adita A ex teſtaméto: vt.j̃.de contra tab.l.filium.circa princ. &.j̃. proxi.§.quiſquis. &.§.adeo. Sed contra.ſ̃.titu.j.l.fi. Sol. ibi ſpeciale. Itẽ cõtra in authen. vt cum de ap.eo.§.ſi igitur tales.col.viij. quę eſt.C.de lib.præte.authen.ex cauſa. Sed ibi propter ſolam præteritionẽ eſt nullum: hîc quia ſubſtituit ſine inſtitutiõe. Vel illud eſt ius nouũ. ADDITIO. Dic ꝙ per illã authen. cõfirmatur ſubſtitutio pupillaris: tamẽ intellige quãdo inſtitutio præcedit, quamuis inutilis. Bar. Bal. Pau. Imo. Sozi. Aret. Alexan. & Iaſ.

Moribus.] CASVS. Per leges & mores introductũ eſt vt q̃s poſſit facere teſtamẽtũ liberis ſuis impuberib⁹, i. pupillarẽ ſubſtitutionẽ prædictã: quę quidẽ durat vſq; ad.xiiij.an.in maſculis, & vſq; ad.xij. annos in fœminis. & hoc eſt verũ ſi ſint liberi in poteſtate parentis facientis eis ſubſtitutionem. nã emancipatus nõ poteſt taliter ſubſtitui, poſtum⁹ autẽ ſic, & nepotibus & pronepotibus: & ſic deinceps qui per mortem aui vel proaui nõ ſunt recaſuri in poteſtatẽ patris eorũ, veluti quia pater eorũ eſt mortuus. ſi autẽ patres eorũ eos præcedãt ad auos vel C proauos: ita demũ ſubſtituere eis poteſt auus vel proauus, ſi heredes eos inſtituãt, vel exheredẽt. ita enim per.l. Vell. ſuccedẽdo ipſi auo vel proauo in locũ patrũ nõ rumpũt teſtamentũ aui vel proaui. ſi autẽ nõ eſſent inſtituti vel exheredati, nõ rumperẽt teſtamentũ auorũ vel proauorũ, quod eſt principale teſtamentum: & rupto principali pupillare nihil valeret. ſed & ſi quis habẽs filiũ adoptauerit ſibi filiũ. ſ. Titiũ in locũ nepotis, poteſt ei Titio impuberi pupillariter ſubſtituere. [QVISQVIS AVTEM.] Si facio teſtamẽtum filio meo impuberi, i. pupillarẽ ſubſtitutionem: & mihi debeo facere teſtamentũ, inſtituẽdo in eo dictũ meũ filiũ vel exheredando, & aliũ inſtituẽdo. Si autẽ mihi nõ faciã teſtamentum, nõ valet ſubſtitutio prædicta, niſi eſſem miles. nã tunc bene poſſem ſubſtituere dicto filio meo etiã nõ faciẽdo mihi teſtamẽtum. ſed & ſi faciã mihi teſtamentũ ego paganus, & in eo inſtitutus nõ adeat hereditatẽ meã: ſubſtitutio quam feci dicto meo filio, euaneſcit. ſi autem ille quem in meo teſtaméto inſtitui, dimittat ex teſtaméto, & D adeat ab inteſtato hereditatẽ meã, puta quia erat meus fortè agnatus: ſeruabitur & valebit ſubſtitutio prædicta. euenit tamen quandoque ꝙ ille quem heredẽ in teſtaméto meo inſtitui, compellitur adire hereditatẽ meã ad hoc vt dicta ſubſtitutio valeat, & totũ teſtamentũ quod feci dicto meo filio: puta inſtitui mihi heredẽ in teſtaméto meo quẽdã extraneũ, & dictum meũ filiũ exheredaui: & ei filio ſubſtitui tertiũ, & grauaui ſubſtitutũ impuberis vt totã hereditatẽ impuberis reſtitueret quarto: & poſtea deceſſi. modò extraneus à me inſtitutus non vult adire hereditatẽ. filius autẽ meus prædictus poſtea deceſſit in pupillari ætate: & ita habuit locũ ſubſtitutio quam ei feci de tertio: & per cõſequẽs fideicõmiſſum relictũ quarto à dicto ſubſtituto. certè fideicõmiſſarius qui vocabatur quartus, nõ poterit cogere ſubſtitutũ prædictũ vt adeat hereditatẽ impuberis, & ſibi reſtituat: quia ſubſtituti aditio nihil valeret ex eo ꝙ hereditas mea nõ eſt adita ab eo quẽ inſtitui. Coget igitur di E ctus fideicõmiſſarius illũ quem inſtitui, vt adeat hereditatẽ meã: & facta aditione per cõſequẽs poterit dictus ſubſtitutus impuberis adire hereditatẽ impuberis, & fideicommiſſario prædicto reſtituere. Si autẽ viuat adhuc dictus meus filius, nõ poteſt dictus fideicom. cogere adire hereditatẽ meam illũ extraneum quẽ inſtitui, vt per cõſequẽs adeat ſubſtitutus dicti mei filij hereditatem eius mei filij, & ſibi fideicõ. reſtituat dictus ſubſtitutus. nam donec viuit dictus meus filius, improb⁹ iudicatur fideicõmiſſar. qui vult hereditatẽ ſuã. Sed quid ſi ille extraneus quẽ inſtitui heredẽ in meo teſtaméto vt dictum eſt, erat minor.xxv.annis, & repudiauerit hereditatẽ meã me mortuo, & ſic per cõſequẽs annihilata fuit ſubſtitutio quã feci dicto meo filio, & poſtea dictus meus filius in pupillari ætate decedat, & poſtea petat & impetret dictus minor in integ. reſti. vt adire poſſit hereditatẽ meã quã repudiauerit, & eam adeat? Certè proficiet hæc aditio ſecundis tabulis. i. ſubſtitutioni in ſecũdis tabulis factæ, i. ſubſtituto ſiue ſubſtitutis dicti filij mei. ſ. vt

vtiles

vtiles actiones ex teſtamēto habeāt pro hereditate dicti mei filij,& ea hereditate habita teneātur eā reſtituere fideicōmiſſ. prædicto qui vocabatur Quartus.[Prius autem.] Dictū eſt ꝙ ſubſtitutio quā facio filio meo impuberi,nihil valet niſi & mihi faciā teſtamē tū.modo quæro,quid debeat præcedere inter meū teſtamētum,& teſtamentū quod facio filio meo ſiue ſubſtitutionē? Et certè aut exheredo dictū meū filiū impuberē,aut inſtituo. ſi exheredo, debeo pri⁹ facere meū teſtamētū, &poſtea pupillare,hoc modo:inſtituo mihi heredē Titiū, & filiū meū impuberē exheredo.& ſi dictus meus filius in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo ei dictum Titiū,vel etiā quēdā aliū, vel etiā poſtumum qui naſcetur mihi ex vxore mea. ſi autē ordinē prædictæ ſcripturæ teſtamēti cōuerterē,nō valeret, puta ſi filio exheredato ſubſtituerē aliquem pupillariter, & poſtea mihi teſtamētū facerem.& meritò dixi nō debere cōuerti ordinē ſcripturæ,& nō dixi ſcripturarū: quia teſtamentū meū,& illud teſtamentū quod facio filio meo impuberi, vnū eſt teſtamētū: licèt duæ ſint hereditates.Si autē inſtituo dictū filiū meū impuberē, nō eſt neceſſe ꝙ ſeruem dictū ordinē. & valet ſubſtitutio quam facio filio meo impuberi, licèt eā ſcribā prius ꝙ̄ mihi teſtamētū faciā,hoc modo: Si filius meus intra quatuordecim annos deceſſerit,Seius heres eſto.deinde ſcribā:filius meus prædictus heres mihi eſto.& idē eſt ſi ſubſtituo cōuerſo dicto ordine vulgariter dicto meo filio quē inſtituo.nā & illa ſubſtitutio valet ſi ita dicā:ſi filius meus impubes heres mihi non erit,Seius heres eſto.& poſtea ſcribā,dictus meus filius heres mihi eſto. nā intelligitur Seius ſcriptus heres in ſecūdo gradu. & ſi quidē filius meus heres mihi non extiterit quādocunque:proculdubio Seius heres mihi erit ex dicta ſubſtitutione,quæ tacite intelligitur in dicta ſubſtitutione vulgari. ſed ſi extiterit fili⁹ mihi heres,& in pupillari ętate deceſſerit: ꝓculdubio Seius heres mihi erit ex pupillari ſubſtitutiōe,quæ tacitè intelligitur in dicta vulgari. & ſicut in hoc caſu quādo inſtituo dictū meū filiū,nō ſpectatur dictus ſcripturæ ordo,ſed ſucceſſionis:nunquid ergo illud quod dicitur.ʃ.eo.l.vel ſingulis.ſ.ꝙ poſſum ſubſtituere ſingulis liberorū meorū impuberū:ideo dictū eſt,vt declaretur nō eſſe aliquo modo incipiēdū à teſtamēto filij impuberis mei: imò ſemper eſſe incipiēdū à teſtamēto?certè nō: imò quādoq; debeo incipere à meo teſtamēto:quādoque nō habeo neceſſe.vt.ſ.diſtinctū eſt,ſcilicet videndo an inſtituā filiū meū,vel non. Viuianus.

† Moribus hoc eſt iure ciuili,quod poſt legem 12. Tabul. prudentium conſuetudine introductum eſt Alciat.lib.Parerg.4.c.21.

† Huius loci germanū intellectum vide apud Viglium in cōment. ad princip.tit. de pupilla. ſubſtit. Inſtit.lib.2.

* Sic Flor.& in plerisque manuſcr.& vul.ait .eo præcedēte.

## II. Vlpianus *libro ſexto ad Sabinum.*

Moribus [a] †introductū eſt, vt quis liberis impuberib⁹ teſtamētum facere poſſit, donec maſculi ad quatuordecī annos [b] perueniāt,fœminę ad duodecim. Quod ſic erit accipiēdū, ſi ſint in poteſtate. [c] Cæterùm emācipatis nō poſſumus. [d] Poſtumis planè poſſumus.Nepotibus etiā poſſumus,& deinceps, [e] ſi qui nō recaſuri ſunt [f] in patris poteſtate. Sed ſi eos patres præcedant: [g] ita demū ſubſtitui eis poteſt,ſi heredes inſtituti ſint, vel exheredati. ita enim [h] poſt legē Velleā ſuccedēdo [i] nō rūpunt teſtamētū.Nā ſi principale ruptū [k] ſit teſtamētū,& pupillare [l] euanuit.† Sed ſi extraneū quis impuberem heredem [m] ſcripſerit,poterit ei ſubſtituere:ſi modò [n] eū in locū nepotis adoptauerit vel adrogauerit, filio [o] * pręcedēte.Quiſquis autē impuberi teſtamentū facit,ſibi quoq; debet facere.Cęterùm ſoli filio nō poterit, niſi fortè miles [p] ſit. Adeo autē niſi ſibi quoq; fecerit, nō valet, vt niſi adita quoque patris hereditas ſit, pupillare teſtamentū euaneſcat. [q] Planè ſi omiſſa cauſa principalis teſtamenti, ab inteſtato poſſideatur hereditas: dicendū eſt & pupillo ſubſtitutum ſeruandum. [r]

Interdum ſubſtitutus cogitur adire propter fideicōmiſſum ſubſtituto pupillari iniunctum. & aditio facta ex vi ſubſtitutionis, in integrum firmat ſubſtitutionem pupillarem. Alexand.

B Interdum [ſ] etiā pupillaris teſtamenti cauſa cōpellendū heredem inſtitutū adire hereditatē,vt ex ſecūdis tabulis fideicōmiſſum cōualeſcat:vtputa ſi iam pupillus deceſſit.Cæterùm ſi adhuc viuat: improbū eſſe Iulianus exiſtimat eū qui ſollicit⁹ [t] eſt de viui hereditate.Ergo etiā ſi minor [u] vigintiquinque annis adeūdę hereditatis cauſa fuerit reſtitutus:puto ꝓficere ſecūdis tabulis,vt prętor vtiles actiōes decernat ſubſtituto.

C Si pupillaris ſubſtitutio fiat exheredato , ſibiipſi debet pater prius cōdere teſtamentum, & heredem inſtituere, deinde ſubſtituere,non autem conuertere ordinē. ſed vbi filius inſtituitur, deinde ſubſtituitur pupillariter vel vulgariter,non curamus de ordine locutionis vel ſcripturæ: quia tunc ſemper intelligitur præcedere teſtamentum patris quo ad ordinem intellectus. Alexand.

Prius autem ſibi quis debet he-

a *Moribus.* id eſt,iure Lacedæmoniorum:vt inſtitu.de iure natu.§. & non ineleganter.

b *Quatuordecim annos.* id eſt,vſque ad vltimum diem:vt.ſ.de teſta. l.qua ætate.vel ſi minus vellet,poteſt:vt.ʃ.eo.l.ſi ita.

c *Poteſtate.* quod liberi impuberes in poteſtate, & quòd ſui iuris fiant morte patris:vt inſtit.eo.in princ.& hīc dicitur. Item quòd non deſinant eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris:vt.ʃ.eo.l.coheredi.§.cum filiæ.in princ.

d *Poſſumus.* ſcilicet facere teſtamentum.

e *Deinceps.* vt pronepotibus.

f *Non ſunt.* aliàs cū ſint recaſuri, non valet teſtamentū,cum eo caſu ſint vt eorū teſtamenta non valeant etiam ſi ipſi eſſent maiores, & auus non eſſet.erant ergo hīc eorum patres emācipati,vel mortui:vt inſtit.quibus mo.ius pa.pote.ſolui.§.j.Accurſius.

g *Patres præcedant.* aliàs pater præcedat.

A h *Ita enim.* ſ.cum inſtitui vel exheredati ab auo inueniuntur.R.

i *ſuccedendo.* in locum præmortui patris.Ro.ad quod.ſ.tit.j.l.v.§. nepotes.aliàs ſi inueniunt ſe pręteritos,rumpitur principale,& per conſequens nec pupillare valet.& hoc ſubiicit,nam,&c.

k *Ruptum ſit.* agnatiōe poſtumi nepotis pręteriti : quod eſt præmortuo patre nepotis & pupilli,&c. ſi autē per cōtra tabu. rūpatur principale,remanet pupillare:vt.ʃ.e.l.ex duobus.§. ſi.quæ eſt cōtra. ſi autē per querelā inofficioſi rūpatur principale, diſtinguitur an in totum vel ꝑ parte:vt.ſ.de inofficio.teſta.l.Papinianus.§. ſed nec impuberis.

l *Pupillare.* quia pars eius eſt:vt.ʃ.eo.l.qui plures.§.fi.in fi.

m *Heredem ſcripſerit.* cū enim ſe inſtitutū reperiat,nō rūpitur per adoptionē:vt.ſ.de lib.&poſtu.l.filio quē.§. fi.alioquin rūperetur: vt.ſ.de iniu.teſ.l.verū eſt.Hug.

n *Si modò.* non aliàs:vt inſti.eo.§.extraneo.

o *Filio præcedente.* tempore adoptiōis : ſed tēpore mortis oportet eū præmortuū eſſe:vt.ſ.e. §.poſtumus. ſed & tūc idē eſſet & ſi nō præcederet:vt inſtit.de adop. §. licet. ſed hoc frequētius contingit. Sed.op. nōnne in ſubſtitutione tria tēpora exigūtur: vt not.ſ.§.quod ſic.ſedhīc nō valuit ſubſtitutio tēpore quo facta fuit: qa erat extraneus ille cui fiebat: vt inſtitu.e.§.ex-
D traneo?Reſpō.illic vt ſit capax cui relinquitur. hīc autē ſolū de volūtario,qui ſit neceſſarius per adoptionem:vt.ſ.titu.j.l.iij.§.fi. Item quod de adoptione dicit,eſt ius vetus:hodie cū nō trāſeat in poteſtatē,nec ſubſtitutio pupillaris valet:vt inſtit.de adop.§.j.Itē nec in arrogato valet ſubſtitutio,niſi in id quod habet ab arrogante:vt.ſ. de adop.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.

p *Miles.* vt infra de mili.teſta.l.miles.§.fina.&.facit.ſ.eo.l.j.in fi.

q *Euaneſcat.* contra.C.eo.l.iij.Solu.ibi in vulgari : hic in pupillari. Item contra infra de priuile.credi.l.pater.in princip. Solu.vt ibi.& facit infra de acquirenda hered.l.quæſitum.

r *Seruandum.* ſicut & cætera ſeruantur:vt.ʃ.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.l.j.Accurſius.

ſ *Interdum.* Titius inſtituit Mæuium : & exheredauit filium ſuum impuberem,& ſubſtituit Seium:& rogauit eum vt reſtituat hereditatem Sempronio. Mæuius non vult adire hereditatem : mortuus eſt pupillus. dicitur quòd Mæuius debet cogi adire, ne euaneſcat
E ſubſtitutio hereditate non adita, & per conſequens fideicommiſſum.[a] ad quod.ʃ.ad Trebel.l.nam quod.§.ſi quis compulſus.Idem ſi eundem quem inſtituit ſibi,ſubſtituit filio:vt.ʃ.ad Trebel.l.ita tamen.§.à patre.vel pone vt eo.titu.l.apud Iulianum.§.j.

t *Sollicitus eſt.* tali modo.& facit.ʃ.de col.bo.l.j.§.ſi impuberi.& de iure fiſ.l.Statius.§.j.&.ʃ.vt in poſ.leg.l.is cui.§. ſi ab impuberis.&. C.de pac.l.fin. Sed alio modo quis poteſt eſſe quandoque ſollicitus,vt exigere cautionem : vt.C.ad Trebel.authen.contra rogatus. &.C.vt in poſ.leg.l.cum Archimedoram.

u *Si minor.* extraneus teſtatori,& inſtitut⁹:ſed repudiauit,& hoc filio exheredato, eiq; ſubſtituto dato.& quod ſubiicit reſtitutus.ſ.vt adeat.& ſic valet prīcipale,& ſic cętera.& ſecūdū hoc cōuenit pręcedētib⁹.Alij ponūt ī vulgari,& dicūt minorē reſtitui vt adeat, & ſubſtitut⁹ ei habeat ac ſi nō adiiſſet minor.[b]ſed ſi hic ſubſtitutus eſſet ſeruus,diſtīgueretur an eſſet ſoluēdo hereditas, vel nō,ſecūdū eos:&maior res eſt libertas:vt.ʃ.de mino.l.ait prętor.§.qđ Papinia.

a]Iſta prima lectura eſt falſa:quia loquitur de extraneo, qui non erat inſtitutus. ſed ſequēs eſt vera ſecūdum Dy.quia ſecundū eam idē erat inſtitutus & ſubſtitutus ſecūdum B. & Bal.hic. b]Iſta lectu-

a Deinde. eadem hora vel alia:vt.j̃.eo.l.ſi quis eum.§.ſi filio.

b Non conuertere. ſic.j̃.de fideicōmiſ.lib.l. generaliter.§. quid ergo. & in authen.de here.& Fal.§.inordinatum. colla.j.&.C. de edi.diui Hadria.tol.l.j. Sed argu.contra. C. de teſta.l.ambiguitates. &.l. præpoſteri. &.j̃.de ſol.nec enim.& de pœ.l. quidam.& inſtitu. de leg.§.ante.ſed quo ad alia nō curatur ordo in.ll.illis. ADDITIO. Dic aliter ſecundū Dy. in.l. nec enim.j̃. de ſolu. qđ aut apparet de mēte diſponētis, & nō curatur de ordine,vt in contrariis. aut non conſtat de mēte teſtātis, & tūc ordo debet attendi : vt. l. quotiēs.s̃. de vſufr. Vel ſolue aliter & melius vt per Bart.hîc.

* Gouea. putat leg.improbata. qđ maximam habet veriſimilitudinē. nam in pleriſque manuſcr. ita ſcribitur, probata eſt. & aliàs videtur diſſentire à verſ.ſed ſi quis.j̃.eo.

c Comprobata eſt.imò cōtra : vt.j̃.e.§. ſed ſi quis. &.§.ſed ſi ita. Solu.hoc corrigitur per illud.Vel hîc de rigore iuris, ibi de æquitate. Vel verius hîc erat filius exheredatꝰ cui fit ſubſtitutio, ibi inſtitutus.

d Et merito.dicunt ſcripturæ in ſingulari numero:&merito &c.Vel dixi vnā ſolennitatem: & meritò &c. ad quod infra eo.l.patris.Vel dic dixi in vna ſcriptura,ſibi & filio inſtituit heredem:& meritò &c.

e Vnum.quia facit vnꝰ, & vna ſolēnitas: vt hîc, &. j̃. de priuileg. cre. l. pater.ſed quia duę ſunt hereditates, vt ſubiicit, poſſunt dici duo teſtamēta:vt inſtit.e.§.igit.

* pubertate.

f Eoſdē. vt.j̃.eo. l.ſed ſi plures.§.j.&.j̃.de acquirē.heredi.l. Iulianꝰ ſcribit.§. ſed quod ĩ fratre.

redē ſcribere, deinde [a] filio ſubſtituere, & non conuertere [b] ordinem ſcripturæ.Et hoc Iulianus putat,prius ſibi debere deinde filio heredē ſcribere . Cæterùm ſi antè filio,deinde ſibi teſtamentū faciat:non valere. Quæ ſentētia reſcripto Imperatoris noſtri ad Virium Luppum Britanniæ pręſidem cōprobata* eſt:[c] & merito.[d] Cōſtat enim vnum [e] eſſe teſtamentū,licet duæ ſint hereditates : vſqueadeo, vt quos quis ſibi facit neceſſarios,eoſdem [f] etiam filio faciat : & poſtumū ſuū filio impuberi poſſit quis ſubſtituere.[g] Sed ſi quis ita fuerit teſtatus: *Si filius meus intra quartum decimū annum deceſſerit*, [h] *Seius heres eſto*: deinde,*Filius heres eſto*: valet ſubſtitutio, licet conuerſari ſcriptura filij teſtamētū fecerit, Sed & ſi ita ſcripſerit,*Si filius meus mihi heres non erit,Seius heres eſto: filius heres eſto*:ſecūdo quidē gradu Seius ſcriptus eſt heres:& ſi filius heres nō exſtiterit, proculdubio Seius ei heres erit.Sed & ſi exſtiterit filius heres,& in pubertatem * defunctus eſt:Seius admittendus [i] rectè videtur:vt non ordo [k] ſcripturæ,ſed ordo ſucceſſionis ſpectetur. Quod igitur dictum eſt [l] ſingulis liberorum ſubſtituere licere:ideo adiectum eſt,vt declaretur nō eſſe à filij impuberis teſtamento incipiendum:†

g Subſtituere. & erit neceſſarius:vt dicta.l.ſed ſi plures.§.j.

h Deceſſerit. hîc pupillaris præcedit inſtitutionē:ſed.j̃. ꝓxi. reſpō. vulgaris præcedit inſtitutionem:& valet vtrobique,licet conuerſa &c.Sed contra.s̃.proxi.§.Sol.vt ibi.

i Admittendus. ex tacita pupillari:vt.j̃.eo.l.nā hoc iure.&.C.e.l.iiij.

k Vt non ordo. dic vt.s̃.eo.§.prius.

l Quod igitur dictum eſt.s̃.§.prius.& quod dicit ſubſtituere licere. ſ. peracta prima inſtitutione:& quod ſubiicit,à filij.ſ. exheredati. & ſecūdū hoc nō refertur ad proximè dicta,vel referas ad proxi.hoc modo dictum eſt.s̃.eo.l.j.§.j.& quod dicit,ideo &c.præmitte non ideo.q.d.non ideo adiectum ſubſtituere : quia prius facta inſtitutione,vt declaretur &c.ſimilis litera.j̃.de cap.l.ſi quis in bello.

Vnde verſus. *Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas.*

*Nec faciunt ceruos cornua iacta ſenes*. id eſt cornua iacta faciunt ceruos non ſenes.item Ioan.verte non,& benè ſtabit,ideo.

CVm filio.] CASVS. Feci teſtamentum, & inſtitui mihi heredem Titium,& Seium & Stichum ſeruum Sempronij & filium meum impuberem exheredaui, vel etiam cum eis inſtitui. & poſtea ita dixi:Quiſquis mihi heres erit, filio meo impuberi heres eſto.& poſtea deceſſi. & poſtea dictus Stichus exiuit de poteſtate Sempronij domini ſui, puta quia eum alienauit vel manumiſit.& poſtea dictus meus filius nō extitit mihi heres, vel extitit, ſed in pupillari ætate deceſſit,& ita habuit locum ſubſtitutio quam ei feci.certè ad hanc ſubſtitutionem admittuntur illi ſoli qui à me heredes ſcripti fuerunt.ergo Sempronius prædictus Stichi dominus, cui Sempronio acquiſita fuit per Stichum tertia pars hereditatis meæ, non poteſt effici heres dicti impuberis ex ſubſtitutione : ſed partem ſubſtitutionis Sticho contingentem habebit ille in quem alienauit Sempronius, vel ipſe Stichus ſi manumiſſus fuit. & Titius prædictus & Seius habebunt quilibet tertiam de bonis impuberis ex ſubſtitutione prædicta.

m ſcriptos. i.inſtitutos.nō autem ab inteſtato:quia ſic eſſet ſubſti- A tutio nulla:vt.s̃.l.proxi.§.quiſquis.& dic hereditatē adeuntes:vt & j̃.eo.l.ex duobus.§.filium.& inſtitu.e.§.ſubſtitutus. licèt poſtea deſinant per querelam inofficioſi:vt.j̃. eo.l.in ſubſtitutione.

n Dominus.vel pater cui per filium:vel heres heredis: vt infra eod. l.q liberis.§. hæc verba.

Per ſubſtitutionem factam per hæc verba, Quiſquis mihi heres erit:non vocatur niſi ille qui fuit ſcriptus heres:non autem ille cui fuit acquiſita hereditas ex diſpoſitione legali. Alexand.

B III. MODESTINVS *libro primo differentiarum.*

CVm filio impuberi pater ita ſubſtituerit : *Quiſquis mihi heres erit,idem filio impuberi heres eſto*: placuit ad hanc ſubſtitutionem ſcriptos [m] tātummodo ad hereditatē admitti. Itaq; dominus [n] cui per ſeruū hereditatis portio quæſita ſit, ex ſubſtitutiōe impuberi heres effici nō poterit,ſi ſeruus ab eius exierit [o] poteſtate.

C Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem : & econtra pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem:& ſubſtitutio reciproca facta duobus impuberibus continet vulgarē tantùm : & ideo ſeparatim eſt cuilibet ſubſtituendum, vt ſic in perſona pupilli cōtineatur vtraque: & ne relinquatur volūtatis quæſtio:& tunc eſt etiam tutius vt in perſona pupilli vtraque ſcilicet vulgaris & pupillaris exprimatur.hoc dicit.tota lex.Alexan.

o Exierit. aliter ſi remāſerit. Azo. arg. j̃.de acquir.hered.ſi ſolus.in fi. H.& facit.j̃.de ope. lib. l.cum patronus.

† Vide quę ſcribit in hunc locum Viglius in cōmmē. ad. §.liberis autem. de pupilla.ſubſti. Inſti.lib.2.

IAm hoc iure.] CASVS. Per id quod dictum eſt.s̃.eo.l.moribus.§.ſed & ita ſcripſerit.iam hoc iure vtimur,vt cū pater impuberi filio ſubſtituit vulgariter, intelligatur etiā pupillaris ſubſtitutio tacite: vtputa ita dixit pater:Filiū meū impuberē mihi heredē inſtituo : & ſi mihi heres nō erit, ſubſtituo ei Titiū.certè ſiue heres non erit impubes, erit heres Titius ex ſubſtitutione vulgari : ſiue heres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, erit heres Titiꝰ ex ſubſtitutione pupillari tacitè ſubĩtellecta. & non ſolùm ad pupillarē ſubſtitutionē trahit dicta vulgaris, ſed etiā ad reciprocā ſiue breuiloquā ſubſtitutionē. puta ſi pater duos filios impuberes heredes inſtituat, & poſtea dicat eis, vos inuicē ſubſtituo. nā intelliguntur vulgariter ſubſtituti:& in vtrūque caſum.ſ. vulgarē & pupillarē videtur reciproca ſubſtitutio facta : & ita ex vtroq; latere intelligitur tacita vulgaris & pupillaris ſubſtitu- D tio.& ita in dictis breuibꝰ verbis,vos inuicē ſubſtituo &c.quatuor ſubſtitutiones cōtinētur,i.in vtroq; impuberi qui erāt duo,vulgaris & pupillaris. ſi autē vnus ex dictis filiis teſtatoris erat pubes,& alter impubes,& eos inſtituit pater,& poſtea ita dixit eis,vos inuicē ſubſtituo:nō intelligitur hic in vtroq; filio niſi vulgaris ſubſtitutio propter vitandā inæqualitatē.certū eſt enim quòd puberi non poteſt ſubſtitui tacitè vel expreſſe niſi vulgariter: impuberi autem vulgariter & pupillariter.incōgruū autē eſſet ſi in impubere intelligeretur duplex ſubſtitutio per dicta verba, in pubere autem ſola vulgaris.ſtatuitur ergo, vt dictū eſt, vt vulgaris tantū in vtroq; intelligatur quæ in vtroq; de iure locū habere nō poteſt:vt dictū eſt. in hoc ergo caſu,ſ.cū inſtituit ſibi heredes filiū puberē & impuberē,& eos vult adinuicē ſubſtituere taliter quod quilibet habeat illud ex ſubſtitutione quod perſona ſua de iure habere poteſt,cuilibet eorū ſeparatim debet ſubſtituere, & puberi debet ſubſtituere E impuberē:Si filiꝰ meus pubes mihi heres nō erit,impuberē ei ſubſtituo.& ſic erit puberi tantū vulgaris ſubſtitutio facta,& nō habebit locū pupillaris in eo : quia pupillariter etiā expreſſe ei ſubſtitui nō poteſt.impuberi autē ſic debet ſubſtituere puberē, ſi impubes filius meus mihi heres extiterit,& intra pubertatē deceſſerit,ſubſtituo ei fratrē ſuū puberē. quo caſu.i. cū facta eſt ſola pupillaris pupillo,in vtrūq; euentū videbitur ſubſtitutus pubes impuberi.i.ſiue heres nō extiterit impubes,ſiue extiterit heres,& intra pubertatem deceſſerit,& ita ſola pupillaris cōtinebit tacitā vulgarē.& bene dico quod pupillaris tantū debet fieri in perſona impuberis, & non vulgaris tantū quæ fuit facta in perſona puberis: quia ſi vulgari tātum nō ſolū puberi,ſed etiā impuberi ſubſtituatur, relinquet poſt mortē ſuam quæſtionē vtrum in vtriuſq; perſona intelligatur ſenſiſſe de vna ſubſtitutione vulgari tantum. & ita intelligetur vterq; alteri ſubſtitutus vulgariter tantum propter inæqualitatē quam. s̃. dixi vitandam.ita enim in impubere prædicto vtraque ſubſtitutio intelligitur

intelligitur, ſcilicet vulgaris & pupillaris, ſi non refragatur parentis voluntas. refragatur autem, vt dictum eſt, ſi vulgari tãtummodo ſubſtituat nõ ſolùm puberi, ſed etiam impuberi. bonũ eſt ergo quod impuberi in hoc caſu ſubſtituat puberẽ pupillariter tantùm, vt dictum eſt. & ſic intelligetur vulgaris & pupillaris, vt dictum eſt. ſi autem penitus nõ vult relinquere dictam quæſtionem ſuæ voluntatis poſt mortem ſuã, debet impuberi prædicto ſubſtituere puberẽ vulgariter & pupillariter expreſſè hoc modo: Si filius meus impubes mihi heres non erit, vel erit, & in pupillari ætate deceſſerit: ſubſtituo ei fratrem ſuum puberem. & ita eſt plana hęc lex. Viuianus.

A parte pro qua à me inſtitutus eſt. vnde ſi Titius prædictus & Seius & Gaius habeant diſpares partes: pro ea parte, vt dixi, quam quiſque habet in hereditate mea, pro ea inquam venit ad partẽ Sempronij eorum coheredis. nec eſt vis vtrũ vnus eorum habeat maiorem partẽ in hereditate mea quàm coheredes ſui, eo quòd eum inſtitueri in maiori parte quàm alios: an ideo quòd per ius accreſcendi vindicaſſet alterã partem alicuius coheredũ qui deceſſit fortè, & cui fortè erat coniunctus iſte qui nunc inuenitur habere maiorem partẽ: quia vtroque caſu iſte qui habet maiorem partem in hereditate mea, habebit maiorem partẽ in parte Sempronij cõheredis ſui quæ defecit, quàm alij ſui coheredes & .h.d. hæc.leg. Viuianus.

IIII. IDEM *libro ſingulari de Euremáticis.*

IAm hoc [a] iure vtimur ex diui Marci & Veri conſtitutione, vt cum pater impuberi filio in alterum [b] caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intellegatur: ſiue filius heres non extiterit, ſiue extiterit, & impubes deceſſerit. Quod ius [c] ad tertium quoque genus [d] ſubſtitutionis tractum eſſe videtur. B Nam ſi pater duos filios impuberes heredes inſtituat, eóſque inuicem ſubſtituat: in vtrumque [e] caſum reciprocam [f] ſubſtitutionem factam videri [g] diuus Pius conſtituit. Sed ſi alter pubes, alter impubes, hoc communi verbo, *Eóſque inuicem ſubſtituo*, ſibi fuerint ſubſtituti: in vulgarem tantummodo caſum factam videri ſubſtitutionem Seuerus & Antoninus cõſtituit. C Incongruens enim videbatur, vt in altero duplex eſſet ſubſtitutio, in altero ſola [h] vulgaris. Hoc itaque caſu ſingulis ſeparatim pater ſubſtituere debebit: vt ſi pubes heres non extiterit, impubes ei ſubſtituatur. [i] ſi autem impubes heres extiterit, & intra pubertatem deceſſerit: pubes frater in portionem coheredis ſubſtituatur. quo caſu in vtrunque [k] euentum ſubſtitutus videbitur: ne ſi vulgari [l] modo impuberi quoque ſubſtituat, D voluntatis quæſtionem relinquat, vtrum de vna vulgari tantummodo ſubſtitutione in vtriuſque perſona ſenſiſſe intellegatur. [m] ita enim in altero [n] vtraque ſubſtitutio intellegitur, ſi voluntas parentis nõ refragetur: vel certè euitandæ quæſtionis gratia ſpecialiter in vtrumque caſum impuberi ſubſtituat fratrem, *Siue heres non erit, ſiue erit, & intra pubertatis annos deceſſerit.*

Subſtitutus p hæc verba, Quiſquis mihi heres erit: vocatur pro hereditaria portiõe: in qua illud cõputatur, quod quis habet per ius accreſcendi. Bartolus. Alexã.

V. GAIVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

SI in teſtamento heredes ſcripti, ita alicui [o] ſubſtituti fuerint, vt ſi is [p] heres non eſſet, [q] quiſquis ſibi [r] heres eſſet, [s] is in parte quoq; deficientis [t] eſſet heres: pro qua [u] parte quiſq; heres extitiſſet, [x] pro eã parte eum in portionem quoque deficientis [y] vocari placet: neque intereſſe, iure inſtitutionis quiſque ex maiore parte heres factus eſſet, an quòd * per legem [z] alterã, † alicuius [a] partem vindicaſſet. [b]

* verò † Papiã, vt docet inſcriptio, licet alij legem 12. tab. interpretentur.

Prohibitus ſuccedere patri, nõ prohibetur ſuccedere fratri etiã ex diſpoſitione in pupillari ſubſtitutione cõprehenſa: non tamẽ habebit bona patris quæ ad pupillũ peruenerunt: ſed alia bona impuberis. h. d. & non reperitur alibi ſecũdum Bal. Ange. & Modernos. Alexand.

VI. TERENTIVS CLEMENS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI is qui ex bonis teſtatoris ſolidum capere non poſſit, [c] ſubſtitutus ſit ab eo [d] impuberi filio eius: ſolidum ex ea cauſa capiet, quaſi à pupillo capiat. [e]

a *Iam hoc.* aliàs eſt iam: & bene. aliàs nam: & tunc continua cũ.l. moribus. in fi. ibi, ſed & ſi extiterit &c.

b *In alterũ caſum.* id eſt in vulgarẽ tantùm, quãdo tacita pupillaris intelligitur: vel etiam pupillaris tantùm, quãdo intelligitur tacita vulgaris: vt.C.eo.l.quamuis.

c *Quod ius.* ſcilicet ſubſtitutionis tacitè intellectæ.

d *Tertium quoque genus.* nam.ſ. quando vulgaris per ſe, item quando pupillaris per ſe: nũc quãdo vtraque.

e *In vtrunque.* ſ. vulgarem & pupillarẽ. Azo.

f *Reciprocam.* hanc dicimus breuiloquã, vt.j.eo.l.Lucius.

g *Videri.* inuicem inter eos.

h *Sola.* vt.C.eo.l.hereditatem. &.l. quãuis. & de teſta. mili. l. in teſtamento. & arg.C.de fru. & li.ex.l.fi. & de proxi. ſac.ſcri.l.in ſacris lib.xij. vbi dicit æqualitatẽ in iudiciis ſeruandam.

i *Subſtituatur.* hæc eſt vulgaris non continens pupillarẽ, cũ ſit pubes.

k *In vtrumque.* nam ſub expreſſa pupillari cõtinetur tacita vulgaris: vt hîc in princi. huius legis.

l *Ne ſi vulgari.* pupillaris quidẽ caſus etiam ſolus exprimi debet: & ſufficit vt comprehendat vtrumque, vt dixit: ne fit aliter ſi vulgariter tantum ſubſtitutio fiat: & retine caſum præmiſſum quãdo inſtitui puberem & impuberem. Azo.

m *Intellegatur.* an de vulgari & pupillari, & ſic dat intelligere q non continetur hoc caſu in vulgari ſubſtitutio pupillaris tacita: eſt & alius.ſ.eo.l.cum ex filio.§. filio. Regulariter contra.C.eo.l. quãuis. &.ſ.eo.l.in prin. ſecundum Azo. vel dicas ſecundum M. quod eſt verius, quòd & hîc intelligatur.

n *In altero.* ſcilicet caſu, quando pupillaris fuit expreſſa: vt.ſ.eo.§.ſi autem impubes. nam continet tacitam vulgarem iſta pupillaris, niſi voluntas patris &c. vel ſi vult teſtator vt nec de facto ſit quæſtio, vtrumq; caſum euidenter exprimat. ad quod.ſ.man.l.qui mutuam. & ſemper retine quod puberem & impuberem inſtituit.

SI *in teſtamento.*] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo: inſtituo mihi heredem Titium & Seium & Gaium & Sempronium: & ſi Sempronius heres mihi non erit, quiſquis alius mihi heres eſt, in parte Sempronij prædicti ſit heres. & deceſſi. poſtea Sempronius non vult mihi heres eſſe. quæritur pro qua parte habeant coheredes Sempronij partem eius? & dicitur quòd quilibet habet pro ea

o *Alicui.* puta Titio qui cum aliis erat inſtitutus.

p *Si is.* ſcilicet Titius.

q *Non eſſet.* ipſi teſtatori.

r *Sibi.* teſtatori.

s *Eſſet.* alius à Titio.

t *Deficientis.* aliàs defuncti, ſcilicet Titij.

u *Pro qua.* nũc reſpondet.

x *Extitiſſet.* in dicto teſtamento.

y *Deficientis* aliàs defuncti. & aliàs deficientis, ſcilicet Titij.

z *Legem.* ex parte putã ſibi tantùm coniuncti, & non alij iure accreſcendi. Ioann. vt. C. de cadu. tollen l.j.§.his ita. & facit.j. de rebus du.l. vtrum. §. quæſitum. & C. eod. l.j. item ſecus ſi propia nomina fuiſſent expreſſa: vt infra ad Trebel.l. nonnunquam. itẽ facit infra eo. qui cum plures &.l.coheredi.§.j. &.l.qui liberis.§.fi. &.l. ſi plures. & inſti. de vulg. ſub.§.j.

a *Alicuius.* ſibi tantùm coniuncti.

b *Vindicaſſet.* nam tantam partem habet in ſubſtitutione, quantam habet in inſtitutione, ſiue habeat maiorẽ partem ab ipſa primæua inſtitutione teſtatoris, ſiue poſtea ſibi accreuit ex aliquo qui ſibi erat coniunctus tantùm, & non aliis, ſcilicet pro tanta parte habebit ex ipſa ſubſtitutione.

E SI *is qui ex bonis.*] CASVS. Habeo filium tantùm naturalem, & filium naturalem & legitimum impuberem. vnde naturalis filius tantùm non poteſt habere de bonis meis vltra vnam vnciam. feci teſtamentum, & inſtitui mihi heredem Titium extraneum, & dictum impuberem exheredaui, & ei ſubſtitui dictum filium naturalem. certè ſolidum capiet dictus naturalis ex ſubſtitutione, quia de bonis pupilli capit, & non de meis & idem eſt ſi dictum impuberem inſtitui. nam de eo quod aliunde acquiſitum eſt dicto impuberi, habebit in ſolidum dictus naturalis ex ſubſtitutione. Viuianus.

c *Non poſſit.* vt filius naturalis: vt.C.de na.lib.l.ij. de bonis tamen pupilli poteſt: quia non prohibetur.

d *Ab eo.* ſcilicet teſtatore.

e *Capiat.* quod directè capere poterat. & facit.ſ.ſol.ma.l.ſi vero.§. item quicquid. & C.de ædil.act.l. cum autem.§.fi. &.ſ.tit.j.l. ſi quis ſolidum. & de adopt.l.ſi pater.§. qui duos. Sed argum. contra infra de dona. cauſa mor.l.quod conditionis. Sed hoc ne decedat

pro parte inteſtatus, cum vnum patris & filij teſtamentum ſit: vt.ſ. eo.l. moribus.§.prius.

a *Amplius*. quàm per legem liceat.

b *Præterea*. id eſt præter bona patris.

c *ſubſtitutus*. hic naturalis.

Sed hoc ita interpretari Iulianus noſter videtur, vt ex bonis quæ teſtatoris fuerant, amplius[a] capere non poſſit. Quòd ſi pupillo aliquid prętereа[b] adquiſitum eſſet, aut ſi exheredato eſſet ſubſtitutus:[c] non impediri eum capere, quaſi à pupillo capiat.

Compēdioſa ſubſtitutio facta à pagano per verba merè ciuilia directa, finitur poſt pupillarem ætatem: & qui non admittitur vt ſubſtitutus, non admittitur vt coniunctus. Alexand.

VII. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

VErbis† ciuilibus[d] ſubſtitutionem poſt quartumdecimum annum ætatis fruſtra[e] fieri conuenit. Sed qui non admittitur vt ſubſtitutus, vt adiectus[f] heres quandoque[g] non erit: ne fiat contra voluntatem,[h] ſi filius non habeat totum interim quod ei teſtamento pater dedit.

Subſtitutus pupillo purè vel ſimpliciter admittitur ex ſubſtitutione, etiam ſi nō ſit heres patris: ſecus ſi ſit ſubſtitutus ſub cōditione ſi heres erit. Alexand.

VIII. VLPIANVS *libro quarto ad Sabinum.*

QVi liberis impuberibus ſubſtituit: aut purè,[i] aut ſub

*VErbis ciuilibus.*] CASVS. Quãuis verbis ciuilibus, id eſt directis vſque ad xiiij. annum ſubſtituere poſſum filio meo impuberi hoc modo: Si filius meus heres mihi erit, & intra pupillarem ætatem deceſſerit, ſubſtituo ei Titium: vt ſupra eo. iam hoc iure. §. hoc itaque. tamen vltra illam ætatem non poſſum ei directò ſubſtituere ſiue ciuiliter. nam ſi ita dicam, ſi filius meus heres mihi erit, & intra. xv. vel. xvj. annos vel. xxv. ann. deceſſerit, ſubſtituo ei Titium: nō valet ſubſtitutio ſi decedat filius vltra. xiiij. annos: licèt decedat intra. xv. vel xvj. vel xxv. annos prędictos. Sed nunquid Titius qui non admittitur prædicto caſu ex ſubſtitutiōe, admittetur tanquam coheres impuberis prædicti mei filij? & certè non. nam ſi admitteretur vt coheres, admitteretur cum impubere ſtatim me mortuo qui fui teſtator. & ſic contra voluntatem meam fieret, qui volui quòd impubes haberet totam hereditatem vſque ad tempus quod ei præſtitui in ſubſtitutione, & eo impubere mortuo haberet Titius prædictus ſubſtitutus. quamuis autem non valeat directò dicta ſubſtitutio, ad fideicōmiſſum tamen traheretur, ſcilicet vt videatur filius per fideicōmiſſum rogatus à me de reſtituenda hereditate mea Titio ſi ipſe filius decedat vltra. xiiij. annos, intra tamen. xvj. vel xvij. vel xviij. vel xxv. annos prædictos: vt infra ad Trebel.l. Scæuola. Viuianus.

† Vide in hãc l. Alcia. lib. Para. 1. cap 5. & lib. 10. cap. 1.

d *Verbis ciuilibus*. id eſt directis, puta iſtis, ſi intra. xxv. annos vel quandocunque deceſſerit filius, ille ſit heres ei. vel dic à lege. xij. tabu. inductis. ſi minus, ſic vt.j. eod.l. ſi ita. Et not. quod hîc eſt compendioſa in pagano. Accurſius.

e *Fruſtra*. niſi à milite: vt.j. eo.l. centurio. Azo.

f *Adiectus*. id eſt vt coheres.

g *Quandoque*. melius dixiſſet, non erit quandoque, id eſt non erit aliquo tempore. H.

h *Voluntatem*. ſcilicet teſtatoris hoc modo dicentis, ſi filius &c. ad quod.ſ. tit. j.l. Lucius. in fi. ſic ergo nota quod obliqua non trahitur ad directam, ſed econtra, ſecundum Azo. inſtitutus quandoque admittitur vt fideicommiſſarius. quod eſt ſi vel propter ſolennitatem capere nō poteſt directò, vt quia in codicillis ſcribitur: vel propter ſuam perſonam: vt infra ad Trebel.l. Scæuola. & l. ex facto. in prin. ſi vero nihil eum capere impediuit, id eſt vel conditio, vel codicillorum breuis ſolennitas: ei iure directo non poteſt venire, nec veniet iure fideicommiſſi niſi in caſu: vt hîc, &.j. eod.l. Centurio. Azo. ſed directa dubia recipit interpretationem directę: vt.C. de heredi. inſti.l.fi.

Subſtitutio obliqua ad directã non trahitur.

*QVi liberis.*] CASVS. in hac.l. cum duabus ſeq. vſq; ad.§. Quos poſſum. eſt talis: Filio meo impuberi à me inſtituto poſſum purè ſubſtituere Seium, hoc modo: Inſtituo filium meū impuberem Titium heredē mihi. & ſi dictus meus filius intra pubertatē deceſſerit, Seius heres eſto. & hoc caſu ſiue hic Seius à me ſit inſtitutus, impuberíque ſubſtitutus, ſiue non ſit à me inſtitutus, ſed ſolummodo impuberi ſubſtitutus: nullã in ſua perſona habet

conditione ſolet ſubſtituere. Purè ſic, *Si filius meus intra pubertatem deceſſerit, Seius heres eſto*. Siue Seius iſte heres inſtitutus ſit, & impuberi ſubſtitutus, nullam habet conditionem: ſiue ſolùm[k] ſubſtitutus. Sub conditione autem inſtitutum ſi ſubſtituat, id

B eſt,[l] *Si mihi heres erit*: non aliàs exiſtet heres ex ſubſtitutione, niſi & ex inſtitutione heres fuerit. Cui ſimilis[m] eſt & hæc ſubſtitutio: *Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis*[n] *heres erit.*[o] habet enim in ſe eandem conditionem ſimilem[p] ſuperiori.

Subſtitutio facta per hæc verba, Quiſquis mihi heres erit: refertur ad ſcriptos tãtum, non ad eos quibus hereditas acquiritur mediantibus ſcriptis: & ſcripti vocantur pro hereditariis portionibus. Alexand.

C Hæc verba, *Quiſquis mihi heres erit,*[q] *idem impuberi filio heres eſto:* hunc habent ſenſum, vt non omnis qui patri heres exſtitit,[r] ſed is qui ex teſtamento[ſ] heres exſtitit, ſubſtitutus videatur. & ideo neque pater qui per filium, neque dominus qui per ſeruum exſtitit, ad ſubſtitutionem admittetur,[t] neque heredis heres,[u] quia non ex

A conditionem: ſed mortuo impubere intra pupillarem ætatem ſtatim eſt heres ex ſubſtitutione prædicta. Item poſſum ſubſtituere eundem Seiū ſub cōditione, puta quia inſtitui mihi heredē Seium & impuberē purè: & poſtea ita dixi: Si filius meus intra pubertatē deceſſerit, ſubſtituo ei dictū Seium ſi mihi heres exſtiterit dictus Seius. & in hoc caſu nō aliàs exiſtet heres ex ſubſtitutione Seius, niſi ex inſtitutione heres fuerit mihi. & idem eſt in hac alia ſubſtitutione, Inſtituo mihi heredem Titium & Seiū & Sēpronium, & filiū meum impuberē: & quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit, ſit heres dicto filio meo impuberi in pupillari ætate decedēti. nam ſi impubes in pupillari ętate decedat, nō admittetur aliquis prædictorū ex ſubſtitutione, niſi mihi heres exſtiterit ex meo teſtamento in ſua ꝓpria perſona. vnde pater qui per filiū à me inſtitutum exſtiterit mihi heres, nō admittitur ex dicta ſubſtitutione impuberis, nec etiã dominus qui per ſeruū ſuum mihi heres exſtiterit, nec etiam heredis à me inſtituti heres: quia iſti tales nō venerūt ad hereditatē meã ex meo iudicio, ſiue ex teſtamēto. ſed ſi omnes ꝑdicti tres, ſcilicet Titius & Seius & Sēpronius à me inſtituti veniãt ad ſubſtitutionē impuberis, ideo quia mihi heredes exſtiterūt, eaſdē partes habebunt ex ſubſtitutione quas eis dedi in mea hereditate cū eos mihi heredes in-

Hic.§. iungēdus eſt cum duab.ll. ſeq.

D ſtitui. Sed quid ſi dicto filio meo impuberi ſubſtitui prædictos tres & poſtea eodem modo ſubſtitui ei Gaium? Certè in ſubſtitutione habebit Gaius dimidiam bonorum impuberis: & prædicti tres aliam dimidiam: & diuident dicti tres dictam dimidiã inter ſe pro his partibus quas eis tribus dedi in hereditate mea. Sed quid ſi aliquis de dictis tribus decedat antequã vindicet ſubſtitutio ſibi locum? Certè heres eius non admittetur poſtea ad ſubſtitutionem, ſed ſoli duo ſuperſtites, & diuident bona obuenientia eis ex ſubſtitutione pro eis partibus quas eis dedi de hereditate mea cum eos mihi heredes inſtitui. Viuianus.

i *Purè*. Sed videtur hoc falſum: quia nulla ſubſtitutio eſt quin ſit inſtitutio conditionalis: vt apparet ex ipſis verbis. Reſpō. non habuit hîc iuriſconſultus reſpectum ad illam conditionem, ſed ad aliam quæ extrinſecus poſſet apponi.

k *Siue ſolùm*. id eſt ſolummodo. ſic.C. de teſti.l.j. & in Euangelio, Non in ſolo pane viuit homo. &.ſ. de vſu & habi.l.ij. Azo. Deu.8. c

E l *Id eſt*. pro ſic: vt.j. de ann.leg.l. penul. Azo.

m *Cui ſimilis*. quo ad verba eadem quo ad ſenſum.

n *Ex ſupraſcriptis*. inſtitutis ſub conditione. Azo.

o *Heres erit*. idem ſit heres filio meo. Azo.

p *Similem*. ſimile eſt quod idem eſt. Azo.

q *Heres erit*. directò & ex teſtamento. Azo.

r *Exſtitit*. ex teſtamēto, vel ab inteſtato: directè, vel ꝑ obliquum.

ſ *Ex teſtamento*. directò: vt ſubiicit. ad quod.j. de condi. & demō. l. quæ conditio. & l. qui heredi. in princi. &.j. de adi. lega.l. legatum. Sed arg. contra.ſ. de in rē verſo.l.iij.§. ſed ſi errauit. vbi non refert directò vel per obliquum aliquid fiat. ADDITIO. Dic ſecundū Bar. quod aliud eſt hîc: quia conſideratur affectio teſtatoris, quæ in eo qui eſt heres per obliquum, non cadit.

t *Admittetur*. cum filius vel ſeruus tēpore mortis impuberis non ſit in patris poteſtate vel domini: vt.ſ. eo.l. cum filio. Azo.

u *Neque heredis heres*. ſecus ſi ille qui inſtitutus eſt, ſubſtitueretur

filio

iudicio [a] veniunt. Partes quoq; [b] eædem ad ſubſtitutos pertinent, quas in ipſius patrisfamiliæ habuerunt hereditate.

Diſiunctus vocatur in vnã dimidiam: & coniuncti in aliam dimidiam. Alexand.

IX. LABEO *libro primo poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

SI pater filio impuberi eoſdem quos ſibi, & te vnum [c] præterea heredẽ inſtituit: [d] bonorum filij te dimidiam, * cæteros patris heredes cõmuniter dimidium ita habere, vt vnus ſemis [e] apud te maneat: alterius ſemiſſis pro his partibus inter heredes paternos diuiſio fiat, quib⁹ ex partibus hereditatem paternam haberent. B

Spes ſubſtitutionis pupillaris nõ trãſit ad heredes. Bar. & Alex.

X. VLPIANVS *libro quarto ad Sabinum.*

SEd ſi plures ſint ita ſubſtituti, *Quiſquis mihi ex ſupra ſcriptis heres erit:* deinde quidam ex illis poſtea quàm heredes extiterint [f] patri, obierunt: ſoli ſuperſtites ex ſubſtitutione heredes exiſtent ꝓ rata partium ex quibus inſtituti ſint: nec quicquam valebit [g] ex perſona defunctorum.

Poteſt teſtator filio ſuo impuberi illum facere heredem neceſſarium, quem ſibi teſtatori facere poterat. Alexand.

Quos poſſum [h] heredes mihi facere neceſſarios, poſſum & filio: [i] vt ſeruum meũ, & fratrem ſuum, [k] quamuis in rebus humanis nõdum ſit. Poſtumus igitur erit fratri heres neceſſarius. [l]

Si filius agnouit hereditatem paternam, nõ poteſt ſubſtitutus ei pupillariter habere pupillarẽ ſine paterna, cum vnum patrimonium eſſe cœperit. & vbi non aditur hereditas ex paterno teſtamento, non valerent tabulæ pupillares. h. d. vſque ad. §. ſi ex aſſe. Alexand. C

---

filio nominatim: vt. ĩ. de acquir. here. l. qui patris. ij. reſpon. quæ eſt contra. Vel dic vt ibi. & facit. ĩ. eo. l. ſed ſi plures. ibi, nec quicquam valebit &c. circa princi. & infra de verb. ſig. l. ſciẽdum. & ĩ. de ſuis & legi. here. l. ſi ex plurib. & ĩ. de ope. lib. l. cũ patronus. §. j. & infra de iure patro. ſiue. §. j. & §. penul. & fi. & infra de cõtra tabu. l. non putauit. §. ſed & ſi. & s̃. tit. j. l. ſub cõditione. Sed arg. cõtra infra de codicil. l. ſi quis cum. & s̃. de dona. inter virũ & vxo. l. ſi donante. §. j. Azo. ADDITIO. Dic quod ibi vltimus nominatus tenet locũ primi quo ad effectum donantis: hîc verò heres heredis non tenet locum primi quo ad effectum teſtãtis, ſecundum Bar.

a *Iudicio.* id eſt ex voluntate teſtatoris.

* dimidium

b *Partes quoque.* vt & inſti. de vul. ſubſti. §. ſi ex diſparibus. & de pup. ſubſti. §. ſubſtituitur. & ſupra eo. l. v. & ĩ. eod. l. ſed ſi plures. & l. coheredi. §. ex his. Sed argu. contra. C. eo. l. fin. Solu. vt. ĩ. l. proxi.

c SI *pater. Et te vnum.* qui de inſtitutis fortè eras, ſecundum quoſdam.

d *Inſtituit.* i. ſubſtituit.

e *Semis.* totius hereditatis. non dicas illius dimidiæ quã dixit teſtator cæteros habere cõmuniter. Azo. & facit. s̃. tit. j. l. Titius. & l. interdum. ij. reſpon. Sed arg. cõtra. ĩ. de leg. ij. l. Lucius. §. Lucius. Sol. vt ibi. Item contra. C. eo. l. fin. j. reſpon. vbi viriliter diuidunt. Sol.[a] ibi propria eorum nomina ſunt adiecta: hîc non arg. ĩ. ad Treb. l. nõnunquam. Vel hîc de bonis filij, ibi patris: vt hîc innuit. Vel hic erat de inſtitutis hîc ſpecialiter nominatis: ibi nõ. Vel hîc corrigit. Vel dic vt ibi. Item contra. C. eo. l. j. Solu. imò concor.[b]

a] Imò ſolu. hîc poſitæ ſunt diuinatiuæ ſecũdũ Bartol. ideo dic melius, quòd ibi fuit appoſita dictio diſtributiua, quiſquis, quæ facit vt quilibet videatur æquè principaliter fuiſſe vocat⁹. Pau. & Ia.

b] Sequũtur eam Barto. & Ia.

SEd *ſi plures.*] CASVS in prin. fuit cõtinuatus cum caſu præceden. vſque ad. §. quos poſſum. Sicut poſſum facere mihi heredem neceſſarium ſeruum meum & filium: ita poſſum eoſdẽ facere neceſſarios heredes cuidam filio meo impuberi, ſubſtituendo eos vel aliquẽ eorum ei impuberi. [FILIO IMPVBERI.] Inſtitui mihi heredẽ ex aſſe filium meum impuberẽ, & pupillariter ſubſtitui ei Titium, & deceſſi. poſtea dictus impubes exſtitit mihi heres, & in pupillari ætate deceſſit: ſic quod locũ habuit ſubſtitutio. modò vult dictus Titius ſubſtitutus habere hereditatẽ impuberis, & non meam quam adiuerat dictus impubes, vt dixi. quæritur vtrũ ita poſſit ſeparare? Et dicitur ꝙ nõ. per aditionẽ enim prædictam quam fecit impubes de hereditate mea, cœpit taliter mea hereditas ſuæ eſſe iuncta, vt amodo ſeparari nõ poſſit. ideo aut vtriuſque noſtrum habere debet hereditatẽ, aut neutrius. & idẽ eſt ſi dictum impuberem non inſtitui ex aſſe, ſed ex parte dimidia, & Titium prædictum in alia dimidia, & eum pupillariter dicto impuberi ſubſtitui, & vindicauit locum ſibi ſubſtitutio prædicto modo: & poſtea Titius impuberi ſubſtitutus, & à me pro dimidia inſtitutus meam repudiauit hereditatem. nam impuberis hereditatem ſine mea habere non poteſt. ſed & ſi dictum impuberem exheredaui, & dictum Titium ex aſſe heredẽ mihi inſtitui, & non dedi ei coheredem vel ſubſtitutum aliquẽ, & ſubſtitui pupillariter dictum Titium impuberi, & poſtea deceſſi, & poſtea deceſſit filius meus in pupil. ætate, & nunc Titius vult repudiare hereditatem meam, & habere hereditatẽ impuberis ex ſubſtitutione: non poteſt hoc facere. non enim valet teſtamentum quod feci dicto meo filio impuberi ſubſtituendo ei dictum Titium, niſi per eundẽ Titium adita fuerit heredi. nec enim ſufficit ad ſecundas tabulas, id eſt ad teſtamẽtum ſiue ſubſtitutionem quam feci dicto meo filio ad hoc vt valeant dictæ ſecundæ tabulæ, ſic factum eſſe meum teſtamẽtum, vt ex eo hereditas adiri poſſit: imò oportet quòd adeat, & aliàs non valent ſecundæ tabulæ prædictæ. ſi autem dicto Titio ex aſſe à me inſtituto dediſſem coheredẽ vel ſubſtitutum, potes colligere per ſuperiora quòd Titius omittat meam hereditatem, & ſubſtitutus ſuus vel coheres adeat. vnde poteſt tunc habere Titius hereditatem dicti mei filij impuberis quem exheredaui. A [AD SVBSTITVTOS.] Filium meum impuberem mihi heredem inſtitui, & ei Titium pupillariter ſubſtitui, & poſtea deceſſi. & poſtea Gaius inſtituit ſibi heredem dictum impuberem, vel aliquo alio modo aliqua acquiſiuit impubes: & poſtea in pupil. ætate deceſſit: & ſic vindicauit ſibi locum ſubſtitutio Titij. certè ad dictum Titium pertinent ex ſubſtitutione nõ ſolùm ea in quibus eum impuberem inſtitui: ſed etiam ea quæ poſtea acquiſiuit impubes. nam & ſi eum impuberẽ exheredaſſem, potuiſſem ei ſubſtituere. Hoc tamẽ fallit ſi ego eſſem miles cum inſtitui impuberẽ, & hac mente ſubſtituiſſem ei Titium, vt Titius haberet ea tantùm quę à me peruenerunt ad impuberem. nam tunc non habebit Titius ex ſubſtitutiõe niſi ea quæ à me habuit impubes. Item fallit in alio caſu qui eſt talis: Arrogaui mihi aliquem impuberem, & eum poſtea heredẽ mihi inſtitui, & ei ſubſtitui pupillariter Titium: & poſtea deceſſi, & poſtea aliquid aliunde acquiſiuit dict⁹ impubes, fortè à fratre ſuo naturali: & poſtea deceſſit impubes. certè ad Titium ſubſtitutum dicti impuberis arrogati non pertinẽt niſi ea quæ habuit à me ipſe impubes, & non alia quæ habuit aliunde. ſed ea quæ habuit à me dictus impubes, non habet omnia dictus Titius, ſed tres partes tantùm: quartam autẽ bonorum meorum quam debui dictò arrogato reliquiſſe ex reſcripto diui Pij ſiue vellem ſiue nollem, non habet dictus Titius ſubſtitutus: niſi ſpecialiter in illa quarta ſubſtituerem pupillariter dictum Titium dicto impuberi. nã tunc eam habebit ſubſtitutus impubere in pupillari ætate decedẽte. facere autem dictam ſubſtitutionẽ ſpecialem in dicta quarta mihi arrogatori eſt ſine dubio permittẽdum. Non ſolùm autẽ habet dictus D Titius ſubſtitutus ea quę impubes habuit à me arrogatore eo modo qui dictus eſt: imò & habet omne id quod beneficio mei arrogatoris acquiſiuit impubes: vtputa quia quidam meus amicus vel cognatus ei impuberi aliquid reliquit. [NEMO INSTITVTVS.] Inſtitui mihi heredem Stichum: & ſi heres non eſſet dictus Stichus, ſubſtitui eundem ſibiipſi. certè nihil valet ſubſtitutio. Si autem mutauiſſem cauſam in ſubſtitutione, bene valeret ſubſtitutio, puta ſi inſtitui dictum Stichum ſi nauis ex Aſia venerit vſq; ad annum: & ſi non venerit, ſubſtitui eundẽ ſibiipſi. ſed & ſi non mutaui cauſam in ſubſtitutione, tamẽ valet quãdoq; ſubſtitutio de ſeipſo Sticho inſtituto facta, puta ſi inſtitui mihi heredẽ dictũ Stichum & Titium, & ita poſtea dixi, Si Titius heres non erit, tunc Stichus liber & heres in Titij parte eſto. nã eo caſu Titio nõ adeũte erit Stichus liber, & in totũ heres. ſi autẽ ita dixiſſem: Stichũ & Titium mihi heredes inſtituo: & ſi Stichus heres non erit, idẽ Stichus liber & heres eſto: nõ valeret ſubſtitutio. diſtinguitur ergo ita E breuiter in hac. l. cũ aliquis eſt inſtitutus, & ſibi ſubſtitutus: aut eſt in teſtamẽto vnus gradus tãtũ, aut plures. primo caſu nõ valet ſubſtitutio, niſi cauſa mutetur. ſecũdo valet quãdoq; etiam ſine cauſæ mutatione: & quandoq; non ſine cauſæ mutatione. Viuianus.

f *Heredes exſtiterunt.* facit. ĩ. de ſuis & legiti. l. ſi ex pluribus. & ĩ. eo. l. ſi plures. Accurſius.

g *Valebit.* vt & s̃. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. ibi, neq; hereditas &c. & pone hîc contra. ĩ. de acqui. here. l. qui patri. vt ibi [d] poſui, & ſolui modò.

d] Dic quòd ibi ſubſtitutio fuit vnita cum iure accreſcẽdi. Pau. & Ia.

h *Quos poſſum.* eos omnes, & ſolos: vt. ĩ. eo. l. ſi ſeruus cõmunis. in prin. & s̃. eod. l. j. §. prius. & ĩ. de acqui. hered. l. ſi pupillus. §. ſed qđ in fratrem. & C. de neceſ. ſer. l. iij. & l. quidam. §. fina.

i *Filio.* pupillo pupillariter ſubſtituendo ei.

k *Suum.* ſcilicet filij. Accurſius.

l *Neceſſarius.* ſubaudi poſtumus, ſi non habes.

Filio impuberi heredi * ex aſſe inſtituto ſubſtitutus quis eſt. extitit [a] patri filius heres. an poſſit ſubſtitutus ſeparare hereditates, vt filij habeat, patris non habeat? Non poteſt: ſed aut vtriuſque debet hereditatem habere, aut neutrius. iuncta enim hereditas cœpit eſſe. Idémque eſt ſi pater me heredem ſcripſerit ex parte, & filium [b] ex parte: & ego patris hereditatem repudiauero. nam neque filij hereditatem habere poſſum. [c]

B

Niſi adeatur hereditas ex teſtamento paterno, non valent tabulæ pupillares. h.d. & ad hoc ſemper allegatur. Alexand.

Si ex aſſe heres inſtitutus, filio exheredato ſubſtitutus, repudiauerit patris hereditatem, cum nõ haberet ſubſtitutum: [d] non poterit filij adire. Nec enim valet filij teſtamentum, niſi patris fuerit adita [e] hereditas: nec ſufficit ad ſecũdarum tabularum vim, [f] ſic eſſe factum teſtamẽtum, vt ex eo adiri hereditas poſſit. Ad ſubſtitutos pupillares pertinẽt & ſi quę poſtea pupillis obuenerint. Neque enim ſuis bonis teſtator ſubſtituit, ſed impuberis, cũ & exheredato ſubſtituere quis poſſit. [g] niſi mihi proponas militem [h] eſſe qui ſubſtituit heredẽ hac mẽte, vt ea ſola velit ad ſubſtitutum pertinere, quæ à ſe ad inſtitutum peruenerunt.

C

Subſtitutio facta ab arrogatore non trahitur niſi ad bona arrogatoris: & ad acquiſita impuberi beneficio arrogatoris. Alex.

In adrogato [i] autem impubere dicimus ad ſubſtitutũ eius ab adrogatore datum non debere pertinere ea quæ haberet [k] ſi adrogatus non eſſet, ſed ea ſola quæ ipſe ei dedit adrogator: niſi fortè diſtinguamus, vt quartam quidẽ, quã omnimodo ex reſcripto diui Pij debuit ei relinquere, ſubſtitutus habere non poſſit: ſuperfluum habeat. Scæuola tamen libro decimo quæſtionũ putat vel hoc [l] adrogatori permittẽdum. quæ ſententia habet rationem. Ego etiã amplius puto, & ſi quid beneficio [m] adrogatoris adquiſiit, & hæc† ſubſtitutũ poſſe habere: vtputa adrogatoris amicus vel cognatus ei aliquid reliquit.

Si aliquis ſubſtituitur ſibiipſi, nõ valet ſubſtitutio niſi aliquam vtilitatem contineat: vt quia mutetur cauſa, vel ſubſtituatur in maiori portione quàm fuerit inſtitutus. Alexand.

C Nemo inſtitutus, & ſibi [n] ſubſtitutus, ſine cauſæ mutatione [o] quicquam proficit, ſed hoc [p] in vno gradu. [q] Cęterùm ſi duo ſint gradus, poteſt dici valere ſubſtitutionem, [r] vt Iulianus libro trigenſimo Digeſtorũ putat, ſi quidem ſic ſit [ſ] ſubſtitutus ſibi, cum haberet coheredem Titium, *Si Stichus heres non erit, liber* [t] *& heres eſto*: nõ valere ſubſtitutionẽ. [u] quòd ſi ita, [x] *Si Titius heres non erit, tunc Stichus liber & heres & in eius* [y] *partem eſto*: duos gradus eſſe, atq; ideo repudiãte Titio Stichum liberũ & heredem fore. [z]

D

Capacitas ſubſtituti conſideratur ſecundum tempus quo cedit dies ſubſtitutionis. Alexand.

XI. PAVLVS *libro primo ad Sabinum.*

SI is [a] qui heres [b] inſtitutus eſt, filio [c] ſubſtitutus ſit: nihil ob-

a Exſtitit. ſicque commixta ſunt bona.

b *Ex parte filium.* & me viuo ſubſtituit.

c *Habere poſſum.* imò contra: vt.j.eo.l.ſi filius. Sol. ibi ſpeciale, quia ſubſtitutus erat frater impuberis. Vel hîc adiuit impubes paternã: ibi non. Vel hîc nemo adiuerat patris hereditatem: & ſic non valet pupillaris niſi ipſe adeat [a] paternam: vt.ſ.l.ij.§.adeo. & infra ad Trebel.l.ita tamẽ.§. qui ſuſpectam. & .j.proxi.§. & facit. ſ. titu.j.l.liber homo.§.fin. & .j.de acquiren. heredi.l. qui patri. & l.j. & l.ij. & de bon. lib.l.nam abſurdum. & de lega. ij. l. neminem. & . C. eo.l.teſtamento. & .j.ad Treb.l. antepenul. & .C.de iure delib. l.quidam. & dic vt ibi. Sed argu.contra.ſ.de ado.l.liberum. ADDITIO. Dic quod ibi loquitur in iuribus omnino ſeparatis, ita quod vnum non depẽdet ab alio: ſed tabulę pupillares quãtum ad confirmationẽ dependent ex teſtamẽto paterno. Bar. & Ia.

* Fl.herede. a Nam aditio confirmat pupillarem ſubſtitutionẽ. vide ſing. Bald.in l. humanitatis.7.col.ver.8.C. de impub. & aliis ſubſtitutis.

d *Non haberet ſubſtitutũ.* ſibi in paterna hereditate. Accurſius.

e *Alita.* vel habita pro adita: vt ſupra eo.l.ij.§.planè.

f *Ad ſecundarum tabularum vim.* id eſt, ad hoc vt valeant ſecundæ. & facit ſupra eo.l.ij.§. adeo. & l.j.in fin. Sed arg. contrà ſupra de iniuſto teſta.l. cum in ſecũdo.[b] & .j. de contra tabu. l. illud. in prin. & l.quod vulgo. item facit infra de acquiren.heredi.l.filius.

b] Dic quod ibi agitur de reuocatiõe primi teſtamenti, vbi ſufficit ſola potẽtia adeũdi. hîc autẽ agitur de cõfirmatione tabularũ pupillariũ: vbi requiritur actualis aditio, ſecũdum Bar. & Iaſ.

g *Quis poſſit.* vt inſtit. eod. §. non ſolùm. & .j. ad leg. Falci.l.qui fundum.§. qui filios. & . C. de leg.l.cum quidam.

h *Militem.* vt.j.de mili. teſta.l.miles. §. ſi miles. & eſt ratio, quia facit puberem pro parte inteſtatum: quod per ſe poteſt: in priuato ſecus: vt inſt.de here.inſtituẽ. §.non autem.in fi.§.

i *In arrogato.* non ſolùm in milite, vt in ſuperiori.§.in fi. Accurſius. Florent.

k *Haberet.* non ab arrogatore.

l *Vel hoc.* vel pro ſaltem, vel pro etiã. & dic hoc.ſ.poſſe ſubſtituere in quartam, quod erit verum vſque ad pubertatem: ſed in aliis in quibus dicit arrogatorem ſubſtituere poſſe, poterit etiam per fideicommiſſum vltra pubertatem ſubſtituere: vt.ſ.de adop. l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi. & ſic corrigitur quod diſtinxerat. in cęteris autem bonis dicit reſtitui illis qui haberent arrogatione non facta: vt.j.eo.l.cauſa.

m *Beneficio.* ad hoc. ſ. de iure do.l.profectitia.j.reſpon. & .§.j. & .ſ. ſolu. matrimo. l.ſi vero.§.item quicquid. & .j.ad Trebel.l.facta.§.ſi heres ante. & .ſ. de vſufru.l.ſed & ſi. & .C.de pac.conuen.ſuper do. l.ex morte.in fi. & .ſ.de teſta.tute.l.qui tutelam.in prin. & .ſ.de pecul.hinc quæritur.§.poteſt. quæ faciunt contra conſules Mediolanen. vt.ſ.de procu.l.qui proprio.§.procurator vt in cæteris. Sed argu.contra.j.de acquiren.rerum domi.l.pe.in prin.

n *Sibi.* nemo ſibi poteſt ſubſtitui liber vel ſeruus, niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum cauſa mutatur: quia aliã vtilitatem habet ex ſubſtitutione quàm ex inſtitutione. Item cum ſunt duo gradus, id eſt, duo inſtituti. nam tunc ſibi ſoli non ſibi & ſocio poteſt, hoc modo: Titius & Seius heredes ſunto: & ſi Seius heres [c] non erit, Titiũ in ſuam & Seij partem ſubſtituo. ſed in ſuam partem tantùm, non poteſt.

A

c] Heres duobus caſibus ſubſtituitur: ſic duobus modis ſubſtitutio profertur: puta ſi heres erit, vel nõ erit. Bald. in.l.cũ proponas in.1.colla. C.de here. inſtit. & verbum, ſubſtitutio, eſt directũ, quod nunquã obliquatur. Bald.in.l. precibus.C. de impu. & ali.ſubſti.

† hoc.

o *Mutatione.* cauſa mutata: hoc modo: Titius heres eſto ſi nauis ex Aſia venerit: & ſi heres non erit, idem Titius heres eſto. conditione deficiẽte ſubſtitutio locum habebit: vt.j.eo.l.fi.§.Titius.

p *Sed hoc.* ſcilicet quòd ſi cauſa nõ mutatur, nõ valet ſubſtitutio. Azo.

q *In vno gradu.* i. in vna perſona: vt.j.eo.l.fina.§.Titius.

r *Subſtitutionem.* cum diſtinctione tamen quæ ſequitur, ſi quidem &c. quia ſibiipſi nõ poteſt: ſibi & coheredi poteſt. valere dico ſubſtitutionem, etiam ſi cauſa nõ mutatur.

ſ *Subſtitutus ſit.* ſcilicet Stichus ſeruus teſtatoris primò inſtitutus cũ libertate, ſicut & poſtea. alioquin eſſet cauſa mutata, & valeret ſubſtitutio. & ſecundũ hoc dic heres non erit ſcilicet & liber.

t *Liber.* ſcilicet Stichus.

u *Non valere ſubſtitutionem.* quantum ad hereditatem: licèt per hoc conſequatur libertatẽ: vt.j. l.fin. Ir.quod non placet: ſed nõ valet ſubſtitutio. at inſtitutio firma remanet, & erit liber & heres ex ea. ſic intercalatur poſterior dies: vt ſupra de mino. l. iij.§.minorem.

x *Quòd ſi ita.* ſcilicet dixerit teſtator, ſi Titius, &c.

y *Et in eius.* & pro etiã. q.d.non tãtùm eũ ſubſtituo in ſuam partem, ſed etiam in partem & eius coheredis.

z *Heredem fore.* ſi non vult eſſe liber & heres ex inſtitutione. nec enim eſt neceſſarius ſub tali conditione inſtitutus, ſi volet, vel ſimili: vt.j.tit.j.l.verba. & plenè dic vt.j.l.fi.§.j.

E

SI *is qui heres.*] CASVS. Quendam deportatum mihi heredem inſtitui, & filium meum impuberem exheredaui: & dictum deportatum ei ſubſtitui: & deceſſi. certè licèt hereditatem meam habere non poſſit eo quòd erat deportatus tempore quo eum inſtitui, tamen ſi inueniatur capax eo tempore quo vindicat ſibi locum ſubſtitutio dicti mei filij, id eſt, tempore quo in pupillari ætate deceſſerit dictus filius, puta quia reſtitutus inuenitur: deportatus heres erit filij ex ſubſtitutione. & idem eſt econtrario. nam ſi inuenitur capax hereditatis meæ, & non capax tempore quo vindicat ſibi locum ſubſtitutio: habebit meam hereditatem, & non hereditatem filij mei ex ſubſtitutione. Viuianus.

a *Si is.* extraneus.

b *Heres.* id eſt, liber.

c *Filio.* ſcilicet impuberi.

a *ſubſtitutione.* quod non poterit capere ex inſtitutione.

b *Cum filius.* licèt ex teſtamento patris capere non potuerit, cum alius adierit:aliàs nec ſubſtitutio valet:vt.ſ.l.ij.§.plane.potuit enim mutare conditionem per reſtitutionem in integrum.

c *Pœnas.* id eſt damnum, ſi tempore mortis pupilli non ſit capax. & facit.ſ.tit.j.l. ſed & ſi conditioni.§. ſolemus. &.l.ſi alienum.§. in extraneis. &.l. liber homo.§.ſi heres. Sed alij dicunt quòd ſubſtitutus fuit grauatus in aliquo ſub aliqua pœna. ad quod. C. de iis quæ pœ.no.l.j.quod nõ placet: quia hoc temp ore non poterat imponi:vt inſtitu.de leg.§.fin.&.ſ. de iis quæ pœn. no. l.j. &.ij.

erit ei in ſubſtitutione [a] ſi tunc capere poſſit, cum filius [b] deceſſit. Contrà quoque poteſt pœnas [c] in teſtamento pupilli pati, licèt in patris paſſus non ſit. [d]

Filius à patre inſtitutus, & fratri pupillariter ſubſtitutus, poteſt paternam hereditatem repudiare, & amplecti pupillarem: & nõ tenebitur ad legata niſi quæ relicta ſunt in tabulis pupillaribus habita ratione Falcidiæ ſi imminet: in cuius computatione non veniunt bona paterna, ſed bona pupilli. Alexand.

XII. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

SI filius qui patri, [e] ac poſtea fratri [f] ex ſecũdis tabulis heres extitit, hereditatem patris recuſet, fraternam autem retinere malit: audiri debet. [g] Iuſtius [h] enim prætorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum patris conceſſerit. etenim * ius dicenti propoſitum eſt, liberos oneribus hereditariis [i] non ſponte ſuſceptis liberare, non inuitos ab hereditate [k] remouere: præſertim quòd remotis tabulis

d *Non ſit.* quia tunc capax erat.

SI *filius qui.*] CASVS. Titius habẽs filium puberem & alium impuberem inſtituit eos ſibi heredes, & pupillariter ſubſtituit dicto impuberi dictum puberem. dictus pubes effectus eſt heres patris pro dimidia ipſo iure ciuili, non autem per inſtitutionem. extitit poſtea heres impuberis ex dicta ſubſtitutione: & volebat recuſare hereditatem patris, & fratris hereditatẽ retinere. nũquid poteſt? & dicitur quòd de iure prætorio poteſt. propoſitũ enim prætoris eſt liberare filios volentes liberari oneribus hereditariis, quę onera ſuſceperunt ipſo iure ciuili, etiam coacti ab ipſo iure ciuili. non autem eſt propoſitum dicti prætoris remouere eos inuitos ab hereditate ſiue patris ſiue fratris. nam & ſi non fuiſſet ſubſtitutus fratri, haberet eius legitimam hereditatem. dictus ergo filius qui non habet niſi hereditatem fratris, præſtabit tãtùm illa legata quæ fuerunt in ſecundis tabulis relicta, habita ratione ſolius hereditatis impuberis, & non hereditatis patris: quamuis ſi haberet patris & fratris hereditatem, haberetur ratio in Falcidia detrahenda de legatis relictis in ſecundis tabulis etiam facultatum patris, nedum impuberis. Viuianus.

Vide Alciat.

*Non reperitur melior tex. in toto corpore iuris in materia exiſtentiæ ſui heredis, ſecundũ Bald.hic.

e *Patri.* non per immixtionem vel aditionem, ſed ipſo iure: vt infra ſubiicit, etenim, &c.& inſtitu.de hered.quali.& diffe.§.ſui. Alioquin contra: vt ſupra titu.j.l.iã dubitari.in fine.Azo. Vel dic [a] quòd recuſat per in integrum reſtitutionem, quia minor. Viuianus.

a] Reprobatur ſecundũ B.B.P.A.

f *Fratri.* qui frater repudiauit paternam, vel adiuit.& ſic eſt ſpeciale [b] in fratre, vt poſſit impetrare ſeparationem. Item pone iſtũ habuiſſe alium coheredem quia adiuit. Azo. Sed contra infra de acquiren.heredi.l.Iulianus.ibi, cæterum, &c. vbi dicit neceſſarium eũ fratri. Sed dic abſtinere tamen poteſt, vt hîc dicitur.

b] Imo non eſt ſpeciale ſecũdũ ſcriben.

g *Debet.* contra ſupra eo.l.ſed ſi plures.§. filio. &.§.ſi ex aſſe.&.C. de iure delibe. l.quidam elogio. ſed ſpeciale [c] in fratre, ſubiicit notabiliter, fratri, &c.& redditur ratio infra quia ab inteſtato, cum dicit, legitimam & cętera.& ſic per teſtamentum non debet fieri deterior conditio, cum ab inteſtato poſſet ſeparare. Alij dicunt aliter: vt not.in.d.§.filio. Item facit infra de acquiren.heredi.l.ſi quis filiũfamilias.§.ſi filius. Accurſius.

c] Reprobatur communiter per docto.

h *Iuſtius.* id eſt iuſtè: vel iuſtius quàm contrarium.

i *Hereditariis.* parentis.

k *Hereditate.* fraterna.

l *Legitimam.* ab inteſtato.

m *Solet.* vt infra ad legem Falcid.in ratione. §. quod vulgo.&.§.ſi filio.&.§.quæſitum.

QVo *gradu.*] CASVS. Non eſt vis quantum ad commodum ſubſtituti quo gradu eum ſubſtituam liberis meis impuberibus, vtrum ſecundo gradu vel tertio vel quarto, & ſic de

A ſingulis: quia ſemper habebit bona dictorum impuberum eis in pupillari ætate decedentibus. nam ſiue ita dicam: inſtituo mihi heredes filios meos impuberes, & ſubſtituo eis pupillariter Titium: ſiue ita dicam: inſtituo mihi heredem Gaium, & filios impuberes ita ei ſubſtituo, & filiis prædictis impuberibus ſubſtituo Titium. ſiue ita dicam, inſtituo mihi heredem Gaium, & ei ſubſtituo Sempronium, & Sempronio ſubſtituo filios meos impuberes, & filiis meis impuberibus ſubſtituo Titium, & ſic de ſingulis gradibus: ſemper habebit Titius hereditatem impuberum eis in pupillari ætate decedẽtibus. Viuianus.

ſecũdis legitimam [l] haberet fratris hereditatem. Itaque legata dumtaxat ex ſecũdis tabulis præſtari debent, habita ratione facultatium in Falcidia, non patris, vt aliàs ſolet, [m] ſed impuberis.

XIII. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

B QVo gradu [n] heres liberis ſubſtituatur, nihil intereſt.

Pubertas eſt terminus & finis pupillaris ſubſtitutionis. Alexan.

XIIII. IDEM *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN pupillari ſubſtitutione licèt longius tempus comprehenſum [o] fuerit, tamen finietur ſubſtitutio pubertati.†

C Subſtitutio compendioſa facta à milite impuberi intra tempus pubertatis, trahitur ad omnia bona patris & filij: poſtea verò ſolùm ad bona filij cum fructibus ex priuilegio ſpeciali. Bartolus.

XV. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

CEnturio † [p] filiis ſi intra quĩtum & vicenſimum annum ætatis ſine liberis vita deceſſe-

n *Quo gradu.* puta ſi filius inſtituitur, & alius ei ſubſtituitur: qui ſi non vult, ſubſtituatur tertius vel quartus eidem filio. ſemper enim valet. Accurſius.

IN *pupillari ætate.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem, & taliter ei ſubſtitui: ſi filius meꝰ deceſſerit intra ſexdecim annos, ſubſtituo ei Titium. poſtea deceſſi. poſtea vixit dictus meꝰ filius vſque ad decimumquintum annũ, & ita vltra pubertatem, & poſtea deceſſit intra dictos.xvj.annos. nunquid habebit Titius bona impuberis ex dicta pupillari ſubſtitutiõe? & dicitur quòd nõ.& dic vt plenius dixi ſupra eod.l.verbis. Viuianus.

†Pubertati, pro pubertate.i pro e: vt ſ.l.86.de hered.inſtit. pariant pro pareant.& l. vlt.eo.tit.inſtitutioni, pro inſtitutione.

†Pro centurio.Ant.Auguſt.lib.3.c.7.

o *Comprehenſum fuerit.* quia credebam filium habere.viij.annos, cũ haberet.x.& ſubſtitui vſque ad ſex annos, ſecundum Ioãnem. Vel D dic quòd expreſſim ſubſtituit vſque ad vigintiquinque ann.pupillariter.argumen.infra.l.proximæ.vel compendioſè dixit, quandocunque. Et not.non vitiari vtile per inutile: ſed valet vt poteſt valere. ſic habetur infra de conditio. & demon. l. Mæuius.in verbo, dare. Item nec tranſit in fideicommiſſum: nec fit coheres: vt ſupra eo.l.verbis.& facit infra eo.l.ſi ita quis ſubſtituerit.&. l. ex facto.§. item quæritur, argu. infra de condit.& demon.l.pater.§. conditioni. Item no.hîc ſex modis expirare pupillarem ſubſtitutionem. Primo pubertate, vt hîc. Secundo per aliud teſtamentum quod valet: vt ſupra eod.l.ſi quis eum.§ fina. Item adgnatione poſthumi: vt infra eodem.l.ſi pater filium. Item ſi non adeatur hereditas ex paterno: vt ſupra eod.l.ij.§.adeo. Item capitis deminutione etiam minima pupilli: vt ſupra de adop.l.nec ei.§.eorum. Item taxatione teſtantis: vt infra eo.l.ſi ita quis.

Subſtitutio pupillaris ſex modis expirat.

CEnturio.] CASVS. Quidam miles qui habebat ſub ſe.c.milites, ſubſtituit directo & non per fideicommiſſum Titium filio E ſuo Gaio qui erat impubes, ſi intra vigintiquinque annos ſine liberis filius impubes decederet: & ita fecit ei pupillarem ſubſtitutionem: longius tamen tempus quàm ſit pubertas, comprehendit in ſubſtitutione. Certè ſi decedat dictus impubes intra pubertatẽ, capiet Titius ſubſtitutus ex dicta ſubſtitutione nõ ſolùm bona dicti militis, ſed etiam propria bona impuberis quæ aliunde quàm à patre adquiſiuit.& hoc faciet de iure communi, ita quòd non erit neceſſe quòd trahatur ſubſtitutio ad fideicõmiſſum. ſi autem decedat dictus impubes poſt pubertatem, capietꝰ dictus ſubſtitutus militis bona cum fructibus quę in eius hereditate inueniũtur, propter priuilegium militare, non autem alia bona impuberis. & bene dixi propter priuilegium militare: quia ſi fuiſſet paganus dictus teſtator, non caperet ſubſtitutus etiam bona ſua eo caſu, nedum alia impuberis bona: vt.ſ.l.proxi.dixi. Viuianus.

p *Centurio.* miles erat qui.c.militibus pręerat: vt Cod.de teſta.mil. l.j. Accurſius.

UNED

rint, directò [a] ſubſtituit. Intra quatuordecim annos etiam propria bona filio [b] ſubſtitutus iure communi [c] capiet: poſt eam [d] autem ætatẽ [e] ex priuilegio militum, patris dũtaxat [f] cum fructibus inuentis in hereditate.

Si ſeruus legatus ſubſtituitur pupillo:euaneſcit legatum in cõditionis euentum.Bartolus.

XVI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI quis eum [g] quem teſtamento ſuo legauit, rurſus à ſubſtituto filij liberum eſſe iuſſerit: liber erit,[h] quaſi legato adẽpto. [i] Nam & in legato in his teſtamẽtis [k] nouiſſima ſcriptura erit ſpectanda:ſicut in eodem teſtamento, vel teſtamento & codicillis confirmatis [l] obſeruaretur.

Rupto teſtamento paterno rũpitur pupillare,& remanente paterno remanet pupillare. Barto.

Si ſuo teſtamento perfecto,alia rurſus hora [m] pater filio teſtamẽtũ fecerit adhibitis legitimis teſtibus, nihilominus id valebit: [n] & tamen patris teſtamentum ratum manebit. [o] Nam & ſi ſibi & filio pater teſtamentum feciſſet, deinde ſibi [p] tantùm: vtrũque [q] ſuperius rumpetur. Sed ſi ſecundum teſtamentum ita fecerit pater,vt ſibi heredem [r] inſtituat, ſi viuo ſe [ſ] filius decedat: poteſt dici non rumpi ſuperius teſtamentum: quia ſecũdum non valet,in quo filius præteritus [t] ſit.

Filio poteſt ſubſtitui etiam naſciturus poſt mortem ipſius filij. Alexander.

XVII. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

SVbſtitui [u] liberis is etiam poteſt,qui poſt mortem eius natus fuerit, cui ſubſtitutus [x] heres fuerit.

a *Directò.* ſi ille ſit ei heres.
b *Propria bona.* filij,non ſolùm paterna.
c *Communi.* ſcilicet paganorum:vt.ſ̃.l.proxi.
d *Poſt eam.* id eſt.xiiij.annos.
e *Ætatem.*ſcilicet filio decedente.
f *Dumtaxat.* ſcilicet bona capiet iure directo forſan,[a] non fideicommiſ. licet Py.dixit contra:quia miles etiã maiori ſubſtituere poteſt: vt infra de teſta. mili.l. milites etiam his. &.l. miles ita heredem. nec mater impuberis eſt in medio.tunc enim compendioſa poſt pubertatem trahitur [b] ad fideicommiſſariam:vt. C.e. l.precibus. Nam & aliàs in priuato vulgaris expreſſa non continet [c] in ſe tacitam pupillarem ſi mater eſt in medio: licèt aliàs contineret: vt. C. de inſtit. & ſubſti.l.fina. in fi. ſi autem eſſet paganus qui faceret hanc compendioſam, ſi vſq; ad xxv. ann. vel quandocunque deceſſerit,ille ſit heres: ſi decedat in pupillari ætate, valet, vt pupillaris. ſi poſtea, nulla: [d] vt.ſ̃.l.proxi. ſed in milite valet poſtea, vel vt fideicommiſſaria ſecundum.Py.vel directò ſecundum legem iſtam,vt modò no. Si autem dixiſſet paganus,ſubſtituo: tunc tenet in pupillari ætate,& poſtea habebit locum fideicommiſſaria:quia illa verba bene poſſunt trahi ad fideicommiſſar. ſic.C.de inſtit.& ſubſti.l.generaliter.& ideo debet trahi ad ea quæ poſſunt intelligi fieri pro quolibet tempore.arg.ſ̃.eo. l. iam hoc iure.& facit.j̃.ad Trebel.l. Scæuola.& de condit.& demon.l.pater.§. conditiones.quæ ſunt arg.contra.ad fi.huius legis.

a] Imò ſine forſan ſecũdum Bar. Bald. Pau. Ang. Alex. Sozi & Moder. hic.

b] Nihil eſt B. P.Ale.Sozi.Arc.& Moder.

c] Imò continet:ſed ſine effectu. Bar.Pau.Ale. & So.

d] Idẽ tenet Bar. Bald. Pau.Alex. ſed Arets.dicit communem opinionem eſſe in contrariam.

SI *quis eum.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum impuberem, & Stichum ſeruum ſuum legauit Seio, & poſtea ita dixit: Si dictus filius meus heres mihi erit,& in pupillari ætate deceſſerit,ſubſtituo ei Gaium,& do libertatem dicto Sticho quem in teſtamento meo legaueram Seio.& poſtea deceſſit dictus teſtator:& poſtea vindicauit ſibi locum ſubſtitutio pupillaris.Certè videtur ademptum legatum Stichi Seio datum:& erit liber Stichus. nam nouiſſima ſcriptura eſt ſeruanda in legatis & teſtamentis, & in vno teſtamento & in codicillis teſtamento confirmatis.

*Si ſuo teſtamento.*] Titius in hora tertiæ inſtituit ſibi heredem filiũ ſuum impuberem. poſtea in hora veſperarum vocauit ſeptem teſtes, & fecit teſtamentum dicto impuberi ita dicẽdo:Si filius meus impubes extiterit mihi heres,& in pupillari ętate deceſſerit:ſubſtituo ei Seium.& poſtea deceſſit dictus teſtator. certè valet vtrumq; teſtamentum,& non rumpitur primum principale per ſecundum acceſſorium. ſed ſi vtrumque teſtamentum feciſſet in hora tertiæ, & poſtea feciſſet teſtamentum ſibi tãtum,vltimum rumperet duo prima, niſi in vltimo præteriſſet filium,quia tunc non valente ipſo iure vltimo,non rumpit ſuperiora teſtamenta.

g *Si quis eum.*ſeruum.
h *Liber erit.* eo tempore quo conditio ſubſtitutionis extiterit: vt.j̃. eo.l.ſi ſeruus.in fi.vnde cum hîc videatur legatum ademptum,vltima ſcriptura valet.
i *Adempto.* legato ſub conditione: imò purè:vt infra eod. l.fina.§. nos dicimus.
k *In his teſtamentis.* ergo duo ſunt teſtamenta, vnum pupillare, & aliud paternum.& dic vt inſt.de pupil.ſubſtit.§.igitur.&.j̃.eo.l.qui plures.in fi.&.l.patris.&.ſ̃.eo.l.ij.§.prius.H.
l *Confirmatis.* maximè ſub.vt inſtit.de ademp.l.§.j.& vt ibi no.Sed ideo hîc ſic dixit,quia confirmati teſtamento pro parte teſtamenti habentur: vt.j̃.de codicil.l.quidam.& facit ad legem.j̃.de lega.ij.l. ſi idem ſeruus.& de lega.iij.l.ſi quis.in princ.&.C.de neceſſar.ſer.l. quidam.§. fina.&.j̃. de manu.teſta.l. ſi peculium.§.j.&.C.de pac.l. pacta.Sed ar.contra.j̃.de leg.j.l.ſi mihi.§.fi.

m *Alia rurſus hora.* oppo.cum vnum ſit teſtamentum: vt.ſ̃.eo.l.ij. §.prius.ergo vno contextu:vt.ſ̃.de teſta.l.heredes.§.fin.Reſpon.alia hora continuata,non remota.Vel dic quòd ſi factum eſt teſtamentum vno contextu, poteſt præmittere vel ſuum vel filij teſtamentum:vt.ſ̃.eo.l.ij.§.fi.&.j̃.eo.l.coheredi.in prin.& ſic eſt vnum.ſi autem ex interuallo, ſuũ pręmittere debet, & poteſt etiã fieri alia hora, & erũt duo quodãmodo teſtamẽta:vt inſt.de pup.ſubſti.§.igitur.
n *Valebit.* ad hoc.j̃.e.l. patris.in fin.Vel dic valebit.ſ.teſtamentum filij:vt.d.l.patris.in fi.
o *Manebit.* paternum enim teſtamentũ caput eſt & principalis cauſa,pupillare verò acceſſorium & ſequela. Nec principale poteſt rũpi per acceſſoriũ: ſed principale per prĩcipale teſtamentum rumpitur, ideoque & acceſſoriũ rumpitur.& hoc eſt,nã &c.Azo.& facit.j̃.de iis qui.vt indi.l.poſt.§.qui principale.

Acceſſoriũ principale nõ rumpit.

p *Deinde ſibi.* ſ.fecit,& efficax, quia filiũ exheredauit vel inſtituit: vt differat à ſequenti caſu.
q *Vtrumque.* ſcilicet patris,& filij.
r *Heredem.* aliquẽ extraneum.
ſ *Si viuo ſe.*ſub hac cõditione,ſi viuo,&c.Vel dic ſi.i.quamuis.& dic quòd ſibi inſtituit heredem aliquem extraneum purè.Et not.quòd licèt alias diſtinguam quantum ad bonorum poſſeſſionem petendam inter poſthumum natum & mortuũ viuo patre & poſthumum natum & mortuum poſt mortem patris:vt.C.de poſthu.here.inſti.l.ij.&.ſ̃.de iniuſt.teſt.l.poſthumus.tamen quantum ad hoc an primum teſtamentum per ſecundũ rumpatur,illud non attendo: quia licèt inſtitutus in ſecundo teſtamento quo poſthumus fuit præteritus, & poſtea natus viuo teſtatore deceſſerit,poſſit petere ex eo ſe.ta.bono.poſ. vt dicit.l. illa,poſthumus: tamen per tale ſecundum non rumpitur primum,imò oportet vt ex ſecundo aliquis potuerit eſſe heres,vel adire ex eo hereditatem:vt.ſ̃.de iniuſto teſta.l.cũ in ſecundo. & licèt poſſit ex aliquo teſtamento peti bo. poſ.ſe.ta.non tamen ſequitur quòd quis ex eo poſſit eſſe heres: vt.j̃.de ſe.ta.l.ij.§.ſi ſub cõditione.& inſti.qui.mo. teſta.infir.§.non tamen.Azo.& facit.j̃.eo.l.ſi pater.
t *Præteritus.* ad hoc.ſ̃.de libe.& poſthu.l.ſi filius.&.l.pe. &. C. de teſta.l.hac conſultiſſima.§.pe.& inſti.qui.mo.teſt.infir.§.j.

S*Vbſtitui.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem,& poſtea ita dixi: Si quis mihi natus fuerit poſt mortẽ dicti impuberis quem inſtitui, ſit heres dicto impuberi. & deceſſi. & poſtea deceſſit dictus filius meus impubes in pupillari ætate, & poſtea ex vxore mea prægnãte exiſtente tempore mortis meæ natus eſt mihi poſthumus.certè ille poſthumus habebit hereditatem dicti impuberis ſui fratris. Viuianus.

u *Subſtitui.* dic natum poſt mortem inſtituti poſſe ſubſtitui. Sed arg.contra.j̃.de vſufr.leg.l.qui plures.&.j̃.de re.du.l.v.
x *Subſtitutus.* nondum natus.

SI *ſeruus.*] CASVS. Titius habẽs ſeruũ cõmunem cum Seio puta Stichũ,inſtituit ſibi heredẽ filiũ ſuũ impuberẽ:& eũdem Stichũ cũ libertate pupillariter ſubſtituit dicto impuberi. & poſtea emit dictus Titius à Seio partẽ quam habebat Seius in dicto Sticho: & poſtea deceſſit dict⁹ Titius:& poſtea vindicauit ſibi locũ dicta pupillaris ſubſtitutio.dicto impubere in pupillari ætate decedẽte,nũquid erit dictus Stichus liber & heres impuberis ex conſtitutione prædicta neceſſarius,an vero voluntarius?Et dicitur quòd neceſſarius.ſi autem poſt mortẽ Titij redemiſſet Stichi partem dictus impubes,erit Stichus liber,non autẽ heres impuberis neceſſarius, ſed voluntarius. ſi autẽ neque Titius neque impubes redemit partem Stichi à dicto Seio, poteſt ipſe Stichus de æquitate offerre dicto Seio pretium dimidiæ ſui Stichi,& cõſequi libertatẽ ex teſtamẽto Titij,& hereditatem impuberis.[SI TITIO.] In teſtamento meo legaui

legaui Titio Stichum ſeruum meum:& inſtitui mihi heredem filiũ meum impuberem:& pupillariter dictum Stichum ſubſtitui dicto impuberi cum libertate, vel inſtitui mihi heredem dictum Stichũ cum libertate. certè valet dicta ſubſtitutio vel inſtitutio. & primo caſu cum eum ſubſtitui, euaneſcit legatum de Sticho exiſtente cõditione dictæ ſubſtitutionis per mortem impuberis. & idem eſt ſi dictus Stichus legatus Titio ſubſtitutus ſit dicto impuberi poſt mortem dicti Titij legatarij. nam ſemper euaneſcit legatum de Sticho exiſtente condi. dictæ ſubſtitutionis, etiam nõ expectata morte legatarij Titij.h.d.cum.l.ſequen. Viuianus.

Si ſeruus cõmunis cum libertate ſubſtituatur impuberi, efficitur ei neceſſarius ſi per teſtatorem fuit redemptus: ſecus ſi per impuberem. ſi autem à neutro ſit redemptus, tunc poterit ſeruus pretium partis offerre ſocio, vt libertatem & hereditatem conſequatur. Alexand.

XVIII. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

SI ſeruus communis ſubſtitutus [a] ſit impuberi [b] cũ libertate: ſi quidem à patrefamilias [c] fuiſſet redemptus, erit impuberi neceſſarius. ſi verò ab impubere redemptus: nõ neceſſarius, [d] ſed voluntarius fit heres: vt Iulianus libro trigeſimo Digeſtorum ſcribit. Quòd ſi neque à patre neque à pupillo fuerit redemptus: æquitatis ratio ſuggerit, [e] vt ipſe pretium partis ſuę domino offerẽs, [f] C poſſit & libertatem & hereditatẽ conſequi. Si Titio fuerit legatus ſeruus, poſſe eum impuberi ſubſtitui [g] cum libertate, [h] quemadmodum inſtitui potuit legatus: & euaneſcit [i] legatum exiſtente conditione ſubſtitutionis.

XIX. IVLIANVS *libro trigeſimo Digeſtorum.*

IDem eſt [k] & ſi poſt mortẽ legatarij ſeruus ſubſtitutus ſit.

Teſtamentum patris & filij impuberis habetur pro vno:& ſufficit vna ſolennitas ſi conficiatur vno contextu.& vnũ poteſt con- D

a *Si ſeruus communis ſubſtitutus.* ab vno dominorum.

b *Impuberi.* ſ. filio.

c *Patrefamilias.* teſtatore.

d *Non neceſſarius.* quia nec potuit eſſe neceſſarius patri:vt ſupra titu.j.l. ſed ſi in conditione. §. ſi ſeruũ. & quos poſſum, &c. vt.ſ.e.l.ſed ſi. §.quos poſſum.

e *Ratio ſuggerit.* non rigor iuris.ad quod.j. de ſtatu lib. l. ſi peculium. §.is cui.

f *Offerens.* ſufficit ſola oblatio:vt hîc. Vel dic etiã conſignatio & depoſitio:vt. C.de ſer.cõmu.ma.l.j.§.j. Et no.ꝙ hodie eſt hoc verum in omni caſu: vt. d. l. j.de ſeruo cõmuni manu. non ita olim:vt inſti.de dona. §.fin.& not.in.d. l. ſed ſi in conditione. §.ſi ſeruum. niſi in caſu huius.l.concordat huic inſti.de noxali. §. ſi autem damnum.&. C.de pa.qui fil.diſ.l.ij.& j.de libe.cau.cum duobus.& arg.j.ad Trebel.l.ſi cui purè.§.fi. & de acquir.here.l.ſi quis ſeruum.in prin.&.j.ad Sil.l.domino.

g *Subſtitui.* & inſtitui poteſt ſeruus legatus.

h *Cum libertate.* hodie etiam ſine ea:vt Cod.de neceſ.ſer.l.penulti. in fi.

i *Euaneſcit.* redit ad primum.& facit ſupra eod.l.ſi quis eum quẽ. Accurſius.

k IDem eſt. quo ad hoc vt euaneſcat legatum.ſed hoc caſu ſtatim euaneſcit legatum non expectata morte legatarij, quam venturam certum eſt: vt infra de leg.j.ſi poſt mortem.§.fin.ſecundum quoſdam. ſed certè licèt non expectem mortem, tamen conditionem inſtitutionis exigo exiſtere, id eſt, quòd impubes decedat, ad hoc vt ſit liber & heres: vt.C.de neceſ.ſer.l.penul.§.fi.& facit infra de manumiſ.teſta.l.ſi peculium.§.j.&.ſ.titu.j.l.qui filio.in princip.

PAtris & filij. CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem,& ei pupillariter ſubſtitui Titium: & ſic feci mihi vnum teſtamentum,& impuberi aliud.certe iſta duo teſtamẽta habẽtur pro vno,non ſolùm iure ciuili,ſed etiam iure prætorio. nam ſi meum teſtamentum quod in ſcriptis faciebam, eſt ſignatum: & ſi teſtamentum filij mei quod in ſcriptis ſimiliter faciebam, eſt reſignatum,id eſt apertum:nihilominus valet vtrumque,& habẽtur loco vnius teſtamenti.ſed & ſi in meo teſtamento quod in ſcriptis faciebam, ſunt ſigna ſeptem teſtium,& in teſtamẽto filij mei quod in ſcriptis ſimiliter faciebã, non ſit ſignum alicuius teſtis:nihilominus valet vtrumque, & ſunt loco vnius. ſed & ſi meum teſtamentum feci in ſcriptis, filij autem mei teſtamentum feci per nuncupationem, vel econtra:nihilominus valebit vtrumque.non tamen dicit in hoc caſu quod ſint loco vnius teſtamenti. Viuianus.

l *Prætorio.* imò non:vt.j.de ſecun.tab.l.ſi ita.§.fin.Sed certè verum A eſt de iure prætorio quo ad id quod ſubiicit,nam,&c.

m *Reſignatæ.* id eſt apertæ,non ſignatæ.vel id eſt,ſignatę,ſed apertæ coram præſide & coram honeſtis perſonis:vt.C.quemadmodũ teſta.ape.l.ij.H.

fici in ſcriptis, aliud nuncupatiuc. Alexand.

XX. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

PAtris & filij teſtamẽtum pro vno habetur etiã in iure prætorio. [l] Nam vt Marcellus libro Digeſtorum nono ſcribit, ſufficit tabulas eſſe patris ſignatas, etſi reB ſignatę [m] ſint filij:& ſeptẽ ſigna [n] patris ſufficiunt. Si pater ſibi per ſcripturam, [o] filio per nuncupationem, vel contra fecerit teſtamentum, valebit.

Subſtitutio pupillaris fieri poteſt ad minus tempus quàm pupillaris ætatis: & tunc vltra illud tempus effectum nõ habet. Alex.

XXI. IDEM *libro quadrageſimo primo ad Edictum.*

SI ita quis ſubſtituerit, *Si filius meus intra decimum annum deceſſerit, Seius heres eſto*: deinde hic C ante quartumdecimum poſt decimum [p] deceſſerit: magis eſt vt non poſſit bonorum poſſeſſionẽ ſubſtitutus petere. nõ enim videtur in hunc caſum ſubſtitutus.

Qui impugnat teſtamentũ per contra tab.ſiue obtineat ſiue ſuccumbat: priuatur commodo pupillaris ſubſtitutionis. Alex.

XXII. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.*

IS qui contra tabulas teſtamenti patris bonorum poſſeſſionẽ D petierit, [q] ſi fratri impuberi ſub-

n *Signa.* id eſt, ſigilla de iure prætorio inducta: ſed ſubſcriptiões de iure ciuili:vt inſti. de teſt. § ſed prædicta.

o *Per ſcripturã.* per hoc videtur quòd ſint duo teſtamẽta.arg.C. de teſta.l.iubemus.§.& quẽadmodum.adſimilatur ergo præcedenti caſui per copulam ſed [a] &, quia vtrobiq; valet pupillare teſtamẽtum:ſed differũt in hoc: quia in primo vnum, in ſecundo duo ſunt.eſt ergo vnũ quo ad quid:& quo ad quid duo. vnũ, quia vnus teſtator,& vna ſignacula: vt hîc & infra de ſe.tabu.l.vt bonorũ. ſed pro duobus habetur, quia duæ hereditates:vt inſtitu.eod. §.igitur. Item quia expugnato iure ciuili (vt per querelam) paterno pro parte, nõ infirmatur pupillare:vt ſupra de inoffic. teſt.l. Papinianus.§. ſed nec. Item quia expugnato teſtamẽto paterno in totum per cõtra tabu.non rumpitur pupillare: vt infra eo.l. & ſi contra. Item quia paternũ in ſcriptis, pupillare nuncupatiuum poteſt eſſe: vt hîc & infra de ſecun.tab.l.ſi ita. §.fina.Item quia inſtitutus in paterno, in pupillari ſubſtitutus ſi habet coheredẽ, poteſt omittere paternam hereditatem,& pupillarẽ amplecti:vt infra de acquiren.heredi.l.quæſitum.&.ſ.eod.l ſed ſi plures.§.ſi ex aſſe.& facit infra de acquir.heredi.l. ſi quis mihi bona.§. pe.&.ſ.eo.l.ſi quis eum quem.§.ſi ſuo.

a] Not.glo. quòd quando poſt dictionẽ ſed, ponitur copula &, de notatur diuerſitas facti, & identitas iuris. Bar.Pau.Alexan.& Iaſ.

Alexand.

SI ita quis.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum impuberem qui erat minor.x.an.& taliter ei ſubſtitutum dedit, ſi filius meus deceſſerit intra.x.annum, Seius heres eſto. & deceſſit dictus teſtator:poſtea dictus filius impubes deceſſit poſt.x. annum intra.xiiij.nunquid habebit hereditatẽ ſubſtitutus?Et dicitur quòd non:quia non fuit ſubſtitutus in eum caſum.&.h.d. Viuianus.

p *Poſt decimum.* dixit intra, deceſſit poſt. Et nota quòd ſpecialis permiſſio derogat tacitæ conceſſioni. ſic Cod. de procu. l. maritus. & concordat infra eodem. l. qui plures liberos.in principio, &. l. ex facto. §. item quæro. & ſupra eodem. l. in pupillari. & de E libe. & poſthu.l.commodiſſimè. ſic ſupra ſol.mat.l.ſi cum dotem. in princip.Arg.contra ſupra de condic.cau.da.l.ſi extraneus.& infra de ſupel. leg. l. legata.in princip.& infra de fun.inſtru.l.quæſitum.§.fina. Species generi derogat.

IS qui contra tabulas.] CASVS. Inſtitui mihi heredem filiũ meum impuberem,& alium filium meum puberem à me emancipatũ præterij, & eundem præteritum ſubſtitui pupillariter dicto impuberi inſtituto, & deceſſi:& poſtea dictus præteritus petiit cõtra tabu.bonorũ poſ.in bonis meis.certè ex quo voluit impugnare principale teſta.per contra tab.nihil conſequetur ex teſtamento ſecundario,id eſt,ex ſubſtitutione impuberis. Viuianus.

q *Petierit.* ſecus ſi tantùm renuntiet:vt.ſ.eodẽ.l.ſi filius.at ſi ſuccubuerit,perdit vtrumque vt indignus.ſi obtinet in principali,perdit ſubſtitutionem vt indignus: vt.j. de iis qui.vt indignis.l.ij.&.l.v.§. qui principale.& de acquirenda hereditate.l.quæſitum.

a *ſubſtitutione.* oppo.j̃.eo.l.& ſi cõtra tabulas.vbi non rũpitur pupillare expugnato principali per cõtra tabulas. Reſpõ.nec hîc expugnat᷑, ſed vt indignus repellitur, vt dictũ eſt.& facit.j̃. de contra tab.l.filium.§.omnibus.&.§.non ſolum. & ad Trebel.l. ſi cui pure. §.necnon illud.&.s̃.de inoffic.teſta.l.Papinianus.§.meminiſſe.

m *Quod vix.* ſic eſt.s̃.de iudi.l.vix, ergo ſi non euidenter fuit expreſſum: A tamen ſi ex aliis coniecturis apparet, ſatis eſt: vt quia propria nomina ſubſtituendo dixit: vt.j̃.ad Trebel.l.nonnunquã.Item ſi eos aliquã pecuniã æqualiter dare iuſſit: [c] vt.j̃.de reb.du.l.vtrũ. §.fin.&.j̃.ad Treb.l.quoties.& ꝑpter hoc dixit, plerunq;, in prin.l.

c] Sequitur hanc glo. Barto.

Qvi *plures.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Seium& Gaiũ & Semproniũ: & ita poſtea eis dixi: Vos omnes inuicem ſubſtituo.& deceſſi. poſtea hereditatẽ meã adiuit Titius & Seius:& poſtea deceſſit Titius:& ſic portio ſua Titij ad heredẽ ſuũ deuenit. poſtea Gaiꝰ repudiauit partem ſuam,& ita in parte ſua Gaij exſtitit conditio ſubſtitutionis: & poſtea Sempronius adiuit pro ſua parte. & ſic habes quod Titius & Seius & Sempronius adiuerunt pro ſuis partibus,& ꝙ Titius deceſſit, & ita pars ſua adita deuenit ad heredẽ ſuũ, & quòd Gaius partem ſuam repudiauit, & ſic in ea locum habuit ſubſtitutio. quęritur, vtrum heres Titij prædicti veniat ad ſubſtitutionem cum Seio & Sempronio? Et dicitur ꝙ non, imò ſolus Seius & Sempronius qui exſtiterunt mihi heredes nullo mediante. illi enim qui per ſe heredes mihi exſtiterunt, ſoli videntur ſubſtituti qualitercunque vnus viuus ſuam portionem amiſerit.& hoc dicit. Viuianus.

* Ex reſcripto D.Pij.l.7.C.eo.

b *Qui plures.* quatuor ad minus.

c *Quibuſdam.* tribus puta.

ſtitutus ſit, repellitur à ſubſtitutione.[a]

Spes ſubſtitutionis reciprocæ non tranſmittitur ad heredes:& in dubio cenſetur facta per nomina appellatiua: ideo illi ſolùm qui heredes ſunt, vocantur pro hereditariis portionibus. h.d.cũ. l.ſeq. Alexand.

XXIII. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

QVi plures[b] heredes inſtituit, ita ſcripſit: *Eóſque omnes inuicem ſubſtituo.* poſt aditam à quibuſdam[c] ex his hereditatem vno eorum[d] defuncto, ſi conditio ſubſtitutionis exſtitit,[e] alio herede partem ſuam repudiante, ad ſuperſtites[f] tota portio pertinebit: quoniam inuicem in omnem cauſam[g] ſinguli ſubſtituti videbũtur. Vbi enim quis heredes inſtituit, & ita ſcribit: *Eóſque inuicem ſubſtituo:* hi ſubſtituti videbuntur, qui heredes exſtiterunt.[h]

XXIIII. VLPIANVS *libro quarto Diſputationum.*

SI plures ſint inſtituti ex diuerſis partibus, & omnes inuicẽ ſubſtituti: plerumq;[i] credẽdũ,* &ex iiſdem partibus ſubſtitutos, ex quibus inſtituti ſint:[k] vt ſi forte vnus ex vncia, ſecundus ex octo, tertius ex quadrante ſit inſtitutus: repudiãte tertio, in nouẽ[l] partes diuidatur quadrãs: feratq; octo partes qui ex beſſe inſtitutus fuerat, vnam partem qui ex vncia ſcriptus eſt: niſi fortè alia mẽs fuerit teſtatoris: quod vix[m] credendum eſt, niſi euidẽter fuerit expreſſum.

B Extraneus in dubio poſt mortem omnium liberorum videtur eſſe ſubſtitutus. Bartolus.

XXV. IVLIANVS *libro viceſimoquarto Digeſtorum.*

SI pater impuberes filios inuicem ſubſtituerit,[n] & ei qui nouiſſimus mortuus fuerit, Titium: reſpondendum eſt, ſolos fratres bonorum poſſeſſionem[o] accepturos: & quodammodo[p] duos gradꝰ huius inſtitutionis* factos, vt primo fratres inuicem ſubſtituerentur: ſi illi non eſſent, tunc Titius vocaretur.

C Subſtitutio vulgaris habet locum etiam in inſtituto decedente viuo teſtatore. Alexan.

XXVI. IDEM *libro viceſimonono Digeſtorum.*

SI pater filium impuberem heredem ſcripſerit, & ei ſubſtituerit ſi quis ſibi[q] poſt mortem[r] natus erit:[s] deinde viuo fratre[t] poſtumus natus fuerit, teſtamentum viuo rumpetur:[u] poſt mortem autem fratris viuo patre natus, ſolus heres patri ſuo D exiſtet.[x] †

SI *pater.*] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredes duos ſuos filios impuberes,& eos inuicem ſubſtituit. Itẽ ſubſtituit Titium ei ex dictis impuberibus q nouiſſimus mortuꝰ fuerit: & deceſſit dictus Seius. modò quæritur, vtrum dictus Titius admittat᷑ cũ dictis impuberibus fratribus ad bono.poſ. ſeſ.ſecundũ tabulas? Et dicitur ꝙ non imò ſoli fratres admittũtur: quia de inſtitutione dictorũ fratrũ duo gradus ſunt facti.& tertio gradu eſt vocatus Titius. nõ ſunt dicti fratres inſtituti, vt dictũ eſt. & ſi vnus decedat, eorũ alter eſt ſubſtitutꝰ: & ſi ſubſtitutus poſtea decedat, vel nõ habeat hereditatẽ, veniet Titius ad hereditatem.& hoc dicit.

* inſtitutionẽ hîc pro ſubſtitutione videtur poſuiſſe. nam ſic eſt in omnibus lib. itaque perperam quidã emẽdant, ſubſtitutioni.

n *Subſtituerit.* aliàs inſtituerit, aliàs ſubſtituerit. nã ſiue[d] dixit, vos inuicẽ inſtituo: ſiue dixerit, vos inuicẽ ſubſtituo: heredes videt᷑ eos inſtituere & ſubſtituere breuibus verbis: vt.s̃.tit.j.l.cũ in teſtamẽto.§.hæc verba.ſi autem ſimpliciter filios inſtituit, & ſi morerentur, Titium ſubſtituit: vltimo moriẽti videtur ſubſtitutus Titiꝰ: vt.C.eo.l.penul.

d] Iſta gloſ. eſt in omnibus valde ſingularis ſecundũ Alex. in.l.inter.s̃. de lib.& poſtu. & ſecũdum Pau. hîc.

o *Poſſeſſionẽ.* ſecũdũ tabulas: vt.j̃. de bo. poſ. ſec.tabu, l.ij.§. defertur.

† Propriè ſui dicuntur exiſtere. l. vlt.j̃. de cõdit.inſtit.

a] Ad hanc gl. heres heredis dicitur heres: generaliter contrarium no. in.l.qui liberis.§.hęc verba.s̃.eo. vbi Bal. ſingulariter limitat vbi verbum heres, eſt prolatum à teſtatore. nã tunc nõ venit heres heredis appellatione heredis.vide ad longum per Bart. in l.filius. §.diui.in fin. de leg.1.

d *Eorum.* adeuntium.

e *Exſtitit.* ita ſcilicet, an alio &c.

f *Ad ſuperſtites.* tantùm.q.d.non ad heredes mortui: licet ſecus ſit in iure accreſcendi: vt hîc,& infra eo.l.Lucius.§.fin.&.j̃.de le. here. l.ſi ex pluribus.Item oportet quòd ſuas partes acceperint ex inſtitutione: vt admittantur ex ſubſtitutione, non gratia repudiantis: vt hîc in fi.&.C.de iure deli.quidam.&.s̃.eo.l.ſed ſi plures.& de lega. ij.l.cum pater.§.libertis.

g *In omnem cauſam.* id eſt in quacunque cauſa vnus ſuam portionem amiſerit.

h *Exſtiterunt.* & nullo mediante. heredes enim heredis [a] heredes ſunt aliquo mediante: vt no.j̃.eo.l.qui liberis. §.hæc verba. Et not. quòd per hoc repellitur heres heredis & repudians.

SI *plures.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium in vna vncia: & Seium in octo vnciis,& Gaium in tribus vnciis,& eos inuicem ſubſtitui, & poſtea deceſſi: & poſtea Gaius repudiauit ſuas tres vncias. certe dictæ tres vnciæ debent diuidi inter Titium & Seium, ita quòd fiant inde nouem partes.& de his nouem partibus trium vnciarum debet habere octo partes Seius in octo vnciis inſtitutus,& vnam Titius ex vncia inſtitutus: niſi euidenter appareat aliam fuiſſe meam teſtatoris voluntatem: quia tunc mea voluntas ſeruaretur. Viuianus.

b] Quæ accreſcent eiſdem pro rata: & ſic in effectu tantum valet vna computatio ſicut altera, ſecũdum Pau.

i *Plerunque.* quare hoc dicit, in fi.l.dicet.

k *Inſtituti ſint.* vt &.C.eo.l.j.&.s̃.eo.l.ſi in teſtamento. &. l.qui liberis.§.fina.&.l.ſi pater.& infra eo. qui cum plures.

l *In nouem.* videbatur inſtitutum in vncia habere duodecimam trium vnciarum,& ita inſtitutum ex.viij.debere habere.viij. de tribus in.xij.diuiſis.& ſic remanent tres vnciolæ vacantes: [b] ne ergo iſtud contingat, ita fit computatio.

p *Quodammodo.* i. breuiter: vt dixi per.l.cum in teſtamento.& ſecundum hoc non computatur gradus tertius, id eſt Titij.& ſecundum hoc caute dicit, inſtitutionis. Vel dic, quodãmodo, id eſt verè duos gradus inſtitutionis & ſubſtitutionis. & ſecundum hoc non computatur prima inſtitutio incluſa in breuibus verbis.& facit.j̃. eo.l.vel ſingulis.& infra de vſufruct. leg.l. codicillis. in prin.& de rebus dubiis.l.qui duos.in principio

SI *pater filium.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum impuberẽ, & poſtea ei ita ſubſtituit: Si quis mihi natus fuerit poſt mortem dicti impuberis, ſit heres dicto impuberi.& poſtea deceſſit dictus Titius. poſtea viuente dicto impubere natus eſt ei impuberi frater. certè rumpitur teſtamentum. ſi autem naſcatur poſtumus viuo patre & mortuo impubere, exiſtet ſolus E heres patri ſuo Titio prædicto: quia in eum caſum fuit inſtitutus. Viuianus.

q *Sibi.* patri viuenti. Accurſius.

r *Poſt mortem.* illius impuberis quem inſtituerat. Accurſius.

ſ *Erit.* ſub. filio meo ſubſtituto, per quod videtur tantum facere vulgarem cum deſignaret impuberem moriturum in vita patris: & ita non heredem.

t *Fratre.* poſtumi.

u *Rumpetur.* quia eo caſu natus eſt qui non eſt teſtamento comprehenſus: vt ſupra de liberis & poſtumis. l. commodiſſimè. &.l. poſtuma.Azo.Sed contra.C.de poſtu.here.l.fina.Solu, vt dixi in.l. commodiſſimè.Accurſius.

x *Exiſtet.* iam exiſtente conditione,& eo caſu in quo fuit inſtitutus: vt ſupra de liberis & poſtumis. l. cum poſtumus. dicet quis, Qualiter ſubſtitutus pupillariter eſſe poteſt, cum inſtitutus in paterno viuo teſtatore deceſſit, & irrito facto paterno irritatur pupillare;

pillare: vt ſupra eodem. l.ij. §.j. Reſpon. non eſt: quia hic poſtumus ex teſtamento paterno eſt heres, non ex pupillari. nec enim impubes exſtitit heres, & in pupillari ætate deceſſit, & ideo ſubſtitutus patri eſt heres, non impuberi: vt inſtitu. de pupil. ſubſti. in princip. Azo. item nonne eſt incertus heres, & ſic non valet: vt ſupra titu. j. l. quoties. in principio. &. §. heres? Reſpon. imò certus indubitabili ſigno: ſcilicet ex ſe naſciturus: vt ſupra titu. j. l. quoties. §. ſi quis nomen &. §. ſi quis ita dixerit. Accurſius.

Subſtitutus vulgariter vni, cenſetur ſubſtitutus alteri cui ille erat ſubſtitutus. Alexand.

XXVII. IDEM *libro trigeſimo Digeſtorum.*

SI Titius coheredi ſuo ſubſtitutus fuerit, deinde ei Sempronius: verius puto in vtramq; partem [a] Sempronium ſubſtitutum eſſe.

Fictio legis Corneliæ ſicut teſtamentum cõfirmat paternum, ita & pupillare ſi pupillus poſt mortem teſtatoris verè vel fictè in pupillari ætate deceſſerit. h. d. cum. l. ſequen. Bartolus.

XXVIII. IDEM *libro ſexageſimo ſecundo Digeſtorum.*

LEx * Cornelia [b] quæ teſtamẽta eorum qui in hoſtium poteſtate deceſſerunt cõfirmat, non ſolùm ad hereditatem ipſorum qui teſtamẽta fecerunt pertinet, ſed ad omnes hereditates quæ ad quemque ex eorum teſtamento pertinere potuiſſent, ſi in hoſtium poteſtatem non perueniſſent. Quapropter cum pater in hoſtium [c] poteſtate deceſſit, [d] filio impubere relicto [e] in ciuitate, & is intra tempus pubertatis deceſſerit: hereditas ad ſubſtitutum pertinet, [f] perinde ac ſi pater in hoſtium poteſtatem non perueniſſet. Sed ſi pater in ciuitate deceſſit, filius impubes apud hoſtes: ſi quidem mortuo [g] patre filius [h] in hoſtiũ poteſtatem peruenerit, nõ commodè *dicitur, hereditatem eius ex ea lege [i] ad ſubſtitutos pertinere? Si verò viuo patre filius in hoſtium poteſtatem peruenerit, [k] non exiſtimo [l] legi Corneliæ locum eſſe: quia non efficitur per eam vt is qui nulla bona in ciuitate reliquit, heredes habeat. [m] Quare etiam ſi pubes [n] filius viuo patre captus fuerit: deinde mortuo in ciuitate patre, [o] in hoſtium poteſtate deceſſerit: [p] patris hereditas ex lege duodecim tabularum, [q] non filij [r] ex lege Cornelia, ad agnatum proximum pertinet.

XXIX. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digeſtorum.*

SI pater captus ſit ab hoſtibus, mox filius, [ſ] & ibi ambo decedant: quamuis prior pater decedat, [t] lex Cornelia ad

SI *Titius.*] CASVS. Inſtitui mihi Titium heredem & Seium, & Seio ſubſtitui Titium, & prædicto Titio ſubſtitui Sempronium. poſtea antequã Titius adiret hereditatem meam pro ſua parte, poſt mortem meam deceſſit: Seius antequam partem ſuam adiret. & ita Titius habere nunc totam hereditatem meam poteſt. poſtea deceſſit Titius antequam adiret. modò quæritur, vtrum Sempronius Titio ſubſtitutus habeat ex ſubſtitutiõe ſolam partem Titij, an verò & partem Seij cui fuit Titius ſubſtitut⁹? Et dicitur quòd vtranque. Viuianus.

*Coniunge l. bona. de capt. infra.

a *Vtramque partem.* neutro heredum adeunte. quod dic vt inſtitu. eo. §. ſed ſi inſtituto. & facit infra eodem. l. coheredi. in principio.

LEx Cornelia.] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem, & ei pupillariter ſubſtitui Titium: & poſtea fui ab hoſtibus captus: & ita teſtamentum meum fuit irritum factum: & per conſequens pupillare. poſtea apud hoſtes deceſſi: & poſtea dictus filius meus impubes deceſſit in pupillari ætate in ciuitate. certè hereditas pertinet perinde ad Titium ſubſtitutum, ac ſi ego nunquam ab hoſtibus captus fuiſſem: quia lex Cornelia quæ teſtamẽta eorum qui in hoſtium poteſtate deceſſerunt, confirmat perinde ac ſi nunquam capti fuiſſent, pertinet non ſolùm ad hereditatem ipſorum qui teſtamenta fecerunt, ſed etiam ad omnes hereditates quæ potuiſſent pertinere ad quemcunque ex eorum teſtamẽto ſi in hoſtium poteſtatem non perueniſſent. Sed retento eodem caſu pone quòd dictus meus filius captus fuit ab hoſtibus me patre iam in ciuitate mortuo, & ibi deceſſit dictus meus filius. certè hoc caſu per dictam. l. Corneliam pertinet hereditas dicti impuberis ad dictum Titium ei ſubſtitutum. ſi autem me patre adhuc in ciuitate viuente dictus impubes fuit ab hoſtibus captus, & ibi deceſſit me iam in ciuitate mortuo, non habebit ſubſtitutus eius hereditatem ex dicta. l. Cornelia. nam non efficitur per dictam. l. vt dictus impubes qui nulla bona in ciuitate reliquit, habeat heredem vel heredes. & idem dicerem ſi filius meus etiam pubes captus fuerit ab hoſtibus me adhuc in ciuitate viuente: & poſtea me in ciuitate mortuo deceſſerit in hoſtium poteſtate exiſtens. nam eo caſu hereditas mea pertinet ad proximum adgnatum ex. l. xij. tabul. quæ ſolet vocare adgnatos ab inteſtato. non autem pertinet ad dictum adgnatum hereditas dicti mei filij ex lege Cornelia: quia vt dictum eſt, nullam hereditatem reliquit in ciuitate dictus meus filius cum fuit ab hoſtibus captus, ſcilicet quia ego tunc viuebam. Viuianus.

b *Lex Cornelia.* de hac habes ſupra de teſta. l. lege. & inſtit. quibus non eſt per. fa. teſta. §. fin. & ſupra de iniuſt. teſta. leg. qui vxorem.

c *Cum pater in hoſtium.* aut capitur pater, & filius remanet: vt hîc: aut econtra: vt infra. §. ſed ſi pater. in fin. aut vterque: vt infra leg. proxi.

d *Deceſſerit.* ante filium: aliàs ceſſat Cornelia: vt infra de cap. l. quòd ſi filius. in princip.

e *Relicto.* inſtituto, & ei ſubſtituto dato pupillariter. Et nota relicto. ſecus ſi poſt mortem impuberis caperetur pater: ſicut & in filio infra diſtinguitur. §. ſed ſi pater. &. §. ſi vero.

f *Pertinet.* ex teſtamento pupillari. Azo.

g *Mortuo patre.* prius verè, non fictiõe legis Corneliæ: ne ſit contra infra. l. proxi. & ſtatim dices.

h *Filius.* impubes, ſi nõ habes in textu.

i *Ex ea lege.* non ex verbis, cum ſecũdæ tabulæ ſint irritæ capitis deminutione: vt ſupra de iniuſt. teſta. l. ſi quis ex. §. irritum. ſed ſuppletione & benignitate prætoris: vt in contrario: vt infra de capt. leg. pater. §. ſi mortuo. Sed oppone quòd pater capitur, deinde filius. tertiò pater in captiuitate moritur. quartò moritur ibidem filius. ecce pater fingitur prima captiuitatis hora mori. ergo filio viuente debet ſuccedere ſubſtitutus filij per hũc §. quod lex infra proxi. negat. Sed reſpond. quòd ad id quod ſupra dixit, ſi quidẽ mortuo patre filius in &c. ſubauditur verè, & non fictè.

*non incõmode: vt. l. pater. §. ſi mortuo. j. de capt.

k *Peruenerit.* & ibi deceſſerit impubes, quia impubes ex. l. Cornel. fingitur deceſſiſſe. ſecus ſi reuertatur, & pubes deceſſerit.

l *Non exiſtimo.* ad hoc ſcilicet vt ex teſtamento pupillari aliquis ſit heres. eſt tamen locus Corne. vt ſubſtitutus ex teſtamento ſit heres, ſcilicet ex vulgari expreſſa, vel ſaltem ex tacita.

m *Habeat.* non diſtinguitur quis prius moriatur, ſcilicet filius apud hoſtes, vel pater domi: vt infra proxi. reſpon.

n *Pubes.* factus ille impubes prædictus.

o *Patre.* prius.

p *Deceſſerit.* ſcilicet poſt, quando eſt plus dubij, quam ſi econtra filius ante deceſsiſſet.

q *Duodecim tabularum.* ad agnatum &c. & hoc intelligo cum non erat aliquis ſubſtitutus: vel ſi erat, obierat viuente patre. vel ille admittitur ex vulgari expreſſa, vel ſaltem tacita quæ in pupillari expreſſa continetur: vt. ſ. eo. l. iam hoc iure.

r *Non filij.* quia nulla. Io. & adde diſt. quam habes infra de capti. l. pater. in fi.

SI *pater.*] CASVS. Ego pater fui captus ab hoſtibus: & poſtea fuit captus dictus filius meus impubes cui pupillariter ſubſtitueram Titium: vt dictum eſt in. l. ſequen. & apud hoſtes ambo deceſsimus. certè ſiue ego ante deceſsi, ſiue dictus meus filius, non habebit ſubſtitutus impuberis hereditatem ex ſubſtitutione per dictam. leg. Corneliam. ſi autem impubes reuerſus fuiſſet in ciuitatem, & in ciuitate deceſsiſſet, bene veniret ſubſtitutus per dictam. leg. Corneliam: quia & ſi ego & ipſe in ciuitate deceſſiſſemus, veniret ſubſtitutus per dictam. leg. Corneliam. Viuianus.

ſ *Mox filius.* id eſt in eodem momento, & ſtatim vnus poſt alium: vt ſupra communia prædi. leg. ſi cum duas. ſecundum Ir. Vel dic, id eſt incontinenti. & tunc perinde eſt ac ſi ſimul: quia ea quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. vel, id eſt eodem bello, id eſt eodem tempore. Quid ergo ſi ex interuallo? Reſpon. habet locum ſubſtitutio filij, ſecundum H. Sed Bul. dixit idem etiam ſi ex interualo: vt in diſtinct. infra de capti. leg. pater. in fine.

t *Decedat.* tunc autem pertinet, quoniam &c. Azo. vt. j. de capti. l. quòd ſi filius. in fi.

a *Subſtitutus.* ex vulgari præmoriente patre, vel pupillari vel tacita vel expreſſa præmoriente filio. ratio autem huius legis eſt, quia nõ poteſt dici heres filius dum pater ſperatur reuerti. ergo ſubſtitutus locum non habet.

pupilli ſubſtitutionem non pertinebit: niſi reuerſus in ciuitate impubes decedat: quoniam * & ſi ambo in ciuitate deceſſiſſent, veniret ſubſtitutus. [a]

* Sunt qui emendent, quanquam.

Ex præſumpta voluntate defuncti cõiunctus præfertur ſubſtituto. Bartolus.

XXX. IVLIANVS *libro ſeptuageſimooctauo Digeſtorum.*

Quidam teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta [b] heredem inſtituit: deinde Quieto Florum, Proculo Soſiam heredes ſubſtituit: deinde ſi neque Florus neque Soſia heredes eſſent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum, [c] & ex quarta complures heredes ſubſtituit in plures quàm tres [d] vncias. Quietus hereditatem adiit. Proculus & Soſia viuo teſtatore deceſſerunt. [e] Quæritur, quadrans Proculo datus, ad Quietum, [f] an ad ſubſtitutos tertio gradu pertineat. Reſpondi eam videri voluntatem patrisfamilias fuiſſe, vt tertio gradu [g] ſcriptos heredes ita demum ſubſtituerit, ſi tota hereditas [h] vacaſſet: ídque apparere euidenter ex eo quòd plures quàm duodecim vncias inter eos diſtribuiſſet: [i] & idcirco partem quartam hereditatis de qua quæritur, [k] ad Quietum pertinere.

b *Ex parte dimidia & quarta.* id eſt dodrante.

c *Leptitanorum.* nomen villæ vel ciuitatis.

d *Quàm tres.* quia in dodrante erat inſtitutus.

e *Deceſſerunt.* ſicque eorum pars eſt in cauſa caduci: vt. C. de cadu. tollen. l. j. §. & cum triplici.

f *Quietum.* coheredem. Accurſius.

g *Tertio gradu.* ciuitatem & alios, ſeu alios tantum.

h *Tota hereditas.* id eſt tam gradus inſtitutorum quàm ſubſtitutorum primo loco.

i *Diſtribuiſſet.* id eſt diſtributæ eſſent vnciæ. Ioan. non dicas quòd diſtribuerit. q. d. ſi ſubſtituti admitterentur: ergo ciuitas in dodrante, & alij in quadrante. Item Quietus habet & ipſe dodrantem: & ſic fierent. xxj. vnciæ: ſicque Quietus non haberet dodrantem totius aſſis: quod teſtator voluit: igitur in totum ſubſtituti repelleretur. ſupplet ergo dictum teſtatoris, ne aliquid inepte dicatur: vt & ſupra titu. j. l. j. §. fin. & l. fina. Item apparet quòd verba illa, quòd ſi neque &c. copulatiuè ponuntur. ſic ſupra titu. j. l. Lucius.

k *De qua quæritur.* in qua Proculus erat inſtitutus. Azo. facit. j. de vſufruct. leg. l. codicillis. in principio.

Quidam.] CASVS. Sempronius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Proculum in tribus vnciis, id eſt in quarta parte hereditatis ſuæ: & quendam nomine Quietum inſtituit in. ix. vnciis, quæ ſunt dimidia & quarta hereditatis, poſtea ſubſtituit Quieto in ix. vnciis inſtituto quendam nomine Florum: & Proculo in tribus vnciis inſtituto ſubſtituit quandã nomine Soſiam. & poſtea ita dixit, ſi neq; Florus Quieto ſubſtitutus, neque Soſia Proculo ſubſtituta heredes mihi erunt, ſimul repudiantes hereditatẽ meam: Quieto & Proculo à me inſtitutis ſubſtituo tertio gradu coloniam Leptitanorum ĩ dicta dimidia & quarta hereditatis meæ in qua inſtitui Quietum prædictum, & ſubſtituo Gaium & Cornelium & Stichum ex quarta parte hereditatis meæ id eſt ex tribus vnciis in quibus inſtitueram Proculum, & ſubſtitueram Soſiam: & volo quòd de dicta quarta parte habeat duas vncias dictus Cornelius, & duas dictus Stichus & ita diuiſit teſtator predictus in hac ſecunda ſubſtitutione in ſex vncias dictam quartam hereditatis ſuæ, id eſt ſupradictas tres vncias. poſtea deceſſit Proculus in tribus dictis vnciis inſtitutus, & Soſia ei ſubſtituta viuente adhuc dicto teſtatore. & ſic dictæ tres vnciæ ſunt factæ in cauſam caduci, & ſic ad heredem Proculi non poſſunt pertinere, nec etiam ad heredem Soſiæ ei ſubſtitutæ. & poſtea deceſſit dictus teſtator, & prædictus Quietus in nouem vnciis inſtitutus adiuit hereditatem pro ea parte. modò quæritur, vtrum dictæ tres vnciæ factæ in cauſam caduci pertineant ad dictum Quietum Proculi coheredem, qui quidem Quietus adiuit hereditatem: vt dictum eſt, an ad Gaium & Cornelium & Stichum ſubſtitutos tertio gradu? Et dicitur quòd debent pertinere ad Quietum: quia ea videtur fuiſſe teſtatoris voluntas, vt ita demum ſubſtitueret tertio gradu ſcriptos heredes, ſi tota hereditas vacaſſet. in noſtro autem caſu non vacauit: quia Quietus adiuit hereditatem, vt dictum eſt. & hoc ideo præſumitur, quia plures quàm xij. vncias inter eos diſtribuit. nam coloniam Leptitanorum ſubſtituit tertio gradu in. ix. vnciis, & Gaium & Cornelium & Stichum ſubſtituit tertio gradu in ſex vnciis: & ita ſubſtitutos prædictos in tertio gradu ſubſtituit in quindecim vnciis. Viuianus.

Sufficit quem ſemel heredem extitiſſe, niſi teſtator eum heredẽ eſſe tẽpore mortis requirat: quod ex dictione, tunc, præſumitur. Bartolus.

XXXI. IDEM *libro ſingulari de Ambiguitatibus.*

In ſubſtitutione filio ita facta, *Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis* [l] *heres erit, idem filio heres eſto.* quæritur, [m] quiſquis heres quãdoque [n] fuerit, intellegatur: an quiſquis tum heres erit, cum filius moriatur. Placuit prudẽtibus ſi quandoq; heres fuiſſet. [o] Quãuis enim viuo pupillo heres eſſe deſiſſet, fortè [p] ex cauſa de inofficioſo, quæ pro parte [q] mota eſt, futurum tamen eum heredem ex ſubſtitutione creditum eſt. Non ſimili [r] modo in hac ſpecie dicendum eſt, ſi quis cum filios duos haberet, Gaium puberem, Lucium impuberem, ita filio ſubſtituiſſet, [ſ] *Si Lucius*

In ſubſtitutione.] CASVS. Exheredaui filium meum impuberẽ, & Titium & Seium mihi heredes inſtitui: & ita poſtea ſubſtitui dicto meo filio: Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit, idem heres eſto dicto meo filio. & poſtea deceſſi, & poſtea dictus Titius & Seius adiuerunt hereditatem meam. poſtea tutor dicti mei filij égit querela inofficioſi teſtamenti, ſiue eam intentauit cõtra dictum Titium, & vicit contra eum: & ita fuit ruptum teſtamentum meum pro parte qua Titius fuit inſtitutus: & ſic deſiit heres eſſe dictus Titius. poſtea deceſſit dict⁹ filius me⁹ in pupillari ætate. nunquid veniet dictus Titius ad hereditatem impuberis ex ſubſtitutione? Et videtur quòd nõ quia tẽpore mortis dicti impuberis nõ inuenitur me⁹ heres, & ego dixeram in ſubſtitutione, Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit, ſit heres filio meo. dicitur tamen hîc quòd heres erit impuberi, quia fuit meus heres: vt dictum eſt, licèt eſſe deſierit. ſecus eſſet in hoc alio caſu, pone quòd habebam filium puberem qui vocabatur Gaius, & filium impuberem qui vocabatur Lucius. exheredaui impuberem, & inſtitui puberem: & ita ſubſtitui dicto impuberi exheredato ſi Lucius filius meus impubes deceſſerit, & in pupillari ætate: & ſi dictus filius meus Gaius pubes quem inſtitui, heres mihi non erit: tunc Seius heres eſto dicti impuberis. nam iſto caſu ſi Gaius filius impubes fuit mihi heres ante mortẽ impuberis, & ſi tempore mortis impuberis non ſit heres: habebit locum ſubſtitutio Seij. & hoc facit dictio tunc, poſita in ſubſtitutione. Viuianus.

l *ſupraſcriptis.* ſcripſerat enim aliquos heredes cum filio, vel etiam exheredauerat filium.

m *Quæritur, quiſquis.* ſub. an.

n *Quandoque.* aliàs quandocumque.

o *Fuiſſet.* breuis ſolutio.

p *Fortè.* aduerbium fortè, [a] varietatem facti, non iuris dubitationem [b] inducit. Nam conſtat heredem eſſe inſtitutum ante perlatam querelam: quia dicit, deſiiſſet: vt infra de re iudic. l. non poteſt videri deſinere. & ſupra de inofficio. teſta. l. ij. Item & cõſtat, quòd in aliis variis caſibus quis deſinit eſſe heres: vt ſi fiat ſeruus heres: vt infra. e. l. ex facto. §. ſi. Item inſti. de here. quæ ab inteſt. §. per contrarium. in quibus erit idem quod hic. Sed oppo. qui ſemel eſt heres &c. vt ſupra de mino. l. ait prætor. §. ſed quod Papinianus. in fin. §. Solu. illud regulare: vt ſupra titu. j. l. ei qui. in fin. Vel dic quòd non per prætorem, vt ibi: ſed per reſtitutionem in integrum: quia nec facit heredem: vt inſti. de bono. poſſeſ. §. quos autem. ſed iure ciuili ſic, vt in præmiſſis.

q *Pro parte.* ſecus ſi in totum. quia pupillare euaneſcit: vt. ſ. de inoffi. teſta. Papinianus. §. ſed nec.

r *Non ſimili.* ſed per contrarium.

ſ *Subſtituiſſet.* dic quòd inſtituerat vel exheredauerat impuberem: aliàs non valet teſtamentum. item puberem inſtituerat, vt patet.

a] Et ſic cõ filiũ poteſt dari per verbum, fortè, ſecundum Bal. & Ale. licet Rapha. contra.

b] Concor. gl. not. in. c. 2. extra de teſta. inducit tamen aliquando dubitationem: vt per Feli. in. c. accedens. 1. extra vt lite nõ conteſta. & gloſ. no. in cle. 1. in verſi. appellandam. de app.

Gaius

a] Et bene. Al.& Ia.
b] Et malè. Alexand.
c] In hac gl. tunc, ſignificat tempus extremum.& de eius ſignificatione vide omnino per Bal.in l. ex illo.C.de appell.& in auth.contra rogatus.1. col.C.ad Treb.

a *Gaius filius*. inſtitutus.

b *Eſto*. ſcilicet ſubſtitutus.& eſt quidam [a] tertius hic Seius. & habeas.ſ.neque mihi,&c.Alij non [b] habent,&Gaium & Seium idem eſſe dicunt:& ſic vnus filius alij filio ſubſtitutus ſecundum eos. Et not. quòd hic articulus tunc, [c] denotat diuerſitatem inter hunc & ſuperiorem caſum : vt infra de condit. & demonſt.l.iiij.in fine.

c *Mortem*.vt tũc ſit heres Gaius,vt hîc: & capax:vt.ſ.e.l.ſi is qui heres. & facit ad hanc legem infra de adimen. leg. l.alumnæ.§. fina.& de codi.l.ſi quis eum.in fine j. reſpon. &.ſ.eo.l. qui liberis.§.fina.

*filius meus impubes deceſſerit, neque mihi Gaius filius* [a] *heres erit:tunc Seius heres eſto.* [b] nam ita prudentes hoc interpretati ſunt, vt ad impuberis mortem [c] conditio ſubſtitutionis eſſet referenda.

Ex preſumpta voluntate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem reſpectu vnius defuncti: ſed inter ſe in hereditarias portiones. Bartolus.

Qvi complures.] CASVS. Inſtitui mihi quendam heredem nomine Attium in duabus vnciis hereditatis meæ: & Gaium in.iiij.& Seium in.v. & Cornelium in vna: & poſtea ita dixi: ſi dictus Attius non adierit pro ſua parte, ſubſtituo ei dictum Gaium,& Seiũ & Cornelium ex eiſdé partibus quibus eos inſtitui: & do eis tribus coheredem Titium, & deceſſi:& poſtea Attius noluit adire hereditaté meam:& ita habuit locum ſubſtitutio, & dicta heredis adiectio. modo quæritur, quam partem habere debeat dictus Titius adiectus, & quam Gaius& Seius & Cornelius de duab⁹ vnciis in quib⁹ fuit Attius inſtitutus? Et dicitur quòd Titius habebit quartam parté duarum vnciarum Attij, & prædicti tres habebunt tres partes dictarũ duarum vnciarum, & diuident dictas tres partes dictarum vnciarum inter ſe pro eis partibus pro quibus à me inſtituti fuerunt. ſi autem adieciſſem Titium & Stichum coheredes prædictis tribus, fient tunc quinque partes de dictis duabus vnciis Attij,& Titius & Stichus habebit quilibet vnam quintam: & aliæ tres quintæ diuidentur inter prædictos tres pro his partibus pro quibus eos heredes inſtitui.& ſic eſt plana hæc lex. Viuianus.

XXXII. IDEM *libro primo ad Vrſeium Ferocem.*

Qvi complures [d] heredes ex diſparibus partibus inſtituerat, & in his Attium:ſi Attius non adierit,cæteros ex iiſdem partibus quibus inſtituit,heredes ei ſubſtituerat:deinde ſi Attius non adiſſet, Titium coheredem eis qui ſubſtituti ſunt, adiecit. [e] Quæſitum eſt, quam partem [f] is,& quam cæteri habituri eſſent. Reſpondi,Titium virilem,cæteros hereditarias: veluti ſi tres fuiſſent, [g] Titium partem quartam Attianæ partis habiturum: reliquarum partium hereditarias [h] partes ex quibus inſtituti erant, reliquos habituros eſſe. Quòd ſi non ſolum Titium, ſed etiam alios adieciſſet heredes: hos quidem viriles partes habituros: veluti ſi tres puta coheredes fuiſſent ſubſtituti, extranei duo adiecti:hos quintas [i] partes Attianæ partis, reliquos autem coheredes hereditarias partes habituros eſſe dixit.

d] Diuinat ſecundum Barto.

d *Qui complures*. quatuor puta computato Attio.

e *Adiecit*. ſubſtituendo,non inſtituendo : alioquin etiam ſi Attius non adiret,nihilominus heres eſſet Titius:vt infra de ſecun.tabu.l. ij.§.ſi quis ita ſcripſerit.

f *Quam partem*.ſcilicet Attianæ partis cum Attius non adierit.

g *Tres fuiſſent*. ſcilicet ſubſtituti præter Titium.

h *Hereditarias*. cur non ſolus medietatem: vt ſupra titu.j. l. Titius fundi?Reſpon.quia omnes [d] ſeparatim fuerunt inſtituti. At opponitur:ergo debent habere viriles : vt inſti.de here.inſtit.§.ſi plures? Reſpon. verum eſſet niſi præceſſiſſet partium diſtributio etiam in inſtitutione.tunc enim videtur eaſdem partes repetiiſſe in perſonis eorum tantum quos inſtituit:vt ſupra eo.l.ſi plures.Azo.magis obſtat.ſ.eod.l.ſi pater filio.ſed & ibi coniunctim fuerunt inſtituti.vel hic ſubſtituendo nominatim dixit, pro partibus hereditariis vos ſubſtituo:vt hîc patet:quod ibi non fecit.Item contra.C.eo.l.fi.§.j. vbi habent omnes viriles. Sed ideo quia ita habuerant ex inſtitutione:vt ibi not.& facit.ſ.de ſtatulibe.l.qui pecuniam.

i *Quintas*. id eſt,quilibet quintam.

SI mater.] CASVS. Titia inſtituit ſibi heredem filium impuberem cum erit pubes, & ei vulgariter tali modo ſubſtituit, ſi dictus meus filius non erit mihi heres, ſubſtituo ei Seium. & poſtea deceſſit Titia,& poſtea deceſſit dictus eius filius in pupil.ætate.nũquid habebit ſubſtitutus hereditatem? Et videtur quòd non : quia ſubſtitutio nõ poteſt ante habere locum, quàm habeat locum inſtitutio. inſtitutio autem non videtur poſſe habere locum niſi adueniente pubertate, ſicut apparere videtur ex verbis inſtitutionis A prædictis.dicitur tamen hîc quòd ſubſtitutus habebit hereditatem ex tacita pupillari, quæ ſubintelligitur in dicta vulgari : vt dictum eſt ſupra eo.iam hoc iure.nam non videtur in noſtro caſu in diem collata inſtitutio,ſed hereditatis tantùm petitio propter vtilitatem impuberis.

B Mater poteſt inſtituere filium in tempus pubertatis,& ei ſubſtituere vulgariter. Bartolus.

XXXIII. AFRICANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI mater ita teſtetur, vt filium impuberem, cum erit [k] annorum quatuordecim, heredem inſtituat, eíque pupillaribus [l] tabulis ſi ſibi heres nõ erit, alium ſubſtituat:valet ſubſtitutio. [m]

C Si filius inſtitutus in primo loco fit heres, ceſſat ſubſtitutio vulgaris tam prima quàm omnis alia ſequens. Alexander.

Si filius,& ex eo nepos poſthumus, ita heredes inſtituantur, vt Gallo Aquilio placuit. [n] & nepoti, ſi is heres non erit, Titius ſubſtituatur:filio herede exiſtente,Titium omnimodo,id eſt etiã ſi nepos natus non fuerit, excludi [o] reſpondit.

[SI FILIVS, ET EX EO.] Seius habens filium habentem vxorem prægnantem,venit ad mortem, & fecit taliter teſtamẽtum: Inſtituo mihi filium meum heredem : & ſi filius meus morietur me viuo, tũc ſi quis mihi nepos ex eo,ſiue quę neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis quibus filius meus morietur, natus natáve erit,heredes ſunto,& ſi dictus nepos vel neptis mihi heres nõ erit,ſubſtituo ei Titium. & deceſſit dictus teſtator,& filius ſuus prædictus inſtitutus extitit ei heres. certè amodo non poteſt habere hereditaté alterius ſubſtitutus nepoti vel nepti : ſiue nepos vel neptis naſcatur,ſiue non.nam ſi nõ poteſt habere locum amodo nepos vel neptis, multo minus habebit locum ſubſtitutus eius,ſcilicet Titius. Viuianus.

*Pupillares tabulæ qua ratione hic Africano dicãtur, explicat Viglius tit.de pupil. ſubſti.in prin.Inſti. lib.2.

k *Cum erit*. nec filius intelligitur ad tempus inſtitutus, ſed purè : vt C.quando di. le. ced.l. ex his. & infra quando di.leg.ce.l.Firmio.§.j.niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem probetur : vt infra de manumiſſ.teſta.l.ſi ita ſcriptum fuerit.§. D cum Titius.& tunc vitio temporis ſublato heres erit:vt ſupra eod. hereditas.erat autem dubitatio de ſubſtitutione:quia videbatur facta antequam poſſet valere inſtitutio:ſed vt dixi,pro pura eſt inſtitutio.

Fœminæ pupillariter non ſubſtituunt.

l *In pupillaribus*. non quòd pupillaris ſubſtitutio ibi fiat, ſed quia pupillus inſtitutus fuit,eſt vulgaris.fœminæ enim pupillarem non faciunt:quia in poteſtate non habent:vt ſupra eod.l.ij.ij.reſpon.

m *Subſtitutio*. nec in ſubſtitutione videtur repetita eadem conditio ſeu dies : vt ſupra titul.j.l.ſi ſub conditione.& facit infra de leg. j.l.ſi cui.

n *Placuit*. ſcilicet ſi filius morietur viuo teſtatore : & nepos poſt mortem teſtatoris naſcatur : vt ſupra de libe.& poſthum.l.Gallus. in principio.

o *Excludi*. vt & ſupra titu. j. l. cum in teſtamento. in locum enim deficientis primi & ſecundi gradus videtur eum ſubſtituiſſe : vt & ſupra eod.l.quidam teſtamento.& ſupra titu.j. Lucius. Sed pone E quòd filius vixit poſt mortem defuncti : & repudiauit hereditaté. Item ſimiliter nepos repudiauit:nunquid admittitur Titius?Videtur quòd non : quia filius extitit heres ipſo iure, licèt poſtea repudiauerit. Econtra videtur admittendus:quia nec filius nec nepos hereditatem adiuit, imò vterque repudiauit. Sed certè non eſt admittendus, illa ſcilicet ratione, quia filius non deceſſit teſtatore viuo:& ſubſtitutio ita facta erat,ſi filius me viuo morietur. Item verba ſuperiora, ſi heres non erit : expone cum eſſe poſſet, quia filius præmoreretur, non heres. & facit infra de adquiren. here. l. quamdiu.

EX duobus.] CASVS. Inſtitui mihi heredes duos meos filios impuberes : & ei qui ſupremus moreretur, ſubſtitui Titium. poſtea ambo impuberes ſimul deceſſerunt. certè Titius erit heres vtriuſque eorum. & eſt ratio, quia ſupremus dicitur non ſolùm is qui poſt aliquem eſt, ſed etiam ille poſt quem nemo eſt. in noſtro autem caſu omnes videntur ſupremi deceſſiſſe:quia nullus eorum

remanſit poſt alium. & idem eſt econtrario. nam non ſolùm dicitur proximus eſſe alicui qui ante aliquem alium eſt, ſed etiam is ante quem nemo eſt. [Filium. Seius inſtituit ſibi heredes Gaium filium ſuum impuberem, & Titium extraneum:& Titio prædicto ſubſtituit Mæuiũ, & prædicto ſuo filio taliter ſubſtituit quiſquis ex ſupraſcriptis ſcilicet Titio & Mæuio heres mihi erit, ſubſtituo eum filio meo. & poſtea deceſſit prædictus Seius. Titius inſtitutus omiſit hereditatem: Mæuius autem ei ſubſtitut⁹ adiuit ex ſubſtitutione, poſtea deceſſit dict⁹ impubes. quæritur, cui deferatur hereditas eius impuberis: vtrum Titio qui amiſit hereditatem patris, an Męuio qui adiuit hereditatem patris ex ſubſtitutione? Et dicitur quod Męuio, [Etiam si contra.]Filium meum emancipatum pręterij, ſcilicet Titium, & Seium filium impuberem, & in mea poteſtate conſtitutum inſtitui mihi heredem in totũ: & ei impuberi ſubſtitui Gaium:& à dicto impubere reliqui multa legata danda quibuſdam mihi coniunctis, & quibuſdam aliis extraneis: & à Gaio ſubſtituto reliqui ſimiliter multa legata: & poſtea deceſſi. poſtea emancipatus petiit bonorum poſſeſſio. contra tabu.eo quòd à me præteritus fuit, & vicit: & ita ruptum eſt teſtamentum meum: & ſic factum eſt quòd ipſe emãcipatus habuit dimidiam hereditatis meæ ab inteſtato:& alia dimidia remanſit apud impuberem prędictum.poſtea in pupillari ætate deceſſit impubes.nũquid habebit hereditatem impuberis Gaius prædictus ſubſtitutus ei? Et dicitur quòd ſic:& tenebitur præſtare legata à ſe relicta,& etiam ab impubere. Sed & ſi dictum emancipatum præterij,& dictũ impuberem inſtitui in tribus vnc.& Cornelium extraneum inſtitui in.ix.vnc.& dicto impuberi ſubſtitui dictum Gaium, & multa legata reliqui à dicto impubere præſtanda quibuſdam mihi cõiunctis,& quibuſdam aliis extraneis:& à dicto Gaio impubere ſubſtituto reliqui ſimiliter legata: & committente dicto emancipato præterito edictum,vt ſcilicet contra tabulas petat bonorum poſſeſſ.non ſolum dictus emancipatus, ſed etiam dictus impubes:& ſic excludam dictum Cornelium in.ix. vnc. inſtitutum,& habeant ambo ſoli hereditatem meam,ſcilicet emancipatus pro dimidia, & impubes pro alia dimidia, cum ex inſtitutione non habuerant niſi tres vnc.& poſtea impubes decedat in pupillari ætate,& veniat ad hereditatem ſuam dictus Gaius ei ſubſtitutus: certè tenebitur dictus ſubſtitutus præſtare legata ab impubere relicta coniunctis perſonis tantùm: * ſicut & impubes ſi viueret teneretur preſtare tantùm cõiunctis perſonis:& licèt ſi non eſſet petita bonorum poſſeſſ. contra tabulas: impubes vel eius ſubſtitutus poſſet detrahere ab omnibus legatariis Falcidiam,puta quia eſſent relicta legata impubere vltra dodrantem ſuæ partis: tamen petita contra tabulas (quo caſu non tenetur impubes vel eius ſubſtitutus ad præſtanda legata niſi coniunctis perſonis, vt dictum eſt) augebuntur legata relicta ab impubere coniunctis perſonis: ideo quia non præſtat extraneus legatariis legata: ita quòd Falcid.in eis non habebit locum,vel tanto minus detrahet nomine Falcidiæ de legatis relictis coniunctis perſonis, quantum ei adcreuit propter hoc quòd extraneis legata non præſtat.&ſicut ipſe filius impubes plus debet coniunctis perſonis nomine legatorũ etiam ex eo quòd petita contra tabulas extraneis non præſtat legata, vt dictum eſt: ita plus debet dictus impubes & eius ſubſtitutus ex eo quòd per bonorum poſſeſſ.contra tabulas plus ad filium impuberem prædictũ peruenit quàm haberet ex inſtitutione, cum poſtea ex ſubſtitutione peruenerũt ad eum tres vnciæ, vt dictum eſt:per bonorum autem poſſeſſ.contra tabulas peruenerunt ſex vnciæ ad eum,vt dictũ eſt: & ita duabus rationibus creſcũt legata coniunctis ſiue exceptis perſonis relicta. & idem debet eſſe contra, ſcilicet vt quemadmodum portio quæ per bono.poſſeſſ.contra tabu.adcreuit impuberi, auget legata, vt dictũ eſt:ita & portio quæ adcreuit impuberi propter bonorum poſſeſſ. cõtra tabul. minuat legata coniũctis perſonis ab impubere relicta:puta quia impubes, ſicut dixi in princi. fuit à me inſtitutus ex aſſe:& per bonorum poſſeſſ. contra tabulas quam accepit frater ſuus emancipatus, & à me præteritus,dimidia hereditatis ſit ei impuberi ablata. nam pro ea dimidia ſibi ablata ſubſtitutus ei⁹ exoneratur circa legata.&hoc dicit cum.l.ſequen.Viuianus.

* Iuxta hãc ſententiam videtur iudicaſſe P.Scipio. Is enim duobus militibus qui ſimul & eodem tẽpore murũ aſcenderant, donauit coronam muralẽ,quam ei qui primus aſcendiſſet promiſerat. Auctor Liu. li.26.ab vrb. con.

† cc.l.34.ĩ.ad Trebel.

* Fallitur hic Viuian⁹, dum putat ſubſtitutum impuberis non teneri ad legata relicta extraneis petita bonorũ poſſeſſ.contra tab.tenetur enim ad ea præſtanda. proinde ſpeciem facti ex Accurſio collige.

Supremus ſeu vltimus eſt quẽ nemo ſequitur, licèt nullus præcedat: & econtra proximus dicitur quem nullus præcedit, licèt nemo ſequatur. Alexander.

XXXIIII. Idem *libro quarto Quæſtionum*.

Ex duobus impuberibus ei qui ſupremus moreretur, heredem [a] ſubſtituit. Si ſimul morerentur, vtrique heredem eſſe reſpondit: * quia ſupremus [b] non is demum qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, intellegatur: ſicut & è contrario proximus non ſolùm is qui ante aliquem, ſed etiam is ante quem nemo ſit, intellegitur.

Heres ex ſubſtitutione vulgari admittitur ad ſubſtitutionem impuberi factã per hæc verba, quiſquis mihi heres erit,&c. Bartol.

Filium † impuberem & Titium heredes inſtituit: Titio Mæuium ſubſtituit: [c] filio quiſquis ſibi heres eſſet ex ſupraſcriptis, ſubſtituit. [d] Titius omiſit hereditatem, Mæuius adiit. [e] Mortuo deinde filio, putat magis ei ſoli [f] ex ſubſtitutione deferri pupilli hereditatem, qui patris quoque [g] hereditatem adierit.

Licèt teſtamentum per contra tabul. expugnetur, firma tamen manet ſubſtitutio pupillaris: & relicta à ſubſtituto pupillari debentur omnibus. Alexand.

Etiam ſi [h] contra patris tabulas bonorum poſſeſſio petita ſit, ſubſtitutio tamen pupillaris valet: & legata omnibus præſtanda ſunt, quæ à ſubſtitutione data ſunt.

Iſta lex reputatur difficilis, & habet tres partes. Prima durat vſque ad ver. ſic & creſcere. Secunda vſque ad ver. his conſequens. Tertia vſque ad finem. & ſecundum quòd textus habet tres partes, ita glo. magna quæ eſt hîc, quæ ponit caſum, habet tres partes prout ponit caſum. Bartolus.

XXXV. Idem *libro quinto Quæſtionum*.

Et ſi contra tabulas [i] patris

a *Heredem ſubſtituit*. vt infra de reb.dub. l. qui duos.licèt ſingulari numero vſus ſit: vt.ĩ. de leg.j. qui filiabus.§.j. & ideo de vtriuſque portione detrahit Falcidiã: vt infra eo. l. qui duos. Sed contra.ĩ.ad Treb.l. eum qui. Solu.hîc totũ volebat ad ſubſtitutum peruenire:ibi partem. Vel dic vt ibi.

b *Supremus*. ad hoc.ĩ. de verbo. ſignifi.l. proxim⁹.&.l. in vulgari.& vnde cog.l.j.§.ꝓximus.

c *Mæuium ſubſtituit*. ſcilicet vulgariter.

d *Subſtituit*. ſcilicet pupillariter.

e *Adiit*. & ſic teſtatori directò eſt heres:vt inſtitu.de pupillari ſubſtitu.in princi.

f *Soli*. ſcilicet Mæuio.non autem Titio repudianti:vt ſupra eodẽ. l.qui plures.

g *Patris quoque*. vnde continetur ſubſtitutus vulgaris.nam verbum quiſquis, ad ſolum Titium pertinere non potuit, nec ad pauciores quàm duos. ſic ergo qui eorum duorũ erit heres, ille admittetur: ſecus tamen ſi dicam in teſtamento: quiſquis mihi heres erit, det decem illi nam duo comprehendũtur,id eſt, etiam qui venit ab inteſtato, non ſolùm ſcripti: vt infra de codicil.l.ſi quis. hîc non niſi ſcripti veniũt:vt ſupra eod.l.cum filio.&.l.qui liberis.§. hæc verba. & facit ſupra eodem.l.v.& infra.eo.l.cum ex filio.§.fina.

h *Etiam ſi*. pone impuberẽ in poteſtate cõſtitutũ inſtitutũ,& emãcipatũ puberẽ præteritũ,& extraneũ pupillo ſubſtitutũ,à quo ſunt relicta legata,quę valẽt,licèt cõmiſſo edicto per emancipatũ.i.licèt egerit per cõtra tabu.etiã ſi impubes petierit cõtra tabu. vt dices.ĩ. l.ꝓxi. Et quæro hîc,quare rupto teſtamẽto per querelã in totũ rũpitur pupillare:vt.ſ.de inoffic.teſta.l.Papinianus.§.ſed nec. & non per cõtra tabulas,vt hîc,&.ĩ.l.proxi. Reſpon.quia teſtamẽtũ eſt de iure ciuili,& querela.ſic vnũ poteſt tollere aliud:vt inſtit.de leg.agtu.§.fi.ſed cõtra tabulas eſt de iure prætorio quod nõ tollit teſtamẽtũ:quia cũ prætor nõ poteſt facere heredẽ,multomin⁹ deſinere:vt inſti.de bono.poſſeſſ.§.quos autẽ.inde eſt ꝙ ĩ querela dicitur quæri de viribus teſtamẽti:in cõtra tabu.non,ſed de pr̃is & filij qui agit an ſit fili⁹ ſeu pr̃,vel nõ: vt.ſ.de inoffi.teſta.l.filio.§.cõtra tabulas.& differt in alio:quia querela naſcitur demũ hereditate adita:vt.C.de inoffi.teſta.l.ſi quis filiũ.ſed cõtra tab.etiã prius:vt.ĩ.de cõtra tabu. l.illud.in fin.Et ſecũdũ hoc nõ ob.ſ.eo.l.ij.§.j.quia ibi iure ciuili rũpitur per pręteritionem poſthumi:vt.ſ.de iniuſt.teſt.l.poſthumus. Item nõ ob.ſ.eo.l.is qui.quia ibi vt indignus repellitur,vt ibi dixi.

i *Et ſi contra tabulas*. Pater filium puberem emancipatum præteriit:impuberem in poteſtate cõſtitutum inſtituit:& ei extraneum ſubſtituit: à quo ſubſtituto & etiam ab impubere legata reliquit.præteritus egit contra tab. & ſic aperta eſt via inſtituto,vt & ipſe habeat per contra tabu. tandem in pupillari ætate deceſſit. quæritur, an teneatur amplius ſubſtitutus ad legata? & dicit eum teneri amplius quàm teneretur pupillus:quia hic omnibus, pupillus

Caſum ponit.

petita ſit à pupillo [a] bonorũ poſſeſſio, in ſubſtitutũ tamen eius [b] actionem legati [c] dandam eſſe, ita vt augeātur * prętérea:quòd [d] filius extraneis [e] nõ debuerit.ſic & creſcere à ſubſtituto data legata, ſi per bonorum poſſeſſionem plus ad filium perueniſſet:quemadmodum & ipſe filius plus exceptis [f] deberet.His conſequens eſſe exiſtimo,vt ſi impubes ex aſſe heres ſcriptus ſit, & per bonorum poſſeſſionem ſemis ei ablatus ſit, ſubſtitutus in partẽ legati nomine exoneretur:vt quemadmodum portio quæ per bonorũ poſſeſſionem acceſſerit,auget legata:ita & hîc [g] quæ abſceſſerit, minuat.

* Legata, propterea quòd.

Licitum eſt teſtanti facere tot gradus ſubſtitutionũ quot vult, & plures poſſunt ſubſtitui in locum vnius,& econtra.& ſi ſubſtituatur nouiſſimo moriẽti, videtur teſtator voluiſſe inter omnes conſeruare ius legitimarum hereditatum, vel ſucceſſionum ab inteſtato.h.d.cum.l.ſequen. Ale.

XXXVI. MARCIANVS *libro quarto Inſtitutionum.*

POteſt [h] quis in teſtamento plures gradus heredum facere:puta, *Si ille heres non erit, ille heres eſto:*& deinceps plures: vt nouiſſimo loco in ſubſidium vel ſeruum neceſſarium heredem inſtituat. Et vel plures in vnius locũ D poſſunt ſubſtitui , vel vnus in plurium , vel ſingulis ſinguli , vel inuicem ipſi qui heredes inſtituti ſunt.

XXXVII. FLORENTINVS *libro decimo Inſtitutionum.*

VEl ſingulis liberis, † [vel] qui eorum nouiſſimus morietur,heres ſubſtitui poteſt. Singulis,ſi neminem eorum inteſtatò decedere velit. Nouiſſimo, ſi ius legitimarum [i] hereditatium integrũ inter eos cuſtodiri velit.

† Vide quæ ſcripſit in hũc locum Viglius in. §. vel ſingulis.de pupillari ſubſtit. Inſti.lib.2.

Poteſt quis omnibus liberis ſubſtituere,vel parti eorum, aut nulli , aut ad tempus totum pupillaris ætatis , vel ad partẽ eius. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS *libro ſingulari de ſecundis tabulis.*

QVi plures liberos habet,poteſt quibuſdam ſubſtituere, neque vtique neceſſe habet omnibus: [k] ſicuti poteſt nulli ſubſtituere. Ergo & ad breue [l] tempus ætatis ſubſtituere poteſt, vtputa : *Si filius meus intra annum decimũ deceſſerit, Titius ei heres eſto.* Itaque & ſi diuerſos ſubſtituat poſt finem [m] ætatis, admittendũ erit:veluti,*Si intra decimum annum deceſſerit. Titius heres eſto. ſi poſt decimum,intra quartumdecimum, Mæuius heres eſto.*

Aditione facta à coacto ex Trebelliano confirmantur tabulæ pupillares.Bartolus.

Ius coniunctis tãtùm perſonis:& ſic augetur onus legatorum. Hîc alio caſu ſi ponas pupillum eſſe in vncia vna inſtitutum, extraneũ A in.xj.& pupillo ſubſtitutum datum,& relicta legata ab vtroque ſi habeat pupillus contra tabu.commiſſo ſibi edicto per puberẽ prętetitum,& ſic habeat dimidiam hereditatis:pro ea rata dabit ſubſtitutus legata,non pro vncia tantùm : & hoc omnibus . nam & pupillus teneretur vt pro vnciis, non pro vna tãtùm : ſed ſolummodo coniunctis. econtra decreſcit onus legatorum ſi ponas pupillum in aſſem inſtitutum , & per puberem agentem cõtra tab.ablatum ei dimidium.nam pro dimidia dabuntur legata , non pro aſſe, ſed à ſubſtituto omnibus à pupillo coniunctis . & probantur etiam hæc.j̃. de leg. præ.l.filium quis. & de leg. iij.l. fi.§.fi.& de cõtra tabu.l. non putauit. §.fi. In exheredato pupillo ponere nõ potes: tum quia non habet cõtra tabu.vt.j̃.de contra tabul. l. non putauit. in prin.tum quia à ſubſtituto eius legari nõ poſſet : vt.j̃. de lega.j. l. ab exheredato.j.reſpõ.Sed quidam dicunt , quòd in eo poteſt poni,ſi modo per præteritum cõmittatur edictum , per eandem.l.j̃. de lega.j.ij. reſpõ.Sed certè de ſubſtituto inſtituti non exheredati ibi dicit. Item nec de præterito pupillo pòteſt dicere : quia non poteſt relinqui ab eius ſubſtituto.argu.C. de lega.cum quidam. licet ei poſſet dari contra tab.vt.C.de lib.præte.l. maximũ.&adde quod not.ſupra.l.proxi.in fin.Accurſius.

a *A pupillo.* inſtituto,alio committente edictum.

b *Eius.* impuberis.

c *Legati.* relicti in ſubſtitutione : vt.s̃. l. proxi. in fi.& infra de le. præſt.l.filium.§. quòd ſi impubes. ſed relicta à pupillo dabit, ſicut dicitur infra de leg.iij.l.fi.§.fi. Nec ob.inſti.de pup. ſubſt.§. liberis. quia ibi iure ciuili annullatur:vt ibi not.& ſupra.l.proxi.vnde non valet ſubſtitutio ibi.

d *Quòd.* id eſt quia.

e *Extraneis.* ſed parentibus.Azo.ad quod.j̃. de legatis. ij. cum patronus.ſubſtitutus autem omnibus etiam extraneis.

f *Exceptis.* non aliis, ſed ſubſtitutis omnibus , ſi ab eo ſunt relicta: vt.j̃.de leg.præſt.l.filiũ. Et eſt ratio, quia ſubſtitutus in totũ quod ſuccedit,volũtate teſtatoris ſuccedit.Azo. Quæ autẽ ſunt perſonæ exceptæ,habes.j̃.de lega. præſt.l.j.&.iij.&.C.de contra tabu.l.j.

Contrariorum eadem eſt ratio.

g *Ita & hic.* contrariorum eadem eſt ratio.ſic.j̃.ad leg.Falc.l.ſi heres inſtitutus.&.ſupra manda.l.ſi mandato. §. quotiens. & inſt.de contrahen.empt.§.cum autem.Sed arg.contra ſupra de nego.geſt. l.ſi quis negotia.& de procura.l.qui proprio.§. vſque adeo.&.§.itẽ contra.& facit ad.l.infra de lega.j.l. ſi heres.& de conditio. & demonſtratio.l.Plautius.

POteſt.] CASVS. Faciens teſtamentum poteſt facere plures gradus heredum hoc modo : Inſtituo mihi heredem Titium: & ſi Titius heres non erit, Seius heres eſto. & ſi Seius heres non erit, Mæuius heres eſto. & ſic deinceps. & vltimo ſubſtituto poteſt ſubſtituere ſeruum ſuum, vt ſit heres neceſſarius. Item poteſt ſubſtituere plures in locum vnius : & in locum pluriũ poteſt ſubſtituere vnum.Item poteſt ſubſtituere cuilibet de inſtitutis alium extraneum dando cuilibet ſuum ſubſtitutum extraneum.Itẽ heredes inſtitutos poteſt adinuicem ſubſtituere.Item ſi habet duos filios pone impuberes , poteſt dare ſubſtitutum cuilibet eorum per ſe:& tunc ſi vnus eorum filiorum decedat,habebit ſubſtitutus eius partem mortui : & ita non decedit nunc ab inteſtato dictus filius: quia pater eius dicitur ei feciſſe teſtamentum ſubſtituendo ei. & idẽ erit in alio filio poſtea decedente. Itẽ poteſt ſubſtituere illi ſoli de dictis filiis qui vltimò moreretur: & tunc ſi vn⁹ decedit,alter ſuccedit ei iure legitimo. i. ab inteſtato . & ſi alter poſtea decedat , ſubſtitut⁹ eius habebit vtriuſque hereditatẽ ex ſubſtitutione.h.d.cum.l.ſeque. Viuianus.

h *Poteſt.* vt inſti.de vulga.ſubſti.in prin.

i *VEl ſingulis . Legitimarum.* ſic inſti. eo.§. vel ſingulis. &. C. eo.l. penul. Sed contra infra de lega. ij. l. Titia Seio. §. Seio. vbi per fideicommiſſum videtur eos inuicem rogare,nõ ius ab inteſtato reſeruare.Sol.ibi.

QVi plures.] CASVS. Si habeo quatuor filios, & eos heredes ĩſtituo:poſſum ſubſtituere duobus , & aliis duobus nullũ dare ſubſtitutum. nã & poſſum ita eos inſtituere,vt nulli eorum ſubſtituã. & ſi poſſum deminuere numerũ illorũ quibus ſubſtituo, vt dictũ eſt : ergo ſi impuberes ſunt, poſſum deminuere cum eis ſubſtituo pupillariter,tempus quod ſolet poni in pupillari ætate vel ſubſtitutione, hoc modo: ſiSeius filius meus heres mihi extiterit, & intra decimũ annum deceſſerit,Titius ei heres eſto:cum in pupillari ſubſtitutione ſoleat poni tẽpus.xiiij.an. Item & ita poſſum ſubſtituere : Si Seius filius meus heres mihi extiterit,& intra decimum annum deceſſerit , Titius ſit ei heres . ſi autem poſt decimum annum deceſſerit dictus filius meus, intra tamen.xiiij.annum,Mæuius heres eſto. [ET SI A PATRE.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium filium ſuum impuberem,& rogauit eum per fideicommiſſum,vt ſi in pupillari decederet ætate,reſtitueret hereditatem Gaio. & poſtea dedit pone tutorem filio ſuo Sempronium: & deceſſit dictus Titius. nunc dictus Seius filius eius & tutor Seij nolebant hereditatẽ adire:vnde Gaius fecit eos cogi vt adirent,& adiuerunt.Poſtea in pupillari ætate deceſſit dictus Seius.nunquid ex dictis ſecundis tabulis pertinebit hereditas ad Gaium fideicommiſſarium, vel debebit E ei reſtitui?Et videtur quòd non:quia teſtamentum Titij patris Seij prædicti fuit iure ciuili deſtitutum,ideo quia Seius adire noluit,& per conſequens ſecundæ tabulæ . vnde quamuis per coactionem reſuſcitetur principale teſtamentum : non tamen videtur debere reſuſcitari ſecundas tabulas:licet reſuſcitetur legata & fideicõmiſſa ſpecialia in principali teſtamento relicta.& hoc quidã dixerunt: ſed certè malè dixerunt: quia bene debent reſuſcitari ſecundæ tabulæ reſuſcitato principali teſtamento : quia ſunt pars principalis teſtamenti. Viuianus.

k *Omnibus.* ſubſtituere.Accurſius.

l *Ergo & ad breue.* quia abbreuiare poteſt numerum: [a] ergo & tempus.ſic.s̃.de iudi.l. nonnunquam. & facit. j̃. eod.l. ex facto. §. item quæro.& ſupra eo.l.ſi ita quis ſubſtituerit.&.l.in pupillari.& l.verbis.& infra de mili.teſtamen.l.miles ita.§.j. de ſecund. tabu.l. ij.§.ſi primus.

a] Et ſic valet argumẽtũ de perſona ad tempus ſecundũ Bart.Pau. Alexan.& Ia.

m *Finem ætatis.* ſcilicet decem annorum.



UNED

Si à patre inſtitutus,[a] rogatúſque hereditatẽ reſtituere,[b] coactus ex fideicommiſſario[c] adierit: quamuis cætera quæ in eodẽ teſtamento relicta ſunt, per eam aditionem confirmentur,[d] vt legata & libertates: ſecundas tamẽ tabulas[e] non oportere reſuſcitari deſtituto[f] iam iure ciuili teſtamento, Quintus Ceruidius Scęuola noſter dicebat. ſed plerique in diuerſa ſunt opinione:[g] quia & pupillares tabulæ pars ſunt[h] prioris teſtamenti. quo iure vtimur.

Filio impuberi emancipato nõ poteſt pupillariter ſubſtitui: ſed poteſt eius inſtitutio omitti: & per fideicommiſſum ſibi in tempus pubertatis relinqui: quod importabit tantumdem quantum ſubſtitutio pupillaris. Bartolus.

XXXIX. IAVOLENVS *libro primo ex Poſterioribus Labeonis.*

CVm ex filio quis duos nepotes impuberes habebat:† ſed alterum eorum in poteſtate, alterum non: & vellet vtrumque ex æquis partibus heredẽ habere:[i] & ſi quis ex his impubes deceſſiſſet, ad alterũ partem[k] eius transferre: ex conſilio[l] Labeonis, Ofilij, Caſcellij, Trebatij, eum quẽ in poteſtate habebat, ſolum heredem fecit: & ab eo alteri[m] dimidiam partem hereditatis, cum in ſuam tutelam[n] veniſſet, legauit. quòd ſi is qui in poteſtate ſua eſſet, impubes deceſſiſſet, alterũ heredem ei ſubſtituit.[o]

† haberet.

Expreſſum facit ceſſare tacitũ. Bartolus.

Filio impuberi† in ſingulas cauſas[p] alium & alium heredẽ ſubſtituere poſſumus: veluti vt ali⁹[q] ſi ſibi nullus filius fuerit,[r] & alius,[ſ] ſi filius fuerit & impubes mortuus fuerit, heres ſit.

† In quantũ iſte tex. ſentit expreſſũ facere ceſſare tacitum: limitabis eũ per. l. non recte. C. de fideicommiſ. vt non procedat quando tacitè inſunt: quia illo caſu non tantum non facit tacitũ ceſſare, imò eorũ expreſſio nihil operatur. de quo vide in. l. 2. & ibi Dy. j de lega. 2.

Ius adcreſcendi trãſit ad illum ad quem tranſit portio iure ſubſtitutionis. Bartolus.

C Quidam quatuor heredes fecerat, & omnibus heredibus pręter vnum ſubſtituerat. vnus ille[t] cui non erat quiſquam ſubſtitutus, & ex cæteris alter, viuo patrefamilias deceſſerat. Partem cui nemo erat ſubſtitutus, ad ſubſtitutũ quoque[u] pertinere Ofilius Caſcellius reſponderunt.[x] quorum

a *Si à patre inſtitutus.* filius, per hoc quod dicit patre, & impubes. Accurſius.

b *Reſtituere.* ſi deceſſerit in pupillari ætate.

c *Fideicommiſſo.* aliàs commiſſo: aliàs commiſſario.

d *Confirmentur.* valebant[a] enim vtpote filio herede ipſo iure: vt inſti. de here. qua. & dif. §. ſui. ſed per aditionẽ accepit effectum[b] quaſi heres contrahat: vt. j. ex quib. cau. in poſ. ea. l. iij. in fin.

a] Diſplicet Dy. & Barto. ideo dic ꝙ filio inſtituto fuit datus coheres extraneus, qui coheres partẽ ſuã poſtea repudiauit, ſecundũ Dy. Bart. Baldui. Imo. Alex. Ar. & Ia.

b] Diſplicet omnib⁹, dẽpto Pau.

e *Tabulas.* in quib⁹ rogatus fuerit reſtituere.

f *Deſtituto.* cum ſua voluntate ſpontanea non adiit. Azo. per quod videtur repudiare: vt inſti. de here. qua. & diff. §. fina.

g *Opinione.* & bene: vt j. ad Trebel. l. nã quod §. ſi quis. & l. apud Iulianum. §. j. & j. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. ſi quis omiſſa.

h *Pars ſunt.* vt inſti. eo. §. liberis.

C*Vm ex filio.*] CASVS. Titius habebat duos nepotes ex filio ſuo mortuo: vnus quorũ erat in dicti Titij poteſtate, alius non. & volebat quemlibet pro dimidia inſtituere: & adinuicem pupillariter eos ſubſtituere. tamen ei qui non erat in ſua poteſtate, non poterat pupillariter ſubſtituere: alij autem ſic. quęritur, quid habet facere Titius vt habeat dictum ſuum propoſitũ? & certè debet inſtituere heredem ſolum ſuũ nepotem illum quem habet in poteſtate: & ab eo legare alij qui nõ eſt in poteſtate ſua, dimidiam hereditatis cum fuerit factus pubes nepos prædictus qui non eſt in poteſtate. & econtra debet illũ nepotem qui non eſt in poteſtate, ſubſtituere pupillariter illi nepoti qui eſt in poteſtate. & ita faciendo idem conſequetur teſtator ac ſi inter eos pupillarem ſubſtitutionẽ feciſſet poſito quod valeret ſubſtitutio pupillaris inter eos, quæ quidem non valet in perſona nepotis in poteſtate non exiſtentis, vt dictum eſt. nã moriente in pupillari ætate nepote in poteſtate conſtituto, habebit ſine dubio ex pupillari ſubſtitutione totam hereditatem nepos non conſtitutus in poteſtate: & econtra moriente in pupillari ętate nepote non cõſtituto in poteſtate, retinebit ſibi totam hereditatem nepos in poteſtate conſtitutus, in qua tota ipſe fuit inſtitutus, vt dictum eſt. nam non fuit grauatus nomine legati dare dimidiam hereditatis nepoti non conſtituto in poteſtate, niſi cũ nepos non conſtitutus in poteſtate eſſet pubes, vt dictum eſt. ipſe autem deceſſit in pupillari ætate, & ſic amplius pubes effici non poteſt. & hoc conſilium teſtatori dederunt quatuor iuriſcõſulti, ſcilicet Labeo & Ofilius & Caſcellius & Trebatius. [FILIO IMPVBERI.] Filium meum impuberem mihi heredem inſtitui: & ita ei ſubſtitui, Titius ſit mihi heres ſi mihi nullus meus filius fuerit heres. Seius autẽ ſit mihi heres ſi dictus meus filius impubes heres mihi erit, & impubes mortuus fuerit. & deceſſit. modò quæritur, nunquid valeat ſubſtitutio? Et dicitur quòd ſic. filio enim impuberi in ſingulas cauſas aliũ & alium heredes ſubſtituere poſſumus. [QVIDAM.] Ita dixi in teſtamento meo: Inſtituo mihi heredes Titium & Seium. & ita coniunxi eos re & verbis. & Seio ſubſtituo primum. Titio autem nullum ſubſtitutum dedi. poſtea ita dixi, Inſtituo mihi heredes ſimiliter Gaium & Sempronium, & Gaio ſubſtituto ſecundum, & Sempronio ſubſtituto tertium. me adhuc viuente deceſſit dictus Titius & Seius: poſtea ego deceſſi: & ſic partem dicti Seij debet habere primus eidẽ Seio ſubſtitutus: modò quæritur, ad quem debeat pertinere pars Titij cui nemo erat ſubſtitutus, vtrum ad dictum primum ſubſtitutum Seij, an verò ad Gaium & Sempronium coheredes dicti Titij? Et dicitur quòd debet pertinere ad ſubſtitutũ Seij. nam Seius erat coniunctus Titio, vt dictum eſt. vnde ſicut partem Seij habet ſubſtitutus eiuſdem Seij, ita & habere debet partem Titij Seio coniuncti, iure adcreſcendi. Viuianus.

i *Heredem habere.* hic auus deſiderabat vt quicũque eorum decederet impubes, ſolida eius dimidia perueniret ad aliũ: quod facilè[c] erat ſibi diſponere in eo qui in ipſius aui poteſtate erat. ſed in emãcipato durum videbatur: cum ei pupillariter alium ſubſtituere non poſſet. Item ſi rogauit eũ per fideicommiſ. ſaltem quartam trãſmittat ad eum qui in proximiori gradu eſſet q̃ frater, ſi impubes decederet, vt eſt mater defuncti impuberis: quare horũ quatuor ſapiẽtium conſilio eſt teſtatus auus, vt filio quẽ in poteſtate habebat, emãcipatũ pupillariter ſubſtitueret: & emãcipato ſi ad. xiiij. annum peruenerit, dimidiam cum fructibus legauit. idem ſi nihil dictũ fuiſſet de fructibus: vt. ſ. de vſur. l. in fideicommiſſi. §. cũ Pollidius. hic emãcipatus ſi ante. xiiij. ætatis an. decedat, ad heredẽ nil tranſmittit: cum cõditionale legatũ ſit: vt infra de legat. ij. l. ſi cui. nec querelã inoffic. intẽdere poteſt, cum plenè erant ei omnia reſtituenda: vt Cod. de inoffi. teſta. l. ſi pater. Sed hodie[d] puto contra: vt Cod. de inoffic. teſta. l. quoniam. Azo. & in authen. de trien. & ſe. §. prohibemus. col. iij. Item quæro ſi hic cui dimidia pars hereditatis relicta eſt, pro parte præſtet legata? Reſpon. ſecundum Ir. quòd ſic: vt. j. de mili. teſta. l. militis codicillis. in princ. ſed & onus æris alieni pro parte ſubibit: argu. infra de lega. j. l. ab omnibus. §. fina. & infra de lega. ij. l. cum filius. §. Lucio. Sed arg. contra infra ad Trebel. l. mulier. §. fi. Vel verius dic vt no. infra de lega. j. l. non amplius. §. fina.

c] Iſta glo. ſuſtẽtatur hic per P. Imo. Alex. & Ia. quamuis diſpliceat Bal.

d] Iſta glo. quanuis hic approbatur per Bal. & Imo. diſplicet tamen Bar. Ang. Alex. Alb. & Ia.

k *Partem eius.* totam, & inſolidum. Azo.

l *Conſilio.* modo reſpondet.

m *Alteri.* ſcilicet emancipato. Azo.

n *Tutelam.* intra. xxv. annum, ſecundum quoſdam. arg. C. de his qui ve. æta. impe. l. fina. Sed dic ad. xiiij. annum: vt. j. de lega. iij. l. cũ filio. Alij dicunt, id eſt ſui iuris: & nepos erat in poteſtate patris ſui, cui auus non vult quæri.

o *Subſtituit.* pupillariter, & ſic nulla quarta retinetur: vt Cod. de inoffic. teſta. l. ex tribus.

p *In ſingulas cauſas.* id eſt, in vulgarem caſum vnum, & in pupillarem alium. Azo.

q *Alius.* puta Titius. H.

r *Fuerit heres.* aliàs non habetur heres, ſed intelligitur. H.

ſ *Et alius.* puta Sempronius. H. Et no. quòd hoc caſu vulgaris ſubſtitutio non cõcipit pupillarem, nec pupillaris vulgarem. alioquin non eſſet alius & alius in diuerſis caſibus ſubſtitutus, ſed ambo in vtroque ſecundum Ioan. quod lex iſta prohibet. Azo. ſic ſupra eo. l. iam hoc iure. in fin.

t *Vnus ille.* aliàs vnus ex illis, ſcilicet heredibus, ille. ſ. cui, &c.

u *Quoque.* non ſolum ad duos heredes qui ſuperſunt. hic enim ſubſtitutus directò teſtatori eſt heres: vt ſupra eodem. l. ex duobus. §. filium.

x *Reſponderunt.* ſed hic extraneus nõ fuit ei qui deceſſit, nec re nec verbis coniunctus: cur ergo iure acceſſionis aliquid habet? Reſpõd. ideo quia ille cui fuit ſubſtitutus, coniunctus fuit. ADDITIO. Dic idem ſi non eſſet: quia inter heredes diſiunctos eſt locus iuri adcreſcendi. Bartolus Paulus & Alexander.

*Cauſa.*]

ſententia vera eſt.

Subſtitutus impuberi qui ſe poſtea dedit arrogandum, habet vtiles actiones ſi poſtea impubes decedit. Bartolus.

XL. PAPINIANVS *libro vigeſimonono Quæſtionum.*

CAuſa cognita impubes [a] adrogatus, deceſſerat. Quemadmodum [b] legitimis heredibus [c] auctoritate principali proſpicitur vinculo cautionis: ita ſi fortè ſubſtituit naturalis [d] pater impuberi, ſuccurrendum erit ſubſtituto. [e] nam & legitimis heredibus futuris non aliæ quàm vtiles actiones præſtari poſſunt.

Subſtitutus ei qui eſt ſubſtitutus coheredi ſuo, vtroque defuncto vocatur in vtriuſque portionem. Bartolus.

XLI. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

COheredi [f] ſubſtitutus, [g] prius quàm hereditatem adiret, [h] aut conditio ſubſtitutionis exiſteret, [i] vita deceſſit. [k] Ad B ſubſtitutum [l] eius, ſiue ante ſubſtitutionem, [m] ſiue poſtea ſubſtitutus [n] ſit, vtraque portio [o] pertinebit: nec intererit, prior ſubſtitutus poſt inſtitutum, an ante decedat. Ex his verbis, *Eóſque inuicem ſubſtituo*: non adeuntis [p] portio ſcriptis heredibus pro modo ſibi [q] vel alij [r] quæſitæ [ſ] portionis defertur.

Iſte. §. ponit ſex notabiles caſus: vt patet ad literam. Bartolus.

CAuſa.] CASVS. Filium meum impuberem inſtitui mihi heredem: & ei pupillariter Titium ſubſtitui. & poſtea deceſſi. venit poſtea Seius, & cauſa cognita eum impuberem adrogauit: quia monſtratum fuit iudici cauſam adrogationis honeſtam eſſe, & impuberi expedire. certè Seius adrogator debet cauere tabellario publico ſi intra pubertatem impubes deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis qui ad ſucceſſionem impuberis vẽturi eſſent, ſi adrogatio non fuiſſet facta. & hoc caſu per iſtud vinculũ cautionis non ſolùm legitimis heredibus impuberis proſpicitur, ſed etiam Titio ei ſubſtituto. quibuſdam tamen videbatur non debere proſpici ita ſubſtituto ſicut legitimis per dictam cautionem: quia per adrogationem ruptum eſt teſtamentum pupillare: & ita ſubſtitutus amodò eſt extraneus impuberi. legitimi autem non efficiũtur propter hoc extranei. ſed certè ipſi malè dicunt: quia eiuſdem cõditionis ſunt in hoc caſu legitimi, quo eſt ſubſtitutus, ſi dicta cautio non eſſet interpoſita. nam ſicut ſubſtitutus non admitteretur rupto pupillari teſtamento per adrogationem: ita nec legitimi admitterẽtur patre adoptante bona impuberis peculij iure occupante. Interpoſita ergo cautione prædicta ſubſtituto ſimiliter vt legitimis prouiſum eſt, ſcilicet vt ſicut legitimi habent vtiles actiones ex dicta cautione, ita & habeat ſubſtitutus. &. h. d. l. licèt per pauca verba. Viuianus.

l.2.§.3.J.ad Terty.

a *Cauſa cognita impubes.* demum cauſa cognita adrogatur: & ſunt cauſæ. s̃. de adop. l. nec ei. §. eorum. vſque in fi. & inter cætera cauet ſeruo publico de reſtituendis bonis adrogati illis perſonis quæ erant habituræ ſi adrogatio facta non eſſet: & ſic legitimis & aliis prouidetur: vt hîc &. s̃. de adop. l. nec ei. §. fin. & l. non aliter. & l. his verbis. & l. ſeq. & inſtit. de ado. §. cum autem.

b *Quemadmodum.* id eſt ſicut.

c *Heredibus.* adrogatis.

d *Naturalis.* & legitimus.

e *ſubſtituto.* contra adrogatorem qui forte eſt heres, ſed reſtituit. Nam rumpuntur ſecundæ tabulæ: vt. d. l. nec ei. §. j. Succurritur ergo hoc caſu his perſonis vt vtiles habeant actiones. nec enim poſſunt habere directas: quia iure iſto nullum habet heredem [a] qui in alterius poteſtate moritur, niſi filius eſſet habens caſtrenſe, faciens teſtamentum: aliter non. Secus autem eſſet iure auth. vt in authen. de here. quæ ab inteſta. §. ij. col. ix.

a] Adde tamen quòd teſtamentũ ingreſſi religionẽ, valet ſi relinquat parentibus legitimam. Bar. in l. ſi qua mulier. in pe. col. in fi. C. de ſacroſan. eccl. & ibid. Bald.

COheredi.] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Mæuium: & dictum Mæuium ſubſtitui Titio coheredi ſuo, & eidem Mæuio ſubſtitui Sempronium: & poſtea deceſſi. poſtea deceſſit dictus Mæuius antequam pro ſua parte hereditatem meam adiret, vel antequam exiſteret conditio ſubſtitutionis per repudiationem Titij coheredis ſui. & poſtea repudiauit Titius: ſicque extitit conditio ſubſtitutionis per quam fuit ſubſtitutus Mæuius Titio. certè ad dictum Sempronium ſubſtitutum Mæuij pertinebit vtraque portio hereditatis, id eſt portio Titij, & portio Mæuij: & hoc ſiue ante ſubſtitutionẽ qua fuit ſubſtitutus Mæuius Titio coheredi ſuo, ſubſtitutus fuit Sempronius Mæuio, ſiue poſtea. nec facio vim vtrum Mæuius primo loco ſubſtitutus Titio decedat poſt dictum Titium inſtitutum: an verò decedat ante eum: quia ſemper exiſtente conditione ſubſtitutionis qua Mæuius fuit ſubſtitutus Titio, habebit Sempronius ſubſtitutus Mæuij partem Titij, & partem Mæuij. [EX HIS VERBIS.] Inſtitui mihi heredem Titium in tribus vnciis hereditatis meæ, & Seium in. iiij. & Stichũ ſeruum Sempronij in. v. & poſtea ita dixi in dicto teſtamẽto meo: eóſque inuicem ſubſtituo. & poſtea deceſſi. poſtea Titius in tribus vnciis inſtitutus renuit pro ſua parte adire. certè tres ſuæ vnciæ, in quibus eum inſtitui, deferuntur Seio in quatuor vnc. inſtituto, & Sticho ſeruo Sempronij in. v. vnc. inſtituto. quæ. v. vnciæ fuerũt acquiſitæ Sempronio per dictum Stichum, & deferuntur eis pro modo quæſitæ portionis hereditatis meæ. i. ꝓ ea parte pro qua eos inſtitui. inſtitui autẽ Seium in quatuor vnciis, & Stichum in. v. vt dictũ eſt. Viuia.

A f *Coheredi.* duo fuerunt inſtituti, Titius & Mæuius, Titio quoque ſubſtitutus fuit coheres ſuus, id eſt Mæuius. Męuio quoque ſubſtitutus fuit Seius. ſecundum Ro. dic ergo coheredi, ſcilicet Titio. Accurſius.

g *Subſtitutus.* ſcilicet Mæuius.

h *Adiret.* Mæuius ex inſtitutione ſcilicet: aliàs extincta eſſet vulgaris: vt. C. e. l. poſt aditã.

i *Exiſteret.* ſ. prius quã hereditatem repudiet Titius.

k *vita deceſſit.* Mæuius inſtitutus, idémque coheres ſubſtitutus eius. Accurſius.

l *Ad ſubſtitutum eius.* Mæuij, ſcilicet Seium.

m *Ante ſubſtitutionem.* primi ſubſtituti. Ro.

n *Subſtitutus.* ſ. Seius.

o *Vtraque portio.* cum vterque deceſſit antequã hereditatẽ adiret. & facit inſtitu. eodem. §. ſed ſi inſtituto heredi. & ſupra eod. l. ſi Titius coheredi. Nec obſt. contra. j̃. eodem. l. qui habebat: [b] vt ibi not.

b] Quia ibi deficit cõditio in perſonam inſtituti, hic nõ, ſecũdũ. Alex.

p *Non adeuntis.* i. repudiantis. Accurſius.

C q *Sibi.* ſcilicet repudianti. Accurſius.

r *Vel alij.* puta domino repudiantis.

ſ *Quæſitæ.* id eſt, quærendæ. nec enim plus confertur quàm competeret repudianti. Vel dic ſibi. ſ. coheredibus ſubſtitutis. & tunc concor. vt, s̃. eo. l. qui liberis. in fi. & l. ſi in teſtamẽto. Sed in id quod dicit, alij: videtur vocari dominus ſerui inſtituti ex ſubſtitutione. & ſic eſt contra. s̃. eo. l. qui liberis. §. hęc verba. Sed dices ſeruum remanſiſſe eius: vt. s̃. eo. cum filio. in fine.

*Cum filiæ.*] CASVS. Ad euidẽtiam huius. §. nota quòd ad hoc vt pater vel alius parẽs poſſit pupillariter ſubſtituere filio vel filiæ vel nepoti vel nepti, neceſſe eſt quòd eos habeat in poteſtate, & aliàs non valet ſubſtitutio: vt ſupra eod. l. ij. §. j. & inſtitu. de pupil. ſubſti. in prin. quibus autem temporibus debeat eos habere in poteſtate, ſicque valeat tunc ſubſtitutio, dicit hic. §. pone ergo quòd Sempronius inſtituit ſibi heredem filium ſuum impuberem vel filiam qui vel quæ erat in ſua poteſtate tempore teſtamenti, vel inſtituit ſibi D heredem nepotem ex filio mortuo, qui nepos tenebat locum patris ſui tempore teſtamẽti dicti Sempronij ſui aui, & eodem tempore erat in poteſtate dicti ſui aui, vel inſtituit ſibi heredem nepotem naſciturum ex vxore filij ſui mortui: & ſubſtituit dicto filio vel filiæ, vel dicto nepoti nato vel naſcituro Seium pupillariter. & ſicut pono exemplum in ſubſtitutione filij, ita intelligas in omnibus prędictis. & hoc modo dixit Sempronius: Inſtituo mihi filium meum impuberem heredem: & ſi heres non extiterit, vel extiterit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo ei Seiũ. poſtea dictus Sempronius emãcipauit dictũ impuberem, & deceſſit dictus Sempronius: & ſic tẽpore mortis ſuæ non inuenitur in eius poteſtate dict⁹ impubes: & poſtea in pupillari ętate deceſſit dict⁹ impubes. modò quæritur, quis veniat ad hereditatẽ, vtrũ Seius ei ſubſtitutus, an verò legitimus impuberis heres? Et dicitur quòd legitimus heres impuberis, & non ſubſtitutus: quia dicta pupillaris ſubſtitutio eſt ex eo irrita facta, quòd dictus impubes exiuerit de poteſtate Sempro E nij patris ſui ante mortem eiuſdem Sempronij. Ad hoc enim vt ſtet firma ſubſtitutio pupillaris, neceſſe eſt quòd impubes ſit in poteſtate patris ſubſtitutionem facientis tempore teſtamenti, & tempore mortis ipſius patris. & hoc in prima parte vſque illuc, Quòd ſi heredem, &c. Secundo dicit, pone (retento eodem caſu) quòd dictus Sempronius pater impuberis rogauit per fideicõmiſſum dictum Seiũ quem ſubſtituerat pupillariter filio ſuo, quòd hereditatẽ ſuam Sempronij reſtitueret Titio ſi impubes in pupillari ætate diẽ ſuum obierit: & poſtea dicta ſubſtitutio Seij eſt facta irrita eo modo qui dictus eſt ſupra. & ſic hereditas Sempronij & etiam impuberis peruenit ad legitimum impuberis heredem, vt dictũ eſt. Nũquid tenebitur dictus legitimus heres filij impuberis reſtituere hereditatem Sempronij patris Titio prædicto, quãuis ipſe legitimus non fuerit rogatus de reſtituendo Titio, ſed ſolummodo ſubſtitutus impuberis fuit rogatus, vt dictum eſt? Et dicitur quòd ſic, detrahet tamen quartam Trebellianicam de dicta hereditate patris: &

ita tenetur dictus legitimus dare Titio dictum fideicommiſſum vniuerſale, ſicut tenetur dare fideicommiſſum ſpeciale relictum ab impubere poſt mortem eius impuberis. & hoc in ſecūda vſque illuc,nec aliud,&c. Tertiò dicit,pone quòd dictus Sempronius nō ſubſtituit Seium filio ſuo pupillariter:ſed vulgariter hoc modo:Inſtituo filium meū impuberem mihi heredem, & rogo eū quòd reſtituat Seio hereditatem meam: & quandocūque deceſſerit ipſe impubes,ſiue intra pubertatem, ſiue poſt,rogo Seium prædictum ſubſtitutum vt hereditatem meam reſtituat Titio per fideicommiſſum quandocunque dictus impubes diem ſuū obierit. & ſi hereditas ex ſubſtitutione ad dictum Seium peruenerit,& poſtea dict⁹ Sempronius deceſſit: & aliquo caſu factum eſt quòd dicta ſubſtitutio irrita facta fuit, puta quia Seius ſubſtitutus fuit deportatus: & poſtea dictus impubes quandocunque deceſſit: & ſic hereditas deuenit ad legitimum eius heredem : nunquid legitimus heres tenebitur pręſtare & reſtituere hereditatem patris dicto Titio : quamuis de hoc rogatus non fuerit à Sempronio? Et dicitur quòd ſic, detracta tamen quarta, ſicut cogeretur dictus legitimus dare Titio fideicom. ſpeciale relictum Titio ab impubere poſt mortem eius impuberis. & hoc in tertia vſque illuc : quæ ita locum,&c. Quartò dicit,ea quæ dicta ſunt in ſecūda & tertia parte huius. §. ſcilicet quòd legitimus heres impuberis teneatur ad reſtituendam patris hereditatem Titio , vel teneatur dare eidem Titio fideicommiſſum ſpeciale relictum eidem Titio ab impubere prædicto, ita demum vera ſunt, & locum habebunt, ſi teſtamentum Sempronij prædicti patris impuberis valuit de iure. ſi autem non valuit, puta quia non fuerunt ibi ſeptem teſtes, ſed pone tantùm quinque,qui quinque teſtes ſufficiunt in codicillis:non tenebitur dictus legitimus ad prædicta : quia dicta ſcriptura quā voluit Sempronius valere vt teſtamentum , & quæ non valuit vt teſtamentum,vt dictum eſt,non valebit tanquam ſint codicilli: quia hoc teſtator non expreſſit,vt valeret iure codicillorum,ſi non poſſet valere iure teſtamēti.Si autem hoc expreſſiſſet teſtator,bene valeret vt codicilli:& bene tenetur legitimus ad prædicta. & hoc vſque illuc:nec fideicommiſſo,&c.Quintò dicit:quamuis dictum ſit ſupra in ſecundo & tertio dicto huius.§. quòd legitimus heres impuberis tenetur reſtituere Titio hereditatem Sempronij patris impuberis : tamen propriæ facultates filij impuberis quas habuit aliunde quàm à patre, non tenebuntur fideicommiſſo Titio relicto per dictum Sempronium impuberis patrem : id eſt, dictus legitimus heres impuberis non tenebitur eas præſtare ex dicto fideicommiſſo prędicto Titio.vnde euenit quòd ſi dictus Sempronius exheredauit dictum filium ſuum impuberem , & nihil iure legati ei reliquit:& eidem ſubſtituit dictum Seium:& poſtea rogauit dictum Seium ſubſtitutum quòd hereditatem impuberis exheredati reſtitueret Titio ſi impubes in pupillari ætate deceſſerit, vel ſi quandocunque deceſſerit : & poſtea ſubſtitutio irritetur vno de his modis qui dicti ſunt ſupra : ſicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis heredem : non tenebitur legitimus præſtare dictas facultates ex fideicommiſſo Titio prædicto . ſi autem dicto impuberi exheredato reliquit pater eius Sempronij legata vel fideicommiſſa,& eidem ſubſtituit dictum Seium:& poſtea rogauit dictum Seium ſubſtitutum quòd hereditatem impuberis exheredati reſtituat Titio prædicto, ſi impubes in pupillari ætate deceſſerit, vel ſi quandocunque deceſſerit : & poſtea ſubſtitutio irritetur vno ex his modis qui ſunt dicti ſupra : ſicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis heredem: tenebitur dictus legitimus dare dicto Titio dictas facultates impuberis relictas Titio per fideicommiſſum à filio impubere ſiue à filio ſubſtituto:tenebitur dico eas dare Titio intra modum dictorum legatorum vel fideicommiſſorum filio exheredato à patre relictorum: id eſt tantum tenebitur legatarius dare Titio de facultatibus impuberis, quantum capiunt legata vel fideicommiſſa quæ pater reliquit impuberi,& non plus.Sed nunquid detrahet Falcidiam de dictis legatis dictus legitimus vel fideicommiſſis quę tenetur præſtare Titio,quęque pater reliquit filio,vt dictum eſt:vel nunquid detrahet Falcidiam de dictis facultatibus impuberis quas tenetur dare Titio intra modum legatorum vel fideicommiſſorum impuberi à patre relictorum?Et dicitur quòd non,quamuis in ſecundo caſu huius.§. detrahat quartam Trebellianicam,vt dictum eſt : & eſt ratio, quia nec ipſe impubes cui data ſunt à patre legata vel fideicommiſſa,poſſet detrahere Falcidiam ſi rogatus eſſet Titio reſtituere dicta legata vel fideicommiſſa : nec etiā ſubſtitutus eius impuberis poſſet detrahere Falcidiam ſi rogatus eſſet Titio dicta legata reſtituere vel fideicommiſſa : vt infra ad.l.Fal. l.lex Falcidia.§.fina. Viuianus.

Cum filiæ, vel nepoti qui locū filij tenuit, [a] aut poſt teſtamentum cœpit tenere, [b] parens ſubſtituit: [c] ſi quis ex his [d] mortis [e] quoque tempore non fuit in familia, [f] ſubſtitutio pupillaris fit irrita. Quòd ſi heredem filium [g] pater rogauerit, [h] ſi impubes [i] diem ſuum obierit, Titio hereditatem ſuam reſtituere : [k] legitimum [l] heredem filij ſalua Falcidia [m] cogendum patris hereditatem, vt ab impubere fideicommiſſo [n] poſt mortem eius [o] dato, [p] reſtituere [q] placuit. Nec aliud [r] ſeruandum,cum ſubſtitutionis conditio puberem ætatem verbis precariis egreditur. [ſ] Quę ita locum habebunt, ſi patris teſtamentum iure valuit. alioquin ſi nō valuit, [t] ea ſcriptura quam teſtamentum eſſe voluit,codicillos non faciet,niſi hoc expreſſum eſt : nec fideicōmiſſo propriæ facultates filij tenebuntur. [u] Et ideo [x] ſi pater filiū exheredauerit, & ei nihil reliquerit:nullū [y] fideicōmiſſum erit. alioquin ſi legata vel fideicōmiſſa filius acceperit, intra modum eorū fideicommiſſum hereditatis à filio datū, citra Falcidiæ rationem debebitur. [z]

a *Tenuit.* tempore teſtamenti : ad quod ſupra titu. j. l. ſed & ſi. §. nepotes.Accurſius.

b *Cœpit tenere.* vt ſupra eod. l. ij. §. ſed ſi extraneum.

c *Subſtituit.* directò vulgariter vel pupillariter,cum ſemper contineatur vtraque:vt.ſ̃.eod.l.iam hoc iure.in princip.

d *Si quis ex his.* ſcilicet filia vel nepos.

e *Mortis.* teſtatoris.

f *In familia.* quia emancipatus, vel in adoptionem datus : vt inſti. qui.mo.ius pa.§.ſed ſi pater.& infra de cap.l.pater.ſunt enim plura neceſſaria vt teneat:vt no.ſ̃.eo.l.ij.circa prin.

g *Filium.* impuberem.

h *Rogauerit.* per fideicommiſſ. & ſic per obliquum, non directò: vt ſupra.

i *Impubes.* ſcilicet tunc reſtituat:& quandocūque [a] etiam poſt pupillarem ætatem,ſecundum H.& dic,id eſt,pupillare tātùm,vt differat à ſequenti ibi,nec aliud,&c.

a] Gloſ. innuit quòd dictio impubes, accipitur demōſtratiuè: quod eſt falſum : imò diſpoſitiuè ſecundum Pau.

k *Reſtituere.* accipe placuit,quod eſt infra.

l *Legitimum.* ad hoc Cod.de fideicommiſ.l.eam.& Cod.eod.l.precibus.in fine.

m *Falcidia.* Trebellianica.

n *Fideicommiſſo.* ſcilicet ſpeciali vnius rei vel fundi,& ſic fit arg.de ſpeciali ad generale fideicommiſſum.

o *Eius.* ſcilicet filij.

p *Dato.* id eſt,relicto.alias,eſt fideicommiſſum datum.

q *Reſtituere.* Titio fideicommiſſario.

r *Nec aliud.* redit ad primum caſum quando fuit rogatus de generali quandocunque decederet, ſecundum H. Vel dic quòd ſupra tantum intra pupillarem ætatem, hîc quandocunque decederet. Et no. quòd hîc aſſumunt quidam quòd ſubſtitutione facta vltra pubertatem in forma pupillaris debet reſtitui hereditas ſubſtituto.ſed certè non de directa,ſed de fideicommiſſaria hîc dicit : quia ſupra dixit,rogauit.& infra dicit præcariis.

ſ *Egreditur.* nam & tunc cogitur legitimus filio inteſtato decedēte. Accurſius.

t *Non valuit.* ſcilicet iure teſtamenti:nec codicillorum, niſi hoc actum ſit:vt ſubiicit,& infra de codicil.l.j.& infra de mili.teſtamen. l.ſi miles.Item [b] hoc niſi inter filios:vt.C.fami.erciſ.l.fin.

b] Singu. gloſ. ſecundum Bald. Alexand.& Ia. in.l.hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.

u *Tenebuntur.* id eſt, non erunt adſtricti,id eſt, aliquis nomine eorum non tenebitur . Sic ergo no.inſtitutum de ſuis propriis bonis non poſſe [c] grauari,ſed de bonis tantùm teſtantis: vt infra ad Trebel.l.ex facto.in prin.&.§.non tantum. & hîc ſubiicit in exheredato:vt & inſtit.de ſingu.re.per fideicommiſ.re.§.hoc ſolum. & infra de leg. ij.l.imperator.in princ.&.§.j.Sed hoc fallit ſi tantum percepit de fructibus relictorum, quantum alij dare eſt grauatus : vt infra de lega.j.l.filiusfamilias.§. apud. & infra de leg.iij.l.iij.§.j. & infra de leg.ij.l.cum pater.§.Titio.

c] In ſubſtitutione fideicōmiſſaria: ſecus in directa pupillari ſecundū Bald.& Pau.

x *Et ideo.* quia eſt neceſſe vt voluntas patris ſit iuſta, ſecundum Ioan.

B tra ſi purè quis inſtituatur, deinde ſub conditione ſibi ſubſtituatur: nihil facit ſubſtitutio[l] conditionalis : nec mutata intellegatur: quippe cum & ſi extiterit conditio, duæ puræ[m] ſunt inſtitutiones. Secundum hæc ꝓpoſita quæſtio manifeſtetur.[n]

*Titius heres eſto : Stichum Mæuio do lego : Stichus heres eſto : ſi Stichus heres non erit,*[o] *Stichus liber heréſque eſto.* Nos didicimus, quoniam eodem teſtamento &
C legatus ſit Stichus, & libertatem accepit, præualere[p] libertatem : & ſi præualet liber-

a *Scriptus eſt.* ab extraneo.

b *Alterius non.* Imò repudiauit eius iuſſu : vel ipſe dominus. quod poteſt: vt infra de ſucceſſ. edic. l. j. §. per ſeruum. alioquin in pendẽti eſſet ſua portio interim: vt ſup. ſi pars her. pe. l. ij. & infra de acqui. here. l. ſeruus duorum. &. l. ſeruus communis ab extero. &. l. ſeq.

c *Subſtituto locum eſſe.* in altera parte : vt infra de acquir. here. l. ſeruus communis ab extero. & l. ſequẽ. & l. ſeruus duorum. erat enim alter dominus coheres qui vult præferri iure accreſcendi. Itẽ alia ratione vult præferri: quia quamdiu inſtitutus eſt, non admittitur ſubſtitutus : vt infra de acquirẽ. here. l. quãdiu. ſed ſubſtitutus habet pro ſe: vt. C. de cadu. tollend. l. j. §. in primo. &. §. pro ſecundo. vbi ſubſtitutus præfertur coheredi. Item lex quamdiu, non obſtat: quia non in partem adeuntis, ſed repudiantis venit : cum ſeru⁹ vicem duorũ ſuſtinet: vt. ĩ. de ſtipu. ſer. l. j. §. communis. Et ita not. hîc quidam, ſubſtitutum præferri inſtituto contra regulam illius legis, & adducunt alium caſum. ĩ. de bo. lib. l. ſi libertus patrono. ſed non eſt bona, vt ex præmiſſis patet: quia non præfertur inſtituto : ſed in locum repudiantis admittitur. Item opponitur hîc de expoſitione illorum verborum, ſi heres non erit cum inſtituitur ſeruus, quæ fit. ſ. tit. j. l. ſi pater. & inſtitu. eo. §. fi. Reſpon. quoniam hîc habet locum conditio ſubſtitutionis repudiante coherede, cui ſubſtitutus eſt Mæuius per ſeruum medium: & hoc ideo, quia ſeruus communis perſonam duorum obtinet : vt dixi.

d *Titius.* ad euidentiam not. quòd nemo ſibi ſubſtituitur, niſi
D cauſa mutata,[a] vel niſi fiant duo gradus: vt in hoc. §. &. ſ. eo. tit. l. ſed ſi plures. §. fi.

a] Id eſt, niſi ſubſtitutio afferat commoditatem inſtituto primo loco: quo caſu ſubſtitutio dicitur inſtitutio prima, ex mente Areti. & Alexan.

e *Stichus heres eſto.* hæc inſtitutio fit vt per ſeruum quæratur legatario hereditas, cum ſit ſine libertate.

f *Non erit.* id eſt ſi hereditatem Mæuio non quæſierit. Azo. ſic enim exponunt hæc verba. ſ. tit. j. ſi pater.

g *Vtrum.* hæc duo dubia ſolues iam ibi, cum vnus gradus &c.

h *Et reſpondetur.* vt, ſ. eo. titu. l. ſed ſi plures. §. fi.

i *Nullius momenti.* id eſt nullam commoditatem afferet : aliqua tamẽ eſt: vt. ĩ. ſi quis omiſ. cau. teſta, l. j. §. ſed & ſi proponatur. Azo. Alij dicunt nullam eſſe ſimpliciter.

k *Purè autem ſubſtitutus.* ſcilicet ſibi. & dicitur pura, quia non fuit expreſſa contraria conditio : alia tamen fuit inſerta, ſi heres non eris. Item tacita intelligitur contraria conditio, ſcilicet ſi nauis non venerit: vt. ſ. ſi cer. pet. l. pecuniam. &. ĩ. de leg. j. ſi poſt
E mortem. §. pe. ſed per hoc non facit conditionem : vt. ĩ. de condi. & demon. l. conditiones. ſed cum in omnem euentum ſit futurus heres, non videtur expectandum: vt. ſ. tit. j. l. ſi quis ita ſcripſerit. contra. Solu. ibi omnino erat pura in parte, hîc non : vt. ĩ. quando dies leg. ced. l. huiuſmodi. Accurſius.

l *Nihil facit ſubſtitutio.* vt. ſ. tit. j. l. ſi te ſolum. &. ĩ. de ſecun. tab. l. ſi ita. in princip.

m *Duæ puræ.* altera earum purificata: vt. ĩ. tit. j. l. antepenul. & ar. ĩ. de fideiuſ. l. ſi à reo.

n *Manifeſtetur.* id eſt aperiatur.

o *Heres non erit.* id eſt ſi alium heredem non fecerit.

p *Præualere.* in dubio: vt. ĩ. de manumiſ. teſta. l. ſi peculium. §. j. &. ĩ. de fideicom. liber. l. ſi ſeruus. cum enim eſt ſpes libertatis, legatum non valet, vt. ĩ. de leg. j. l. ſi poſt mortem. §. fin. ſed ſi ponas defunctum expreſſiſſe ſe nolle legatarium priuare legato, niſi tunc demum cum iſte ſeruus eius iuſſu hereditatem quærere nollet

tas,non deberi legatũ:[a] † & ideo iuſſu legatarij non poſſe adire hereditatẽ:ac per hoc verũ eſſe Stichum heredẽ non eſſe,[b] & ex ſequẽtibus verbis libertatẽ [c] * illi cõpetere,cum vnus gradus [d] videtur.Quid ergo [e] ſi non adierit Titius? Incipiet ſubſtitutiõe Stichus liber & heres eſſe. Porrò quamdiu nõ adit iuſſu legatarij, nec ex cauſa legati intellegitur legatarij eſſe effectus: & ideo certum eſt illum heredẽ [f] nõ eſſe,[g] ac per hoc ex his verbis, *Si heres non erit Stichus, liber hereſque eſto:* liber & heres exiſtet.[h] Hoc autẽ quod ſentimus, Iulianus † quoque in libris ſuis probat.

Seruus ſubſtitutus cum libertate pupillo pupillariter, eueniẽte conditione ſubſtitutionis erit ipſi pupillo & patri per mediam perſonam pupilli heres neceſſarius atque liber, emptori voluntarius heres:ſed ſi deficiat conditio ſubſtitutionis, heres erit neceſſarius emptori. Alex.

nollet:tunc dic, aut Titius adiit : & ſtatim ſeruus quærit legatario: & ſi ſeruus eius iuſſu adeat,ſubſtitutionis conditio expirat ſi nõ pa A reat.poteſt enim eo iubẽte &c.vt.C.de here.inſtit.l.iij. & tunc poteſt exiſtere cõditio ſubſtitutionis.ſi autẽ Titius nõ adiit,legatarius nihilo minus habere poteſt ratione impoſſibilitatis:vt ſtatim dices in glo.quæ incipit,ratione impoſſibilitatis &c. vbi ergo talẽ,vt dixi,voluntatẽ nõ expreſſit teſtator : legatum pro nõ ſcripto habetur : ſeruus autẽ liber dici poterat & heres, non ſolùm ex verbis in ſubſtitutione poſitis, ſed etiam ex iis quæ cõtinentur in inſtitutione,ſcilicet cum dixit,Stichus heres eſto.

† Sic legatũ tacitè aufertur: & quot & quib⁹ modis tacitè aufertur legatum, vide in Spec. tit. de iudi. dele. §. 8. ver.ſed nũ quid.

* Rectè ſic Flo. & in omnib. libris manuſc. perperam autẽ quidã emẽdãt, hereditatem.

a *Non deberi legatũ.* niſi ſub cõtraria cõditione: vt.§.de lega.j.l.ſi poſt.§.fin.hodie tamẽ videtur eſſe in pendẽti: vt.C.de neceſſ.ſer.l.penulti.§.finali. ADDITIO. Dic quod hodie iſte.§. non eſt correct⁹, neq; habet locũ diſpoſitio.d.l.pe.ſecundum Bartol.& Iaſ.

† Cuius ſententia repetitur.l.ſed ſi plures.§.vlt. ſ.de vulga. & pupil.

b *Heredem non eſſe.* ad cõmodum legatarij, & ſic aliũ heredẽ nõ facere.Azo.vel dic non eſſe ex primis verbis.H.

c *Libertatem.* de hereditate nõ aperit,ſed dic eam deberi: vt in fi.huius. §.ſtatim dices.

d *Vnus gradus.* i.remota prima inſtitutiõe ſerui remanent ſeruus & Titius inſtituti eodẽ gradu,quem cõſtat remoueri:vt.ſ.ibi,nos dicimus &c.& ſic impropriè ſubſtitutio: cum nulla quæ valeat præceſſerit inſtitutio.Vel dic vnus gradus,ſcilicet ſubſtitutionis: idemq; ſecũdus videtur reſpectu inſtitutionis factæ ob alterius cõmodum,& ſubaudi etiã cum vnus:& ſic ſatis poteſt dici ꝙ ſit vnus gradus:quia eadẽ perſona eſt inſtituta & ſubſtituta:& ad hoc vt ſint duo gradus , oportet plures eſſe perſonas, ſcilicet vnum inſtitutũ,& alium ſubſtitutũ:vt inſtitu.de gradi.cogna.§. hactenus.& tamen bene valet talis ſubſtitutio,licet ſit vnus grad⁹: quia cauſa eſt mutata, cum prima inſtitutio ad cõmodum legatarij,ſecunda ad ſuum fuerit facta. & ſecundũ hoc eſt vnus gradus, & cauſa eſt mutata:ſicq; ſolutę ſunt quæſtiones ſupradictæ.Itẽ poteſt dici quod ſint duo [a] gradus:vt cum dicit,ſi Stichus nõ erit heres:perinde ſit ac ſi dicat,ſi Mæuius per Stichum heres non erit:vt inſtit.de vulg.ſubſti.§.fi.&.ſ.titu.j.l.ſi pater.& ſic ſunt duę perſonę inſtitutus & ſubſtitutus:ergo duo gradus : vt.ſ. eo.l.j.in prin.Azo. ex his apparet quod heres erit,cum valeat ſubſtitutio.

a] Attẽta veritate ex mẽte Arc. & Pau.

e *Quid ergo.* ſ.adiuit coheres:quid ergo &c.& dic incipiet,ſcilicet indubitanter eſſe heres & liber,etiam ſi teſtator voluit præferre legatarium libertati:& hoc ratione impoſſibilitatis, vt ſubiicit. nam Titio non adeunte non tranſit ſeruus in dominium legatarij niſi adita hereditate a ſeruo iuſſu legatarij:ſed contra legatarius iubere non poteſt niſi ſuus ſit.

f *Illum heredem.* ſ.Stichum ex primis verbis : ſed ex ſequẽtibus ſic, vt ſubiicit.Vel dic melius illum ſcilicet legatarium per ſeruum.

g *Non eſſe.* ratione impoſſibilitatis . oportet enim vt primò ſit legatarij, & poſtea eius iuſſu adeat . & econtra oportet quod prior adeat : & ſic fiat ſuus, quod eſt impoſſibile. Azo. quia non poteſt vtrumque prius eſſe quàm alterum.Ioan.

h *Exiſtet.* tam hoc caſu propter impoſſibilitatẽ,quàm vbilibet: vt ita generaliter hîc cõcludat.Nec ob.contra.ſ.eo.l.ſed ſi plures.§.fi. vbi dicit nõ valere huiuſmodi ſubſtitutionẽ ſerui:quia ibi etiã prima inſtitutio erat cum libertate:& ſic nihil cõmodi affert ſubſtitutio.hîc prima erat ſine libertate:ideóq; ſecunda commodũ affert.

i *Iſte.*ſeruus.

k *Vniuerſum.* reſpondi ſic,& ſi &c.vt.ſ.titu.j.ſi paterfamilias.

l *Patri pupilli.* qui pupillus patri extitit heres , & ſic eo medio ſeruus neceſſarius:quia heres heredis &c.vt.ſ.eo.l. paterfami.in fi. &.j.de acquiren.here.l.ſi quis filium.§.fi in fi.

m *Exſtitit.* nunquid tũc abſtinere poterit?Reſpõdit Ioã.ita:& nihilo minus erit heres,ſicut in ſuis abſtinentibus eſt.& facit inſtitu.de A hered.inſti.§.ſeruus.&.ſ.eo.l.ſed ſi plures.§.quos. &.ſ..ti.j.l. ſeruus alienus.§.qui fideicommiſſariam.

## DE CONDITIONIBVS INSTITVTIONVM.

*Quia in inſtitutione heredum apponitur conditio, ideo de hoc dicit. & dic quod alia impoſſibilis: vt.j. l.j.alia poſſibilis: & tũc aut caſualis,aut poteſtatiua,aut mixta: vt.C.de cadu. tollẽ. l.j. §.ſin autẽ. & differt ab illo,j. de cõdit. & demõſt. quia hic circa inſtitutiones, & illic circa ſingularia relicta.* Accurſius.

Si pupillus ſubſtitutũ ſibi ſeruũ alienauerit , eumq; emptor liberũ heredemq; inſtituerit: nũquid iſte [i] in ſubſtitutione habeat ſubſtitutus vniuerſum? [k] & ſi quidẽ pupillus ad pubertatem peruenerit, neceſſarius ex teſtamento emptoris heres exſtitit . ſin verò B intra pubertatem deceſſerit : ex ſubſtitutione quidẽ liber & heres ſit , & neceſſarius patri pupilli: [l] emptori autem voluntarius heres exſtitit.[m]

## DE CONDITIONIBVS inſtitutionum.

## TITVLVS VII.

I. VLPIANVS *libro quinto ad ſabinum.*

SVb impoſſibili[n] cõditione, vel alio mẽdo [o] * factam inſtitutionem placet nõ vitiari.[p]

C Conditio, ſi meus erit, verificatur in proprietate tantùm totius, vel partis : niſi contraria voluntas appareat. Bartolus.

II. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

*Conditio eſt modus qui ſuſpendit id quod agitur quoad ex pacto confirmetur.* Vel, *euentus futurus qui in dubio eſt ſit an non ſit.* Et *fortè quia ſubſtitutiones omnes in caſum & ſub conditione fieri videntur.l.* Iu*lianus ſi quis omiſ. cau.teſt. inde auctori ſubiit animum tractare generaliter de conditionibus inſtitutionũ, vtilibus ſcilicet & inutilibus, vel quæ remittuntur quæve circumſcribuntur , quæ tractatio porrigi etiam poteſt ad condiciones quæ ſubſtitutionibus inſeruntur præter eas quæ inſeri aut intelligi in eis communiter ſolẽt.* Cuiac.

Conditionũ plures ſunt modi.

* Sic rectius Flo. quã modo, vt ĩ vulg. & omnibus manuſc. mẽdo autem, i. vitio.

*SVb impoſſibili.*] CASVS. Inſtitui te heredẽ ſi cœlum digito tetigeris:& ita ſub impoſſibili condit. de natura. certè non vitiatur inſtitutio, ſed conditio. & idem eſt ſi alio modo ſit impoſſibilis conditio,ſcilicet de iure:puta inſtituo te heredem ſi patrem tuum ab hoſtibus captum nõ redemeris,vel ſi patri tuo pauperi alimẽta nõ præſtiteris. ſemper enim vitiatur conditio,& non inſtitutio:vt.j.eo.conditiones. &.l.filius. Viuianus.

n *Sub impoſſibili.* de facto:quia natura reſiſtit : vt.j. eo. l.ſi quis ita inſtitutus.

D o *Alio modo.* i.de iure impoſſibili : vt.j. eo.l.conditiones. Vel dic alio,id eſt contrario impoſſibili:vt tota die dicimus,niſi aliud conuenit:& ibi,quicunque aliud euangelizauerit.id eſt contrarium.

p *Non vitiari.* vt inſti.de here.inſti.§. impoſſibilis.&.j.e. conditiones.j.&.l.conditiones.ij.Sed contra inſti.de leg.§.fi. Sol. hîc appoſita fuit honorato : vt ibi , relinquo ſi cœlum tetigeris digito. ibi onerato, vt det heres ſi cœlum digito tetigerit , ſecundum Azo.& eſt ratio:quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit per ſequentem voluntatem : ſicut & ſi lego vſumfructum ſine aditu,non valet adiectio:vt.ſ.ſi vſusfru.pe.l.j.§.j.quaſi dicat, tange ſi potes. Vel ibi non fuit impoſſibilitas in conditione, ſed in ipſo relicto:vt des illi chimæram:& ſi non dederis, da.x.nomine pœnæ.& ſic. x.non ſunt legata ſub conditione , ſed nomine pœnæ relicta.Item contra infra e.l.filius.Solu.fauore honorati habetur pro non appoſita:vt hîc.Sed ſi expediat totam inſtitutionẽ dicere nullam , vt quia ab inteſtato liberius eſt habiturus : poteſt, E vt ibi:vt arg.C.de leg.& conſti.l.quod fauore.ſed in filio ſpeciale: quia non poteſt ſub conditione niſi poteſtatiua inſtitui : vt ibi. Itẽ contra e.l.ſi Titius.Sol.ibi ſpeciale quando propter perplexitatem occurrit impoſſibilitas. Item contra inſtitu. de inuti. ſtip. §.ſi impoſſibilis. vbi vitiatur. Sed ibi in contractu. & eſt ratio , quia ibi vtriuſque conſenſus exigitur:vt ſupra de pac.l.j. ibi, duorum conſenſus &c.& infra de act. & ob.l. non ſolum. at hîc ex voluntate teſtantis tantùm:ſed in contractibus innominatis ſecus quam in aliis:quia ita ibi agitur ſi fuit impoſſibilis , ſicut & ſi poſſibilis fuiſſet conditio.nam condicam ea ceſſante : vt.C.de condi.ob cau.l.ſi militem. Vel ibi loquitur cum re contrahitur obligatio : ſecus ſi conſenſu & verbis : vel illa non eſt impoſſibilis conditio:vt.C.de procu.l. ita demum. Item quid ſi in perſonam terrij fuit appoſita conditio impoſſibilis?Reſpon.pro non appoſita habetur : vt ſupra titu.ij.l.ſi Mæuia.licet quidem contra.item quid ſi matrimonium vel ſponſalia fiant ſub impoſſibili conditione? Quidam dicunt

Cõditio impoſſibilis quando nocent.

UNED

valere.& facit ad legem iſtam ſupra titu. ij.l. qui ſeruum meum.§. penul.& de iniuſt.teſta.l.cum in ſecundo.in fi.&. infra de condit. & demon.l.iij.

SI *teſtamento*.] CASVS. Ita dixit Titius in teſtamento ſuo: Stichus ſeruus heres mihi eſto ſi meus erit cum moriar, vel qui meus erit cum moriar. & poſt factũ teſtamentum alienauit dictus teſtator vſumfruct.in dicto Sticho, vel partem Stichi: & poſtea deceſſit dictus teſtator: nunquid erit heres Stichus? Et dicitur quòd ſic: niſi probetur teſtatorẽ non aliter voluiſſe Stichum eſſe ſuum heredem, niſi tempore mortis ſuæ teſtatoris totus Stichus inueniatur eſſe in dominio ſuo. Sed pone ꝙ duos ſeruos inſtituit ſibi heredes hoc modo: primus & ſecũd⁹ ſi mei erũt cum moriar, liberi ſunto, & mihi heredes. & poſt teſtamentum alienauit vnum de eis:& poſtea deceſſit. nũquid ſolus non alienatus erit eius heres? dicitur quòd ſic. Viuianus.

SI teſtamento cõprehẽſum ſit. *Ille ſeruus ſi meus erit*, aut, *Qui meus*[a] *erit cum moriar, heres eſtò*: quatenus accipiatur, *meus*, quęritur.[b] Et ſi quidẽ alienauit in eo vſumfructũ, nihilo minus ipſi⁹[c] eſt. Si verò partẽ in eo alienauit: an deficiat cõditio inſtitutionis, quæritur. Et verius eſt non defeciſſe conditionem,[d] niſi euidentiſſimis probationibus teſtatorẽ voluiſſe apparuerit pro hac cõditione hæc verba inſeruiſſe,[e] ſi totus ſeruus in dominio eius remanſerit. tunc enim parte alienata conditio deficit.

Vna pluralitas geminat plures ſingularitates. Bartolus.

Sed ſi duo† ſerui ita ſint heredes inſtituti: *Primus & Secundus ſi mei erunt cũ moriar, liberi & heredes ſunto*: & alter ex his ſit alienatus: Celſus rectè putat ſic accipiẽdũ, atq; ſi ſingulos ſeparatĩ ſub eadẽ conditione[f] heredes inſtituiſſet.

Conditio poteſtatiua habetur pro impleta ſi ſtat per eũ in cuius perſonam debet impleri. Barto.

III. PAVLVS *libro primo ad Sabinum*.

SI ita heres inſtitutus ſim, ſi decẽ dedero: & accipere noluit cui dare iuſſus ſum: pro impleta conditione habetur.[g]

† Gloſ. fi.in ca. olim. in med. extra de reſcript. inducit hũc § in argu. quod ſi quis plura proponat in reſcripto, quorũ alterũ ſufficeret ad victoriam, ſufficit alterũ probare.

a *Qui meus*. hæc paria ſunt: vt infra de leg.iij.l. nuper.in fi.

b *Quæritur*. an planã vel nudã vel totã proprietatem cõtineat, vel eius partem. Azo.

c *Ipſius eſt*. Quid ſi cõtra fecerit? videtur idẽ: argu.ſupra de vſufruct. l.iiij. Sed dic contra: vt infra ad Sil.l.j.§.j.

d *Non defeciſſe conditionem*. Sed quis erit heres? Reſpon.vt in ſeruo communi diximus: vt ſupra de here.inſti.l.ſed ſi in conditione.§.ſi ſeruum communem. argu.j.eo.§.ſed ſi duo. Item not.hîc, quod commune eſt, meũ eſt. ſic.j.de verb.ſignifi.l.pupillus.§.fi.&.s.de ritu nupt.l.illud. Sed arg. contra.s.de procu.l.Pomponius.§.ſed is.&.j.de leg.j.l.ſerui electione.§.Labeo.&.l.ſequen.&.s.de rerum diui.l.in tantum.§.vniuerſitatis.& de interroga. act.l.ſi defenſor. §. qui interrogatus. &.j. de aur.& arg.leg.l.Quintus.in princ. Sed in dubio dicas nõ dici meũ, niſi totum ſit meum.

e *Inſeruiſſe*. ad quod.j.de condi. & demon.l. in conditionalibus. & de lega.iij.l.Iulianus.§.ſeruos. Accurſius.

f *Sub eadem conditione*. ſcilicet ſi meus erit. & not. per hoc poteſt reprobari illa propoſitio, duo & tria ſunt quinque. vel, duo & duo & tria ſunt ſeptem. Azo.& ſecundum quod hîc dicitur, eſt vera, id eſt duo ſunt de numero ſeptem. & tria ſunt de numero ſeptem. H. Item not. verbum plurale geminat ſignificationem ſingularis. ſic infra de lega.iij.l.qui concubinam.§.ſi Stichus. & de cõdit.& de.l.falſa.in fi.&.l.cui fundus. & ſupra de here. inſtit. l.hoc articulo.&.l.ſi paterfami.teſtamento. Sed argu. contra. C. de impu.& aliis ſubſtit.l.ij.&.l.quamuis.&.l.penul. Item facit.s. titu.ij. l. talem.§.j. Accurſius.

Plurale ſignificationẽ ſingularis geminat.

SI *ita heres*.] CASVS. Titius inſtituit me heredem ſub condi. ſi dedero Seio.x.& deceſſit dict⁹ Titius. poſtea ego obtuli.x.Seio. & ipſe accipere noluit. certè perinde ero heres, ac ſi conditionem expleuiſſem: quia per me non remanet. Viuianus.

g *Habetur*. Sufficit enim ſola oblatio: vt.j.de ſtatuli.l.ſtatuliberos. §.Stichus. niſi abſit cui dandum eſt, quia tunc debet deponi: vt eo. tit.l.cum heres.in prin. Sed an iſte cui eſt dandum, loco legatarij ſit? Reſpon.non: vt.j.ſi quis omiſ.cau. teſta.l. ſi quis ſub conditione. Ar.contra.j.de le.iij.l.fideicommiſſa.§.cum eſſet. Azo. Itẽ quod hîc dicit haberi pro impleta, verum eſt etiam in inſtitutione. porro in legato ſecus eſt. nam ſi ſtatim poſſit impleri, quia eſt in dando, habetur pro impleta ſi prohibetur legatariis implere. ſed ſi nõ poterat ſtatim impleri, vt quia.x.lego tibi ſi feceris domũ hinc ad centum dies: licet prohibearis facere, tẽpus tamen expectatur: vt.j. de verbo.obliga.l.in illa ſtipulatione ſi calend. ſecus ſi ita relinquatur libertas Arethuſæ, ſi tres pepererit: & per heredem fiat quo minus poſſit parere. tunc enim propter malitiam heredis ſtatim habetur pro impleta: vt.j.de ſtatulibe.l. ſtatuliberos. §.j.& fi. &.l. ſeq.&.l.ſi peculium. §. penul. & facit.j.de condi.& demon.l.iure ciuili.&.j.de regu.iur.l. in iure. H.

IIII. VLPIANVS *libro octauo ad Sabinum*.

SI qui ita ſint inſtituti, *Si ſocij vnà bonorum meorum permanſerint*[h] *vſque ad annos ſedecim, heredes ſunto*: inutilem eſſe inſtitutionem ſecundum verborum ſignificationem[i] Marcellus ait: Iulianus autem quoniam & ante aditam† hereditatem iniri ſocietas poteſt, quaſi rei futuræ[k] valere inſtitutionem. quod eſt verum.

† habitam.

Hic. §. tractat de Muciana cautione.

Idem Iulianus ſcribit, eum qui ita heres inſtitutus eſt, Si ſeruum hereditarium non alienauerit: cauentem[l] coheredi[m] implere conditionem. Cæterùm ſi ſolus heres ſcriptus[n] ſit, ſub impoſſibili[o] conditione heredem inſtitutum videri. quæ ſententia vera eſt.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtramque partem eſſe veram: ſed ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram. Bartolus.

SI *quis ita*.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes Gaium & Sempronium ſub conditio. ſi permãſerint ſocij ipſi inter ſe vniuerſorum ipſius teſtatoris vſq; ad ſexdecim annos, & poſtea deceſſit teſtator: nũquid valet dicta inſtitutio? Et videtur Marcello quòd non: ideo quia teſtator videtur voluiſſe quod prius ſint heredes quàm ſocij: & ecõtra non videntur poſſe eſſe heredes antequam cõditionẽ adimpleant, id eſt antequã ſint ſocij. Iulianus autem dixit valere dictã inſtitutionem: & bene dixit: quia & ante aditam hereditatẽ poteſt iniri ſocietas eiuſdẽ hereditatis quaſi rei futuræ. ſed & ſi dictus Gaius qui habuit coheredẽ Semproniũ, fuit inſtitutus ſub cõditione ſi ſeruum hereditarium nõ alienauerit, poteſt implere cõditionem cauendo dicto ſuo coheredi de nõ alienãdo dictum ſeruũ. ſi autem nõ habuiſſet coheredẽ, ſed ſolus eſſet inſtitutus ſub dicta cõditione, videtur inſtitutus ſub impoſſibili conditione, cum non habeat cui caueat: & ideo erit heres remota conditione prædicta: vt dixi ſupra eo.l.j.

h *Permanſerint*. erat enim teſtator ſocius omnium bonorum cum aliquo de illis ad.xvj.annos. Accurſius.

i *Significationem*. hoc ideo, quia ex verbis conuincitur quòd teſtator prius voluit eſſe heredes quàm ſocios. ſic enim dixit, meorum. Item eſt contra quòd non poſſunt prius eſſe heredes: quia oportet quod ſit impleta conditio: vt.j.e.l.ei qui ita hereditatem. rurſus ſocij in alienis bonis eſſe non poſſunt antequam eſſent domini.i. heredes. ſed quia poteſt iniri ſocietas ante aditam hereditatem, & ſic poſtea adiri poteſt, valet inſtitutio ſecundum Azo. ſed an debeant ſtare in ſocietate per.xvj.annos antequam adeant? Azo. videtur ꝙ non: quia conditione impleta remanet ſolus dies, qui habetur pro non adiecto: vt ſupra titu. ij.l. hereditas. Sed certè imò non videtur impleta ex contractu, ſed ex perſeuerantia in dictum tempus. aliud ſi inſtituo te poſt.xvj.annos ſi cras feceris hoc: quia ibi ſolus dies remanet.

k *Futuræ*. fit enim ſocietas præſentium & futurorum bonorum. & quod dicit ante aditam hereditatem. poſt mortem tamen: quia tunc non valeret niſi dominus conſentiret: vt.C.de pac.l.fi. niſi fieret ſuper hereditate incerti hominis: vt ſupra pro ſoc.l.iij.§.j. ſed talis ſocietas hereditatis incertæ non implet iſtam conditionẽ: quia ſpecialiter teſtator dixit, meorum.

l *Cauentem*. modò reſpondet.

m *Coheredi*. de non alienando: vt.j.de condi.& demon.l. Mucianæ. ſed an hæc cautio Muciana eſt? Reſpõ. ſic, per.l.iſtam quæ generaliter dicit quando eſt in non faciendo conditio. Sed op. impleri poteſt viuente eo cui eſt impoſita.ſ.herede poſt mortem ſerui: ergo ipſa locum non habet, ſed conditionis euentus expectandus: vt infra de condi.& demon. cum tale. §. Titius. &.l. pater. §. ſocrus. Sed dic, triſtis eſt talis expectatio: vt.j.eo.l.cum tale.in princ.

n *Scriptus*. ſub dicta conditione.

o *Sub impoſſibili*. cum non eſt cui caueat: & ideo pro non adiecta habetur: vt.d.l.Mucianæ, in fin. & facit infra eod. l. mulier. in princip.

princip.& de condit.& demon.l,cum ſub hac.Accurſius.

SI *heredi.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium ſub conditione ſi aſcenderit capitolium: & ſi dederit Seio. x. certè non erit mihi heres Titius niſi prius vtrique conditioni paruerit. ſi autem inſtitui eum ſub conditione ſi aſcenderit capitolium, vel dederit Seio decem: ſatis eſt obtéperare ei cōditioni cui voluerit, & erit heres. & hoc dicit. Viuianus.

## V. PAVLVS *libro ſecundo ad ſabinum.*

SI heredi plures conditiones coniunctim [a] datæ ſint, omnibus parendum eſt: quia vnius loco habentur. ſi diſiunctim ſint, cuilibet. [b] *

Impoſſibilitas de inſtitutione reiicitur. Bartolus.

## VI. VLPIANVS *libro nono ad ſabinum.*

SI quis ita inſtitutus ſit, ſi monumentum poſt mortē teſtatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet: cum monumentum in triduo perfici non poſſit, dicēdum erit cōditionem euaneſcere, [c] quaſi impoſſibilem.

## VII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI quis ſub conditione [d] heredes inſtituiſſet, ſi inuicem cauiſſent ſe legata eo teſtamento relicta reddituros: placet remitti eis conditionem: quia ad fraudem legum reſpicerēt, quę [e] vetarent quoſdam legata capere: quanquam & ſi cautum eſſet, in ipſa actione exceptione tuendus eſſet promiſſor. [f]

Iuriſiurandi conditio heredi, vel legatario, vel fideicommiſſario, vel mortis cauſa donatario appoſita remittitur: ſiue ſola, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim cum alia fuit appoſita. hoc dicit vſque ad. §. quoties. Bartolus.

## VIII. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Edictum.*

QVæ ſub cōditione [g] iuriſiurādi relinquūtur, à prætore reprobantur. [h] Prouidit enim ne is qui ſub iuriſiurandi cōditione quid accepit: [i] aut omittendo [k] conditionem [l] perderet hereditatem, legatúmve: aut cogeretur turpiter accipiendi [m] conditionem [n] iurare. Voluit ergo eum cui ſub iuriſiurandi conditione quid relictum eſt, ita capere, [o] vt capiunt hi quibus nulla talis iuriſiurandi conditio inſeritur. & rectè. Cum enim faciles [p] ſint nōnulli hominum adiurandum,† contemptu religionis: alij perquam [q] timidi, [r] metu

---

a *Coniunctim.* ſcilicet ſi illud & illud: diſiūctim, ſi illud aut illud: vt inſtitu. de hered. inſtitu. §. ſi plures. & verbū, cui libet, ſunt duæ partes. vel ſi vna, ſubau. obtemperari ſatiseſt: vt habes inſtitu. in dicto. §. ſi autem diſiunctim, id eſt ſeparatim in diuerſis partibus teſtamēti, tūc ſecus: vt. ĵ. de cōdi. & demō. l. ſub diuerſis. & l. quod traditū. & l. nam ad ea. in princi. & l. per fideicom. & facit ad hāc. l. ĵ. de verb. obl. l. ſi ita quis. & l. ſi quis ita. & ĵ. iudi. ſol. l. cū quærebatur. & de cōdi. & demon. l. cū pupillus. & ſ. titu. ij. l. ſi te. in fi. & ĵ. de reb. dub. l. ſi is qui. §. vtrum. ſed quādoq; diſiuncta pro copalatiua ponitur: vt. ſ. tit. ij. l. Lucius. & C. de ver. ſi. l. penult. & C. de inſti. & ſubſtit. l. generaliter & ĵ. de verb. ſignifi. l. ſæpe. quæ ſunt arg. contra. ſed ſpecialia ſunt.

* Legendū ſeparatis vocibus. cui libet, i. cui placet, ſatis eſt enim alterutram impleri.

b *Cuilibet.* id eſt cui placet.

SI *quis ita.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium ſub conditione, ſi monumentum poſt mortem meā in triduo proximo mortis meæ feciſſet: & poſtea deceſſi. inuenitur poſtea verum eſſe quòd dictum monumentum non poteſt fieri in dicto tempore, certè euaneſcit conditio prædicta quaſi impoſſibilis de natura, & ita erit mihi heres ſpreta dicta conditione. Viuianus.

c *Euaneſcere.* ſed nūquid facere debuit monumentū? Reſpō. vtiq;. R. ſic. ſ. de arbi. l. Celſus. §. idē ait. duo enim fuerūt teſtatoris præcepta. Azo. ſic. ĵ. de cōdi. & demon. l. hæc ſcriptura. in princ. & facit. ĵ. de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. Item facit. ſ. eo. l. j.

SI *quis ſub conditione.*] CASVS. Inſtituit Titius ſibi heredes Seiū & Gaium ſub conditione ſi inuicem cauiſſent ſe ſoluturos legatariis legata in eodem teſtamento relicta ab eodem Titio: inter quos legatarios erant quidam qui per legem legata capere nō poterant: puta quia erant in metallum damnati: vt. ĵ. de his quæ pro non ſcriptis. l. iij. & poſtea deceſſit Titius teſtator prædictus. nunquid tenentur ſibi adinuicem facere dictam cautionem ſi volunt eſſe heredes? Et dicitur quòd non: quia dicta cōditio videtur appoſita in fraudem legum, quæ leges vetant aliquos capere legata. ſed & ſi vnus de dictis coheredibus cauiſſet alteri de ſoluendis legatis, & legatarius non capax exigeret ab eo legatum, habet excep. contra eum. Viuianus.

d *ſi quis ſub conditione.* Arg. contra eos qui copulāt aliquos in matrimoniū, & iurāt quod neuter iure cōſanguinitatis ſeparet matrimonium. præſumitur enim quod ſcierint conſanguinitatē. arg. cōtra. C. de euic. l. pe. Azo. quilibet enim ignorare præſumitur: vt. ſ. de proba. l. verius. & C. qui manu. non poſ. l. ſuper ſeruis.

e *Quæ.* leges. Accurſius.

f *Promiſſor.* ſiue promiſerit non capaci: vt infra vt le. no. ca. l. j. §. ſi quis ſub conditione. ſiue heredi. nam & heredi obiicitur exceptio, non legatario, cum ex pacto heredis legatario non detur actio: vt. C. de pact. l. pacto ſucceſſorum. Sed quidam dicunt dari: quia intereſt heredis: vt infra de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & ſecundum hoc etiam ei obiicitur exceptio. ſed certè ibi ſtipulanti, non alij: vt. C. eo. titu. l. liber homo. in fi. & facit ſupra de condi. ſine cau. l. j. & infra de ſuperficie. l. j. §. quod ait. & infra vt in poſſeſ. leg. l. j. §. j. in fi. & ad legem Falcid. l. quod de bonis. §. j. & l. Seius & Augerius. Accurſius.

A QVæ *ſub conditione.*] CASVS. Inſtitui te heredem, vel legaui tibi centum, vel fideicommiſſum reliqui: vel mortis cauſa donaui ſub conditione, ſi iuraueris te facturum mihi monumentum ponamus. & poſtea deceſſi. certè remittitur tibi cōditio iuriſiurādi per prætorem, & debes facere monumentum, & conſequi poſtea hereditatem meam, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel mortis cauſa donationem. & conſultiſſimè interuenit prætor ad redimendam cōditionē iuſiurādi. nonnulli enī homines ſunt faciles ad iurandū propter religionis contemptum: & malum eſſet quod illi ita faciles cōſequerētur aliquod prędictorum ita facilè iurando. Item & quia alij homines valde ſunt timidi ad iurādum, adeo quòd credant eſſe ſuperſtitioſum iurare: & hoc faciunt metu diuini numinis: & malū eſſet quòd illi ita timidi perderēt illud quod relictum eſt eis, ex eo ꝙ iurare timent & nolūt. Sed ꝗd ſi inſtitui te heredem ſi iurares te facturū mihi monumentum, & ſi Titio decem dederis? certè remittitur tibi cōditio iuriſiurandi: & debes dare Titio decem. & idem ſi dictas duas conditiones aſſcripſerim tibi alternatiuè. nam ſemper remittitur tibi conditio iuſiurandi. teneris tamen (vt dictum eſt) facere illud quod iuſſus eras iurare facere vel dare, dum tamē illud non ſit improbum, vel impoſſibile de facto. Quid enim ſi mortuus eſt Stichus vel manumiſſus viuo me teſtatore quem iuſſus eras à me iurare manumittere? certè non videris conditione defectus. implere enim debes voluntatem meam ſi potes. ſi autem non potes iure vel facto prohibente (vt dictum eſt) nihilo minus habere debes hereditatem. Item ſcias quod ille cui appoſita eſt conditio iuſiurandi, non habet neceſſe adire prætorem vt ſibi remittat conditionem iuriſiurandi. ſemel enim in perpetuū à prætore remiſſa eſt: & eſt remiſſa legatario etiam ignorante herede. vnde ſi legatarius cui appoſita eſt conditio iuriſiurandi, decedat poſt mortem teſtatoris qui ei reliquit legatum, & ante mortem ſuam legatarij fecerit ipſe legatarius illud quod rogatus erat iurare facere: heres ipſius legatarij petet legatum quaſi fuerit purum à conditione iuriſiurandi: id eſt ac ſi non eſſet appoſita conditio iuriſiurandi. nam in perpetuum à prætore remiſſa eſt, vt dictum eſt. Viuianus.

† In hāc ſententiam eleganter Plato dialogo 12 de leg.

g *Quæ ſub conditione.* prætor reputauit quandam conditionem turpem, quæ non videtur turpis: vt ecce inſtituo te, vel tibi lego, vel cauſa mortis dono, ſi iuraueris aliquid te daturum vel facturum. & eſt ratio quare ſit habenda turpis: quia quidam facilè iurant, & fortè non ſeruant: alij potius relictum dimitterent quàm iurarent.

h *Reprobantur.* quo ad iuramentum: ſed conditio eſt implenda, niſi ſit turpis aliàs: vt. ĵ. e. §. quoties. & ĵ. proxi. voluit &c. & infra de condi. & demon. l. hæc ſcriptura.

i *Accepit.* deſtinatione. Azo.

k *Omittendo.* propter religionem.

l *Conditionem.* iuramenti. Azo.

m *Accipiendi.* ſcilicet relictum, cogeretur turpiter iurare.

n *Conditionem.* ſcilicet ſe impleturum. Accurſius.

o *Capere.* ſcilicet abſolute.

p *Faciles.* Ad id quod dicit faciles, eſt ſic. C. de indic. vidu. l. ij. & ad id quod dicit difficiles, ſic. C. ad. l. Iul. repe. l. fi. & C. de fid. inſtru. l. fi. §. fi.

q *Perquam.* id eſt valde.

r *Timidi.* repete, ſunt ad iurandum.

a] Quid ſit religio, quid item ſuperſtitio, pulchre Budæus in annota.prio. titu.de ædil. edic.l.1.§.apud Iulianum. ibi,ſuperſtitioſum,&c.

a *Ad ſuperſtitionem*. id eſt [a] putant eſſe ſuperſtitioſum iurare.vel,id eſt dicere,etiam per ſuperſtitionem volunt iurare: quod non licet ſi ſit publicè improbata:vt per Iunonem,Apollinem,& ſimilia:ſecus in ſuperſtitione nõ publicè reprobata:vt per,crede mihi:quod eſt iuramentum monachorum: vt.ſ.de iureiur. l. non erit.§.diuus Pius.&.§.ſed & ſi quis.

b *Hi*. faciles ad iurandum. Accurſius.

c *vel illi*. difficiles ad iurandum.

d *Interuenit*. vt ſacramentum prędictum re mitteret: vt.ſ.in princi. huius legis.Sed contra. ſ. de iureiurãd.l.ſi quis eum.&. C.com.vtriuſque iudi. l. ſi cum patrono. Solu.illa in contractibus:hęc in vltima voluntate. hoc non placet:vt ſupra de pac.l.pactũ.Sed dic ibi de præterito: hîc de futuro erat iurandum.Item cõtra.j.de manu.teſta. l.ſi quis liber. Sol.ibi ſpeciale fauore eius: quia talis poſſet eſſe cõditio, quã ſeruus implere nõ poſſet, vt cũ Titia contrahere matrimonium: quia matrimonium nõ eſt cum ſeruo ſecũdum leges, licèt ſecus ſecundum canones: & ſæpe ſub iuramento continetur quod ſeruus facere non poſſet.vel dic quòd ibi de præterito. Item contra. ſ. de condi.& demon.l.municipibus.Solu.ſpeciale ibi. Vel dic ibi non dicit an debeat remitti cõditio iuriſiurãdi,vel non:ſed ſit poſſibilis vel non:& qualiter, & per quos poſſit ei pareri. Vel dic quòd ibi de præterito. Item cõtra. j. de acqui. here.l. Antiſtius.Sol.vt ibi.Vel dic & ibi de pręterito. & eſt ratio ad hanc generalẽ ſolutionem de præterito: quia in præterito nõ poteſt aliter impleri cõditio: quia non poteſt amodo non dare vel non facere. ſed ſi de futuro,ſic.ſic dicimus de periuro an fiat infamis:vt.C.de tranſac.l.ſi quis maior.& facit ad hoc j.ad Trebel.l. aut facta.§.ſi ſub conditione.&.j.de leg.j.l.ſi quis inquilinos.in fi.&.j.de condi.& demon.l.hæc ſcriptura.&.l.non dubitamus.& de leg.ij.l.cum pater.§.filius.&. C. communia de leg.l. ij.&.j.quando dies leg.ce.l.v.&.j.de bo.lib.l.libertus ſub conditione.&.j.de mili.teſta.l.ſi à milite.§.edictum.&.j.de leg.iij.l.non dubium.§.j.&.j.eo.l.conditiones contra edicta.

† Nã quod vna via prohibetur, alia permitti nõ debet.conc. c.vlt.in gl. ſuper verbo, & perſonaliter. poſt med.ibi,& quod nomine meo.extra de offic. deleg.

e *Voluit*. ſcilicet prætor.

f *Faciendi*. ſimpliciter ſine iuramento.

g *Si fortè quis*.ſcilicet donatarius,cum accipiat à donante.ad quod inſti.de dona.§.j. Accurſius.

h *Cautionem*. ſcilicet iuramenti.

i *Sub alia*. ſi decem dederit.

k *Conditio*.ſcilicet iuriſiurandi.

l *Parendum habeat*. id eſt,parere neceſſe habet.ſimilis expoſitio ſupra de rei vindi.l.in fundo.& facit infra de verb.obl.l.in illa ſtipulatione ſi kalendis. Item facit.j.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.qui autem. §.fi.&.j.eod.l ſi quis ita heres. Item & huic debet parere,licèt non iuret:vt.ſ.in princi.huius.l.not.Sed cur ſecus infra de condi.& demon.l.cum tale.§.Mæuię.vbi innuit quod nec alteri ſit parendum. Solu.vt ibi.

diuini numinis, vſque ad ſuperſtitionem: [a] ne vel hi [b] vel illi [c] aut conſequerentur aut perderẽt quod relictum eſt, prætor cõſultiſſimè interuenit. [d] Etenim potuit is qui voluit [e] factum quod religionis conditione adſtringit, ſub conditione faciendi [f] relinquere. Ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerentur conditione. Hoc edictum etiam ad legata pertinet, non tantùm ad heredum inſtitutionem. In fideicommiſſis quoque oportebit eos qui de fideicõmiſſo cognoſcunt,ſubſequi prætoris edictum, eapropter,quia vice legatorum fungũtur. Et in mortis cauſa donationibus dicẽdum eſt edicto locum eſſe,ſi fortè quis [g] cauerit,niſi iuraſſet ſe aliquid facturum, reſtituturum quod accepit. Oportebit itaque remitti cautionem. [h]

Si quis ſub iuriſiurandi conditione, & præterea ſub alia [i] ſit inſtitutus: huic videndum eſt an remittatur conditio.Et magis eſt vt remitti iuriſiurandi conditio [k] debeat, licèt alij conditioni parendum habeat. [l] Sed ſi ſub iuriſiurandi [m] conditione ſit inſtitutus,aut ſi decem milia dederit, hoc eſt alternata conditione, vt aut pareat conditioni, [n] aut iuret: aliud quid videndum, nunquid remitti ei conditio non debet,quia poteſt alteri conditioni parendo eſſe ſecurus.Sed eſt verius remittendam cõditionem: [o] ne alia [p] ratione † cõditio alia [q] eum vrgueat ad iuſiurandum.

Licèt iuſiurandum remittatur: tamen dandum vel faciẽdum eſt quod ſub illo iuramento præcipiebatur. Item conditio poteſtatiua vel modus habetur pro impleto ſi non ſtetit per eum qui debet implere,ſed per caſum. Bartolus.

B Quotiens heres iurare iubetur daturum ſe aliquid vel facturum, quod nõ improbum eſt: [r] actiones hereditarias non aliàs habebit, quàm ſi dederit vel fecerit id quod erat iuſſus iurare. [ſ] Mortuo autem vel manumiſſo Sticho viuo teſtatore, qui [t] ita heres inſtitutus eſt, ſi iuraſſet ſe Stichum manumiſſurum:non videbitur defectus conditione [u] heres: quamuis verum ſit compellendum eum [x] manumittere ſi viueret. [y] Idem eſt & ſi ita heres C inſtitutus eſſet quis: *Titius heres eſto,ita vt Stichum manumittat*.aut, *Titio centum ita lego,vt Stichum manumittat*.nam mortuo Sticho nemo dicet ſummouendum eum. Non videtur enim defectus conditione,ſi parêre conditioni non poſſit.Implenda eſt enim † volũtas, [z] ſi poteſt. [a]

Quod à iure remittitur,non eſt neceſſe remitti à iudice. Item tacita conditio non impedit tranſmiſſionem. Bartolus.

D De hoc iureiurando remittendo [b] non eſt neceſſe adire pretorem. † Semel enim in perpetuum à prætore remiſſum eſt, [c] nec per ſingulos remittendum. Et idcirco ex quo dies legati ceſſerit, [d] remiſſum videtur etiam

m *Iuſiurandi*. vt vadat Romam.

A n *Conditioni*. de dandis decem.

o *Conditionem*. ſacramenti tantùm, non facti vel dandi quod ſub ſacramento continetur: vt.ſ.de condit.& demon.l.hæc ſcriptura. §.j.Azo.& not.ſ.in princ. huius. l. vbi turpe contineretur ſub iuramento:vt.j.proxi.§.

p *Ne alia*.id eſt,ſi ei nõ remitteremus: alia ratione,&c. id eſt,quia alia alternatim ei coniũgitur: cogeretur ad id ad quod nõ cogitur in ſimplici:& ſic conditio alia, ſcilicet alternatim iniũcta. Vel dic,conditio alia, puta grauis,cui nõ poteſt parere commodè,cogetur, &c. & ſunt ſimilia.ſ.de tranſa. l.cum hi. §. ſed cũ lis.& de re.e. qui ſub tu.l.magis. §. ſi pupillus. & de ſuſpec.tut.l. tutor. §. liberi.verſic.ſed ſi patronũ. & de iudi.l.ij.§. ſed & ſi agãt. &.l.ſed ſi ſuſceperit.§.j. Sed arg.cõtra.j. qui & à qui.l.fi.§. is qui operas.

q *Alia*. alternatim iũcta. Accurſius.

r *Non improbum eſt*. tũc ſecus:vt.j.l.proxi.

ſ *Iuſſus iurare*. ſolo iureiurãdo ei remiſſo: vt j.de cõdit. & demon.l. hæc ſcriptura. & infra de manu.teſt.l.ſi quis libertatem.

t *Qui*. ſcilicet heres.

u *Defectus conditione*. imò videtur deficere.& ſic eſt cõtra ſupra ad. l. Aquil.l. inde Neratius. §. idem Iulianus. Solu. ibi poſt mortem teſtatoris deceſſit,hîc eo viuo. hoc non valet:quia & ibidem dicit idem quando ante.Alij quod hîc non erat in mora manumittendi: ibi ſic. Vel hîc aliàs erat relicturus:ibi non. Tu dic quòd ibi fuit ab alio occiſus:hîc ſua morte obiit. Et quod dicit hîc,viuo:idem ſi poſt mortẽ, dummodo ante moram: vt infra de condi.& demon.l.antepe.§.j. Item contra ad idem.C.de condi.inſer.l.legatum.&.j.de condit.& demon.l.in teſtamento. Sed ibi erat conditio quæ pendebat ex ſuo & alterius facto, ſcilicet ſi illi nubat:hîc ex facto manumittentis tãtum:quia inuitus manumittitur:vt.C.de manumiſ.teſt.l.fin.§.licet enim.& adde hic diſtinctionem quam habes.C.de inſtit. & ſubſti. E ſub condi.fac.l.j. Item facit ad.§.j.de leg.j.l.turpia.§.j.&.l.ſi fundũ. §.Iulianus.&.C. de cadu.tol.§.ne autem.&.j.de ver.ſig.l.quæret aliquis.in fi. & de reg.iur.l.iure ciuili.& arg.j.de cura.bo.dan.l.j.&. j.eo.l.ſi quis teſtamento.

† In archet, erat,non enim, ſed Taurel.dempſit non,vt ipſe adfirmat in adnotat.ſ.Sanè in omnibus manuſcr.abeſt negatio.rectè.

† Quod ergo illicitum eſt, cõtra id poteſt quis venire propria auctoritate. ſimile in.c. venerabilem.cũ glo. ſuper verbo, venire.extra de elect.

x *Eum*. heredem.

y *Vineret*. ſcilicet ſeruus.

z *Voluntas*. ſcilicet defuncti ab herede,vel legatario.

a *Si poteſt*. heres,vel legatarius.

b *Remittendo*. ſic in authen.de here.& Fal.circa princi.col.j. & C. ne liceat poten.l.j.in prin.&.xxiiij.q.j.c.j.

c *Remiſſum eſt*. per hanc legem.

d *Ceſſerit*. id eſt, dies mortis teſtatoris venerit, à quo ſolent pura legata cedere: vt. C. de caducis tollen.l.j.§.j. & in.§.in nouiſſimo. Sed videtur remanere conditio vt det vel faciat: vt ſupra eodem. §.quoties. Reſpon.conditio expreſſa & hominis,id eſt teſtantis,nõ fuit niſi iuriſiurandi: ſed legis & tacita eſt de dando vel faciendo

a. prima solutio affirmat [illegible] quod [illegible] dicens [illegible] [illegible] fuit facta [illegible] conditio [illegible] quod heres viuente testatore [illegible] non potuit. conditio [illegible] habenda [illegible] si [illegible] possibilis

quod erat iurandum, quæ tacita non facit rem conditionalem: vt infra de condit. & demon.l. conditiones. eſt ergo hîc purũ quantum ad tranſmittendum : quia conditionale non tranſmittitur : vt C.de cadu. tol.§. ſin autem.

Conditio tacita rem cõditionalem non facit.

ignorante ſcripto herede. ideoq; in herede legatarij rectè probatur, vt poſt diem legati cedẽtem ſi deceſſerit legatarius, debeat heres eius actione de legato vti, quaſi purè legato relicto ei cui heres extiterat.

IX. PAVLVS *libro quadrageſimoquinto ad Edictum.*

I CONditiones quæ cõtra bonos mores inſeruntur, remittendæ ſunt: veluti, ſi ab hoſtibus patrem ſuum nõ redemerit: a ſi parentibus ſuis, patronóve alimenta non præſtiterit.

Vna ſcriptura videtur continere id quod continetur in alia ad quam illa refertur. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro octauo Diſputationum.*

INſtitutio talis, *Si codicillis Seium heredem ſcripſero, heres eſto:* non eſt inutilis in quouis herede inſtituto, præter filium. b eſt enim conditionalis inſtitutio: nec videtur hereditas codicillis data, quod interdictum eſt: c verùm conditionalis eſt hæc inſtitutio, quæ teſtamento data eſſet. d Proinde & ſi ita ſcripſerit, *Cuius nomen* e *codicillis ſcripſero, ille mihi heres eſto*: pari ratione dicẽdum erit inſtitutionem valere, nullo iure impediente. Si quem ita inſtitutum ponamus, *Ille, ſi eum codicillis heredem ſcripſi, heres eſto*: valet inſtitutio f etiam in filio qui in poteſtate eſt: cum nulla ſit cõditio quæ in præteritum confertur, vel quæ in præſens: veluti, *Si rex Parthorum viuit, Si nauis in portu ſtat.*

Nota hîc bonum exemplum de conditione mixta.

XI. IVLIANVS *libro viceſimonono Digeſtorum.*

SI quis teſtamento hoc modo ſcripſerit, *Filius* g *meus ſi Titiũ adoptauerit, heres eſto : ſi non adoptauerit, exheres eſto*: & filio parato adoptare, Titius nolit ſe adrogandum dare : erit h filius heres quaſi expleta conditione.

XII. HERMOGENIANVS *libro tertio iuris Epitomarum.*

VErba hæc, *Publius Mæuius ſi volet, heres eſto*: in neceſſario i conditionem faciunt: vt ſi nolit, k heres non exiſtat. nam in voluntaria heredis perſona fruſtra l adduntur: cum & ſi non fuerint addita, inuitus non efficitur heres.

Implementum cõditionis non inducit aditionem vel legati acquiſitionem irreuocabilem. Bar.

XIII. IVLIANVS *libro trigeſimo Digeſtorum.*

CONditiones.] CASVS Legaui Titio.x. ſub conditione ſi non redemerit ab hoſtibus patrem ſuum ab eis captum. vel ſub iſta alia conditione : ſi non præbuerit alimenta parentibus ſuis pauperib⁹ vel patrono ſuo. & poſtea deceſſi. certè habebit dictum legatum Titius remiſſis ſibi dictis conditionibus tãquam cõtra bonos mores inſertis. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

a *Non redemerit.* ſcilicet eum inſtituo, vel ei lego. ad quod naturaliter filius tenetur: aliàs poteſt exheredari:vt.C.de epiſc.& cleri. authen. ſi captiui.& facit inſtit.de lega.in fin. &. C. de his quæ pœ. no.l.j. & infra eod.leg. conditiones.& quod not.ſupra eod.l.j. Accurſius.

INſtitutio.] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo : ſi codicillis Seium heredem inſtituero, heres eſto. & poſtea feci codicillos, & in eis inſtitui mihi heredem dictum Seium: & poſtea deceſſi. certè valet dicta inſtitutio.nam eſt data Seio hereditas cõditionaliter à me in teſtamento meo : & non videtur eſſe data in codicillis in quibus prohibitũ eſt fieri inſtitutionem . ſecus autẽ ſi prædicto modo inſtituiſſem mihi heredem filium meum in mea poteſtate conſtitutum : quia tunc erit inutilis inſtitutio : & quaſi à me præteritus dictus meus filius faceret ipſo iure non valere teſtamentum meum. nam filius debet inſtitui purè, vel ſub poteſtatiua conditione : vt.ſ.de here.inſti.§. ſuus.&.l.iam dubitari. vel ſi inſtituatur ſub caſuali conditione : debet in eius defectum exheredari: vt.C. de inſti. & ſubſti. ſi pater. in noſtro autem caſu fuit caſualis conditio : & in eius defectum non fuit à me exheredatus dictus meus filius : & ideo nõ eſt mirum ſi eſt inutilis inſtitutio. & quod dixj.ſ. in perſona Seij, ſcilicet vt valeat inſtitutio : idem eſſet ſi ita dixiſſem : cuius nomen codicillis ſcripſero, ille mihi heres eſto. & poſtea feciſſem codicillos, & in eis ſcripſiſſem nomen Seij . nam valebit inſtitutio non quaſi in codicillis facta, quod eſt prohibitũ, ſed quaſi facta in teſtamento . ſi autem ita dixiſſem in teſtamento : ille Seius quem in codicillis heredem ſcripſi, heres eſto: & in veritate ſcripſeram Seium heredem in codicillis quos ante teſtamentum prædictum feceram, valet inſtitutio non ſolùm ſi dictus Seius erat mihi extraneus, ſed etiam ſi erat filius meus : cum conditio in præteritum collata, ſicut fuit prædicta, non videatur, nec ſit conditio : & ideo videatur filius purè inſtitutus.& quod dixi in conditione in præteritum collata, idem eſſet in ea quæ eſſet collata in præſens tempus, puta ſi rex Parthorum viuit : vel ſi nauis in portu ſtat. Viuianus.

b *Præter filium.* vt.&.ſ. de here.inſti.l. ſuus. in prin. ſecus in verbo præteriti temporis : vt.j. proxi.§.

c *Quod interdictum eſt.* vt.C.de codicil.l.ij.&.j.eo.l.quidam.niſi in milite : vt.j.tit.ij.l.quærebatur. Accurſius.

d *Data eſſet.* ſic.j. de condi.& demon.l.ſi ita ſcripſero. &.ſ.de here.inſti.leg. aſſe.&.l. ſi quis ita ſcripſerit. &.j. de vſufru.lega.l. qui plures.& de leg.iij. ſi quis in principio teſtamenti.& de leg.j. ſi ita ſit adſcriptum . & ſic videmur eligere cum eligimus quem tu nominabis.ſic.j.proxi. reſpon.&.ſ. quod cuiuſque vniuer.l. item eorum.§. ſi decuriones. Sed arg. contra.j. de codicil.l.quidam referunt. Accurſius.

e *Cuius nomen.* licèt ſolum nomen ſit ſcriptum in codicillis. & eſt arg. pro P. qui dixit quòd per ſolũ nomen proprium in teſtamento poteſt fieri inſtitutio, ſicut per duo verba:vt.ſ. de here.inſti.l.j.§. ſin autem.

f *Valet inſtitutio.* hic valet de præterito : quia vel vera eſt,& ſtatim tenet inſtitutio quaſi pura. vel falſa : & ſic tanquam impoſſibilis habetur pro non adiecta: & ſic valet, ſecundum Hug. quod vltimũ non eſt verũ: vt ſupra de iniuſt.teſt.l.cũ in ſecundo teſtamẽto. & facit infra de verb. oblig.l.cõditio &.l.ſi ita ſtipulatus fuero hãc ſummam. & inſtitu. de verbo. oblig.§. conditiones.& ſupra titu.iij.l. circa. & infra de ſecund. tabu. l. an ſcriptus. & de bo.lib.l.iij.§. ſi patronus. & ſupra ſi cer.peta.l. cum ad præſens. Accurſius.

SI *quis in teſtamento.*] CASVS. Ita ſcripſit Gaius in teſtamẽto ſuo: Seius filius meus heres mihi eſto ſi Titium adoptauerit. ſi autem non adoptauerit, exheres eſto . & poſtea deceſſit. filius cũ vellet adoptare Titium, Titius noluit ſe dare ei. certè erit filius heres Gaij quaſi expleuerit cõditionem, cum per eum nõ remaneat. &.h.d. Viuianus.

g *Filius.* vel erat emancipatus : vel ( quod eſt verius) in defectũ mixtæ cõditionis fuit exheredatus : & ſic tenet teſtamentum : vt hîc,&.C. de inſtitu.& ſubſti.l. ſi pater.

h *Heres erit.* imò non erit : vt.j.de leg.iij.l.vxorem.§.heres. vbi dicit inualidum eſſe relictum ſub tali conditione relictum . Sol. ibi ſtetit per filium, hîc non : vt hîc dicit, parato & c.ad quod infra de condi. & demon.l. iure ciuili.&.l.mulcta. &.j.de reg.iur.l. in iure ciuili. Vel dic quòd hæc conditio, ſi adoptauerit, eſt contra bonos mores : & ideo inualida conditio ſeu rogatio de adoptando : vt ibi dicit : & ideo pro non adiecta debet haberi . Et quod hîc dicit filio parato : ſub.maximè. non autè dicit quòd inſtitutio vel legatum non valeat, ſed rogatio de adoptando.

VErba hæc.] CASVS. Ita ſcripſi in teſtamento meo : Publius Mæuius qui eſt filius meus, ſi volet, heres eſto. & deceſſi. certè conditionalis eſt dicta inſtitutio, ſcilicet vt ſi nolit eſſe heres, non ſit: & hoc ideo, quia dictus Publius Mæuius eſt meus filius, vt dixi : & ita eſſet neceſſario mihi heres ſi non poſuiſſem illa verba, ſi volet : & idem eſſet ſi eſſet meus ſeruus. ſi autem non eſſet meus filius vel ſeruus, & ita eſſet voluntarius heres, & non neceſſarius : fruſtra addidiſſem dicta verba, ſi volet: quia & ſi non addidiſſem, non efficeretur mihi heres ſi nollet. Viuianus.

i *In neceſſario.* qualis eſt filius & ſeruus: vt inſtitu. de here.qua.& diffe.in prin.&.§. ſui.

k *Si nolit.* ridiculum tamen eſt fieri exheredationem in hunc caſum : vt ſupra de hered. inſtitu.l. iam dubitari.& facit ſupra de here.inſtitu.l. Cornelius.Arg. contra.j. de manu. teſta.l. ſi quis locuples. in fine.

l *Fruſtra.* ſic. C. de fideiuſſo.l. non rectè.&.ſ. man. qui mutuam. &.j.de verb. obli.l. ſi ita ſtipulatus fuero.§. ſi Titius. Sed arg. contra.ſ.de vſur.l.ſi ſtipulatus.&.j.de leg.j.l. ſiquando.

EI *qui ita.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium ſub conditione ſi.x. dederit Seio, & poſtea deceſſi. certè ad hoc vt habeat hereditatem meam dictus Titius, duo ſunt ei neceſſaria. Pri-



UNED

mum eſt, vt adimpleat conditionem. Secundum eſt, vt poſtea adeat hereditatem meam, per quam aditionem acquiri ſolet hereditas. & idem eſt ſi legaſſem dicto Titio ſub dicta conditione. nam poſt impletam conditionem neceſſe eſt quòd agnoſcat legatum ad hoc vt habeat legatum irrepudiabiliter. loquitur enim hîc de ea acquiſitione legati quæ eſt irrepudiabilis ad hoc vt cócordet iuri quod eſt in hereditate.

Ei qui[a] ita hereditatem vel legatum accepit, ſi decem dederit: neque hereditas, neque legatũ aliter adquiri poteſt, quàm ſi poſt impletam[b] conditionem id egerit ſcriptus heres vel legatarius, per quod hereditas aut legatum adquiri ſolet.[c]

XIIII. MARCIANVS *libro quarto inſtitutionum.*

2 Conditiones contra edicta imperatorum,[d] aut contra leges,[e] aut quæ legis vicem[f] obtinent, ſcriptæ, vel quæ contra bonos[†] mores,[g] vel deriſoriæ[h] ſunt, aut huiuſmodi quas prætores[i] improbauerunt, pro non ſcriptis habentur: & perinde ac ſi conditio hereditati ſiue legato adiecta non eſſet, capitur[k] hereditas legatúmve.

Conditio turpis adiecta in inſtitutione filij vitiat teſtamentũ.

a *Ei qui ita.* aliàs ſi quis ita. aliàs ei qui ita.

b *Impletam.* hîc enim opus eſt adimpleri conditionem: vt.j.de cõdi. & demon.l.qui heredi. §.fina.

c *Acquiri ſolet.* id eſt adierit hereditatem: vel legatum agnouerit. ſed in hereditate poteſt hoc tolerari. ſed in legato qualiter: cũ ſtatim impleta conditione quæratur dominium legatario: vt ſupra quemadmodum ſeruit⁹ amit.l. ſi partem.§.j.& infra de lega. ij. l. ſi legatum? Reſpon.loquitur hîc de ea acquiſitione quæ eſt irrepudiabilis & incom mutabilis: quod cõtingit poſt agnitionem legati. ante enim quæſitum eſt: ſed non ſic vt repudiari non poſſit: & ferè non quæſitum dicitur, cum propter repudiationem perinde habeatur ac ſi legatum non eſſet: vt infra de lega.j.l. ſeruum filij.§. ſi quis.&.l. ſi tibi homo.§. cum ſeruus. & ſupra ad legem Aquil.l. nam ſicut. ergo acquiri ſolet incommutabiliter: ſed ante quæritur, ſed commutabiliter. Item ad hereditatem eſt contra infra de acquir. hered.l. Antiſtius. vbi fit heres implendo conditionem. Solu. ibi impleuit conditionem, vt heres eſſet: hîc vt eſſe poſſet, & purificaret cõditionem: & haberetur pro purè inſtituto: quem conſtat non eſſe heredem niſi adeat. ad quod ſupra de condic. ob cau.l.j.§.j. & de condic. inde.l. in ſumma. §. ſed & agere. & infra eo.l. ſi pupillus. & hic innuit. Item contra.s. de here.inſtitu.l.iam dubitari. in fine. Solu. ibi impleuit conditionem, vt eſſet heres: hîc vt purificaret conditionem. Sed alij hanc diſtinctionem in extraneo admittunt: ſed ſuus ſemper fit extunc heres: vt.d.l.iam dubitari. argu. pro eis infra de conditio. & demonſt. l. conditionibus pupillus. ſed corrigitur.j. de acquiren. here. l. cum bonis. vbi idem in vtroque dicit.

† Huc pertinent ea quæ de promiſſis non ſeruãdis diſſerit M. Ci. lib.1. Offic.

Conditiones.] CASVS. Inſtitui te heredem ſi eam duxeris in vxorem quam de ſacro fonte ſuſcepiſti: vel reliqui tibi legatum ſub dicta cõditione. certè perinde capies hereditatem meam vel legatum, ac ſi dicta conditio non eſſet adiecta hereditati vel legato. & hoc ideo, quia dicta conditio eſt contra dictum imperatoris quod eſt. C. de nuptiis.l. ſi quis alumnam. & idem eſſet ſi appoſuiſſem conditionem quæ eſſet contra.ll. puta inſtitui mihi heredem quendam ſenatorem ſi acciperet in vxorem quandam libertinam: vt.s. de ritu. nupt.l. lege Papia. & idem ſimiliter eſſet ſi appoſuiſſem conditionem quæ eſſet contra ea quæ legis vicem obtinent: puta inſtitui mihi heredem Titium curatorem Seiæ ſi acciperet dictam Seiam in vxorem: vt.s.de ritu nup.l. ſenatuſcõſulto. & idem eſſet ſimiliter ſi appoſuiſſem cõditionem quæ eſſet contra bonos mores: puta inſtitui mihi heredẽ Titium ſi patrem ſuum non redimeret ab hoſtibus: vt.s. eo. conditiones. & idem eſſet ſi appoſuiſſem conditionem quæ eſſet deriſoria: puta inſtitui mihi heredem Titium ſi publicè ſui ludibrium fecerit: vt.s.de his qui not.infa.l.j.&.ij.§. fina. idem eſſet ſi appoſuiſſem talem conditionem quam prætor reprobat: puta inſtitui mihi heredem Titium ſi iurauerit ſe facturum mihi monumentum: vt.s. eo. quæ ſub conditione. Viuianus.

d *Imperatorum.* vt inſtituo te heredem ſi eam ducas in vxorem quam de ſacro fonte leuaſti: vt.C. de nupt.l.ſi quis alumnam.§.fi. idem magis ſi contra edicta Ieſu Chriſti.

e *Contra leges.* vt ſenator libertinam ducat: vt infra de ritu nupt. leg.lege.

f *Vicem obtinent.* vt contra ſenatuſcon. curator adultam ſuam ſibi coniungat: vt.C. de interdic. ma.l.j.

g *Bonos mores.* vt ne patrem ab hoſtibus redimas: vel ne patronũ alàs: vt.s. eo.l. conditiones.

h *Deriſoriæ.* vt ſi ludibrium ſui populo faciat, vel vocetur veſpertilio: vt.j.ad Trebel.l. ſed ſciendum. &.l. facta. §. ſi danda. in fi.§. vel vt.j. eod.l. quidam. Accurſius.

item non dicimur poſſe, quod honeſtè non poſſumus. Barto.

XV. PAPINIANVS *libro ſextodecimo Quæſtionum.*

Filius qui fuit in poteſtate, ſub cõditione ſcriptus heres quã ſenatus aut princeps improbãt,[l] teſtamentum infirmet[m] patris, ac ſi conditio nõ eſſet in eius poteſtate.[n] nam quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem,[o] verecundiam noſtram, & vt generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt: nec facere nos poſſe[p] credendum eſt.

Impoſſibilitas ratione perplexitatis vitiat inſtitutionem. Bar.

XVI. MARCIANVS *libro quarto Inſtitutionum.*

*Si Titius heres erit,[q] Seius heres eſto: ſi Seius heres erit, Titius heres eſto:* Iulianus inutilem[r] eſſe inſtitutionem ſcribit, cum conditio exiſtere non poſſit.

i *Prætores.* vt ſi coëgeris illum per metum tibi vendere, inſtituo te heredem, vel tibi lego: vel ſi iuraueris te aliquid daturum vel facturum: vt.s.eod.l.quę ſub conditione. in prin. & in.§. quoties.

Harmenop. lib.5. tit.5.

k *Capitur.* vt ſupra eo. leg.j. niſi ei à quo relinquitur, impoſita ſit: vt inſtitu. de leg.§.fi. & facit.j. de leg.j. ſi quis inquilinos.in princi. &.§. pe.&.§.fi.

Filius.] CASVS. Ego filium quem in poteſtate habebam, inſtitui mihi heredem ſub prędicta cõditione quã princeps improbauit: puta ſi acciperẽ in vxorem illam quã de ſacro fonte ſuſcepi. certè facit non valere teſtamentũ meum, ac ſi cõditio nõ eſſet in eius poteſtate. nam filius debet inſtitui ſub conditione ſibi poteſtatiua, vt dixi.s. eo. inſtitutio. & eſt ratio quare non videtur eſſe in eius poteſtate dicta conditio: quia credendum eſt facere nos nõ poſſe illa facta quæ lędunt pietatem vel exiſtimationem vel verecundiam noſtram. & vt generaliter dixerim, credendum eſt nos non poſſe facere ea facta quæ contra bonos mores fuerint. & quod dixi in ea conditione quam princeps improbauit, habet locum & in ea quam ſenatus improbauit: puta inſtitui mihi Titiam filiam meam heredem ſi fideiuſſerit pro Seio apud Sempronium, & poſtea ſoluerit. quæ conditio eſt contra ſenatuſconſultum Velleianum. Viuianus.

l *Improbant.* pone exemplum vt.s.l. proxi.

m *Infirmet.* non ita ſi patronus. nam rumpit per contra tabu. ſed conditio habetur pro non appoſita: & ex teſtamento eſt heres: vt.j.de bo. lib.l. ſi libertus ſub conditione. Item quia non habetur hæc conditio pro non adiecta: vt.s.l. proxi. &.l. conditiones. quæ ſunt contra. Reſpondeo vt.s.eo.l.j. notatur.

n *Poteſtate.* quod eſt neceſſe vt valeat inſtitutio: vt.s. de here. inſtitu.l.ſuus.&.C.de inſti. & ſubſti.l. ſi pater.

o *Exiſtimationem.* id eſt famam: vt.j.de var.cog.l.pe.

p *Nos poſſe.* licèt de facto fieri facilè poſſit. ad hoc.j. de verbo.ſig. l.nepos.& de auro & argen.leg.l.veſtis.§. veſtimenta. &.j.de fur.l. pe.&.s. de vſur.l.iij.&.iiij.&.s. quibus ex cau.ma.l.in eadẽ. & xxij. q.ij.c.faciat homo quod poteſt.

Si Titius heres erit.] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo: ſi Titius heres erit, Seius heres eſto: & ſi Seius heres erit, Titius prædictus heres eſto. certè iſtæ inſtitutiones non valent: quia propter perplexitatem conditio exiſtere non poteſt. Viuianus.

q *Si Titius heres erit.* hic Titius ergo debet eſſe primò heres: vt.s.de here.inſti.l. ſeruus alienus.§. ſi quis & alter primò eadem ratione: quod eſſe non poteſt: vt in procemio Digeſt.§. diſcipuli. Azo. ibi, quia quod primum &c. vt.s.tit.j.l.fi.§.Titius. in fi.§.

r *Inutilem.* ratio eſt in euidẽti: quia vt ſit Titius heres, oportet vt primò eius cõditio impleatur, id eſt ꝙ Seius primò ſit heres: vt.d.l. de here. inſtitu. ſed Seius hoc facere nõ poteſt niſi & ſua conditio impleatur, ſcilicet ꝙ Titius primò heres ſit. inuicem ergo propter perplexitatẽ verborũ ſe impediunt. ſic.j.de verb.obli.l. ſi Titius.& de regu.iur.vbi repugnãtia. ſed vbi eſſet impoſſibilis de natura vel de iure, valeret inſtitutio, ea habita ꝓ non ſcripta: vt.s. e.l.j.&.l.cõditiones.&.l.ſi quis ita inſtitutus.& inſti.de here.inſti.§.impoſſibilis.quę ſunt cõtra. Item videtur ſuperuacua hæc cõditio: vt.s.eo.l. verba.cõtra. Sed ibi implere conditionẽ, ſcilicet volẽdo fieri heres & adire, ab eodẽ & ſimul fiunt: hîc ab alio: vnde debet impleri cõditio prius quàm alter poſſit adire: vt.j.eo.l.ſi ita ſcriptũ. quod euidẽtius apparet ſi ponas conditionẽ quę eget longo tẽporis tractu, vt ſi

vt ſi domum fecerit. Item an erit idem econtra ſi dicam, Titius heres eſto, ſi Seius heres non erit: & Seius heres eſto, ſi Titius heres non erit? Sed poteſt ibi dici quòd extenſio huius verbi, erit, dabit vtilem vel inutilem inſtitutionem: & ſic expectabitur alterius repudiatio. Vel dicas quòd qui primò adierit, ille ſit heres: & ſi alius poſtea velit, non poteſt: vt arg. j̃. de verborum obl. l. ſi Titius. Sic ergo aliud eſt in conditione faciendi: & aliud in non faciendi. ſic aliàs in altera cauetur: vt ſupra eodem l. ſi quis ita. & j̃. de condi. & demon. l. Mutianæ. altera impleri debet ante: vt ſupra de here. inſti. l. iij. §. ſi quis. & j̃. de condit. & demonſtr. l. qui heredi. §. fi.

ditio exiſtere non poſſit. [a]

XVII. FLORENTINVS *libro decimo Inſtitutionum.*

SI plures [b] inſtitutiones ex eadem parte [c] ſub diuerſis [d] conditionibus fuerint: conditio quę prior extiterit, occupabit inſtitutionem.

Conditio adiecta in inſtitutione, videtur in legato repetita. Bartolus.

XVIII. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

CVm ſeruus [e] purè liber, & heres ſcriptus [f] ſub conditione [g] ſit, & ſi heres non extiterit, [h] legatum acceperit: in legato repetitam †videri *conditionem [i] diuus Pius reſcripſit. Hac ratione & Papinianus ſcribit, cū auia nepotem ſub conditione emācipationis pro parte heredem

a *Non poſſit.* vtraque vel altera. duæ enim ſunt.

SI *plures.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium in duabus partib⁹ hereditatis meę: & Seium inſtitui mihi heredem in tertia parte ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit: & Gaium inſtitui in eadē tertia ſi Sempronius conſul factus fuerit: & poſtea deceſſi. certè quæcunque dictarum conditionum prius extiterit, ille habebit dictam tertiam cui fuit adſcripta dicta conditio quę prius extitit. Viuianus.

†Excepto vno caſu quem Ludo. Rom. ponit in ſing. ſuis in verb. conditio. vide omnino per Barto. in. l. ſub cōditione. j̃. de here. inſtit.

*Sūt qui dicant hic legendum eſſe libertatē, cōtra fidem Florent. & omnium librorum, & contra rationem iuris, ni fallor.

b *Si plures.* Inſtitui Titium ex triente, ſi nauis ex Aſia venerit. item Seium ex eodem triente, ſi nauis venerit ex Africa. Et ſecundū hoc propriè dicit plures inſtitui: & nil eſt contra. Vel dic quòd eūdem ſic inſtitui. ſed tunc quo modo plures? Reſpon. quia bis facta fuit, tamen in eandem partem, & in eundem heredem.

c *Eadem parte.* in ſpecie. Sed quid ſi ex alio triente primo, & ex alio ſecundo inſtituit eundem ſub diuerſis conditionibus? Reſpon. exiſtente conditione vnus inſtitutus ex ea erit heres: & ſi in ſecundo habeat inſtitutus ſubſtitutum, expectatur conditionis euentus illius inſtitutionis: alioquin idem quod hîc, vt in ſolidum ſit heres: vt infra de acquir. here. l. cum heres. §. fina. & l. ſequ. & s̃. de heredi. inſtitu. l. ſi te ſolum. in prin. & §. j. Accurſius.

d *Sub diuerſis conditionibus.* in diuerſis teſtamenti partibus appoſitis ſecūdum Io. Sed contra j̃. de condit. & demon. l. ſub diuerſis. & l. quod traditum. & l. nam ad ea. Sed hîc à primo recedere noluit, & hoc expreſſit: alioquin contra pręſumitur. Vel hîc fuerunt alternatiuè poſitæ. Azo. & ſimul, ad quod eſt quod no. s̃. eod. l. ſi heredi. Vel hîc in hereditatibus in quibus non fuit tantum expectandum vt teſtamentū valeat: illud in legatis. & facit. s̃. de procu. l. pluribus.

CVm *ſeruus.*] CASVS. Sticho ſeruo meo dedi libertatem pure, & eum heredem inſtitui ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit: & ſi heres mihi non extiterit, legaui ei centum: & poſtea deceſſi. vult ergo modò dictus ſeruus habere ſtatim legatū, & repudiare hereditatem. certè non habebit legatum niſi prius exiſtat prædicta conditio hereditati appoſita. videtur enim in legato repetita: & ita etiam videtur repetita conditio in iſto alio caſu: Titia inſtituit ſibi heredem nepotem ſuum Seium in dimidia hereditatis ſuæ ſub cōditione ſi emanciparetur à patre ſuo: & poſtea fecit codicillos in quibus legauit eidem nepoti centum vltra illud in quo eum heredem inſtituit: & poſtea deceſſit. certè eadem conditio videtur repetita in legato in codicillis dato, quæ fuit adiecta in inſtitutiōe: quāuis in legato non feciſſet ſubſtitutionem ſine repetitione conditionis, ſicut fuit adiecta in inſtitutione. Viuianus.

e *Cum ſeruus.* proprius teſtatoris: alij de alieno: vel teſtatoris, ſed viuo teſtatore alienato. Accurſius.

f *Scriptus.* pro parte: vt conueniat cum ſeq. caſu, quia dicit de legato quod non valeret niſi ab inteſtato eſſet repetitum ſi coheredem non haberet: vt. C. de fideicomm. l. eam quam.

g *Sub conditione.* ſi Titius fuerit conſul.

h *Non extiterit.* quia defecit conditio.

i *Conditionem.* ſcilicet quòd Titius ſit conſul: & dic etiam libertatem: vt hîc, & infra de condit. & demonſtr. l. auia. alioquin inutile eſſet legatum: vt. C. de leg. l. ſeruus. & adde de libertate vt dicitur & not. ſupra titu. iij. l. Trebatius. & l. ſequen. Item hoc niſi talis ſit conditio quæ legatum reddit inutile: vt infra de leg. j. l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. & l. ſi quis à filio. & infra de fideicommiſ. lib. l. fin. & infra de verb. oblig. l. Titia. §. idem reſpondit. quæ ſunt arg. contra. Azo.

inſtituit, & poſtea codicillis ſcriptis hoc amplius ei legauit, [k] quàm quòd heredem eum inſtituit, repetitam videri conditionem emancipationis etiam in legato, quamuis in legato nullam, vt in hereditate, ſubſtitutionem *feciſſet.

*Hal. mentionem.

XIX. IDEM *libro octauo Inſtitutionum.*

SI ita ſcriptum fuerit, *Titius heres eſto: ſi Titius heres erit, Mæui⁹ heres eſto:* ſi Titius ſuſpectam adierit [l] hereditatē, poteſt Mæuius ſuo arbitrio adire, & quartam retinere.

Conditio de non petēdo in vltimis volūtatibus, per acceptilationē impletur. Idem ſi alio modo de iure peti non poteſt. Barto.

XX. LABEO *libro ſecundo poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

k *Hoc amplius ei legauit.* prædia illa ſub. vt infra de condit. & demonſt. l. auia. & not. de repetitione ſic. j̃. de cōdit. & demonſtr. l. cum ſeruus. in princip. & de lega. ij. l. Latinus. in fin. & infra de manu. teſta. l. diuus. & de leg. iij. l. in repetendis. & infra de vſufruct. lega. l. codicillis. Sed arg. cōtra ſupra titu. iij. l. ſub conditione. & infra de an. leg. l. Seio. §. vxori. & ſupra de actio empt. l. ſi venditor. & not. inſtitut. ad. l. Aquil. §. ex hoc capite.

SI *ita.*] CASVS. Ita ſcripſi in teſtamento meo: Titius heres mihi eſto: & ſi dictus Titius heres erit, mihi Mæuius heres eſto: & rogo eos ambos per fideicommiſſum vt hereditatem meā reſtituant Sempronio: & poſtea deceſſi. cum Titius nollet adire meam hereditatem, Sempronius fideicommiſſarius fecit eum cogi per pretorem vt adiret: & ita Titius coactus adiuit. ſicque quartam non retinuit: tamen reſtituit Sempronio ex Trebelliano partem quam coactus adiuit. modò quæritur, vtrū prædictus Mæuius poſſit pro ſua parte adire ſuo arbitrio ſine coactione, & quartam retinere cū reſtituet Sempronio prędicto? & videtur quòd non: quia cum Titius ſuſpectam adiuerit, perinde eſt quantum ad eum ac ſi non adiuiſſet. vnde quia Titius non adiuiſſet, videtur quòd Mæuius adire non poſſit: qui Mæuius fuit à me inſtitutus ſub conditione ſi Titius adiuiſſet, vt dictum eſt. Item & quia Titius coactus adiuit: videtur quod Mæuius adire debeat eodem modo ac ſi eſſet coactus, & ſic quartam non retineat. dicitur tamen hîc quòd & ſuo arbitrio poſſit adire dictus Mæuius: & quòd quartam Trebellianicam à Sempronio retinere poſſit. Viuianus.

l *Adierit.* Coactus per fideicommiſſar. quia erant rogati alij reſtituere. Item adeunte Titio completa eſt conditio Mæuij: vt ſupra titu. ij. l. iij. §. ſi quis. dubitatio autem huius legis erat hæc ſecundum Azo. quia cum Titius ſuſpectam adiit, perinde eſt quātum ad eum ac ſi non adiiſſet: vnde quaſi non adiiſſet, videbatur quòd hic adire non poſſet: vel quia Titius fuerit coactus adire, videbatur quòd & hic coactus adire debet: & ſic quartam retinere non debet: quia qui coactus adierit, quartam non retinet: vt infra ad Trebel. l. quia poterat.

Aditio coacta Trebel. impedit.

MVlier.] CASVS. Titia vxor mea promiſit mihi cētum nomine dotis, & feci ſecum pactum de dicta dote lucranda ſi ipſa in matrimonio præcederet. poſtea conſtante matrimonio ipſa venit ad mortem, & inſtituit me heredem ſub conditione ſi dicta. c. non peterem nec exigerem: & dedit mihi duos coheredes purè: & poſtea deceſſit. certè ſi ego denuntiem dictis meis coheredibus quòd per me non ſtat quo minus liberem eos per acceptilationem ab obligatione dictorum. c. ſtatim ſum heres pro tertia parte. ſi autem non dedit mihi aliquem coheredem dicta mea vxor, videtur me inſtituiſſe ſub impoſſibili conditione, eo quòd non habeo cui denuntiem: & ſic ero eius heres inſolidum habita dicta conditione impoſſibili pro non ſcripta. [SI QVIS HEREDITARIVM.] Inſtitui mihi heredem Titium ſi manumitteret Stichum ſeruum meum: & poſtea deceſſi. certè poteſt Titius manumittere dictum Stichum de facto, licèt non de iure: & heres eſſe: & poſt aditionem hereditatis per Titiū factam cōualeſcet libertas Stichi. [SI QVIS TE.] Titius inſtituit te heredem ſub conditione ſi tu eum inſtituiſſes heredem. certè quocunque gradu probes te eum inſtituiſſe, eris eius heres. & idem eſſet ſi Titius inſtituiſſet te heredem ſub conditione, ſi tu ei aliquid legaſſes. nam quocunque gradu probes te ei aliquid legaſſe, eris eius heres. Viuianus.

MVlier quæ viro ſuo ex dote promiſſam pecuniam debebat, [a] virum heredem ita inſtituerat, [b] ſi eam pecuniam quā doti promiſiſſet, neque [c] petiſſet, neque exegiſſet. Puto, ſi vir denuntiaſſet cæteris heredibus, per ſe non ſtare quo minus acceptum faceret id quod ex dote ſibi deberetur, ſtatim eum heredē futurum. Quòd ſi ſolus heres inſtitutus eſſet in tali conditione, nihilominus puto ſtatim eum heredem futurum: quia ἀδύνατος † conditio pro non ſcripta [d] accipienda eſt.

Si conditio non poteſt impleri de iure, ſufficit quod impleatur de facto. Bartolus.

Si quis hereditarium ſeruum iuſſus eſt manumittere, & heres eſſe: [e] quamuis ſi manumiſerit, nihil agat, tamē heres erit. verum eſt enim eum manumiſiſſe: [f] ſed poſt aditionem libertas ſeruo data ſecundum voluntatem teſtatoris conualeſcit. [g]

Subſtitutus eſt proprie inſtitutus: vel ſubſtitutio eſt proprie inſtitutio. Bartolus.

Si quis te heredē ita inſtituit, [h] † ſi ſe heredem inſtituiſſes, aut quid ſibi legaſſes: nihil intereſt quo gradu is à te heres inſtitutus, vel quid [i] ei legatum ſit, dummodo aliquo gradu id te feciſſe probes.

XXI. CELSVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

SEruus alienus ita heres inſtitui poteſt, *Cum liber erit:* proprius autem ita inſtitui non poteſt: [k]

B

XXII. GAIVS *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

QVia ratio [l] ſuadet, eum qui libertatem [m] dare poteſt, ipſum debere aut præſenti die, aut in diem, aut ſub conditione dare libertatem, nec habere facultatem, in caſum à quolibet [n] obuenientis libertatis heredem inſtituere.

XXIII. MARCELLVS *libro duodecimo Digeſtorum.*

C

*VTer ex fratribus meis conſobrinam* [o] *noſtram duxerit vxorem, ex dodrante:* [p] *qui* † *non duxerit, ex quadrante heres eſto.* [q] aut nubit alteri, aut non vult nubere. cōſobrinam qui ex his duxit vxorem, habebit dodrantem: erit alterius quadrans. Si neuter eam duxerit vxorem, non quia ipſi ducere noluerunt, ſed quia illa nubere noluerit: ambo in partes æquales admittuntur. [r]

† Id eſt impoſſibilis. nam Græci hoc verbū tam pro neceſſaria quā pro impoſſibili vſurpant. Cont.

† Sic ſubſtitutio dicitur propriè inſtitutio. Bal. in rub. C. de impube. & ali. ſubſtitu. nec debet fieri niſi verbis expreſſis. Bal. in. l. ſi. 10. oppo. C. de here. inſtitu.

† Hæc verba olim aberant in manuſcriptis ſed poſtea fuère addita ex Piſano libro. Cont.

a *Debebat.* ſub pacto lucrādæ dotis ſi ipſa præmoriatur, vt habeāt locum ſequentia.

b *Inſtituerat.* pro parte.

c *Neque petiſſet.* id eſt, accepto ferret. & ſic iuris ſunt: vt infra de libe. lega. l. iij. §. nunc de effectu. aliàs locum haberet cautio Mutiana: vt infra de conditio. & demonſtratio. l. Mutianæ.

d *Pro non ſcripta.* vtpote impoſſibilis, cum nō eſt cui caueat: vt ſupra eo. ſi qui. §. idem Iulianus. &. j. de condit. & demonſtr. l. Mucianæ. & facit ad hoc. C. de here. inſtitu. l. ſi compenſandi.

e *Heres eſſe.* & hæc inſtitutio nulla videbatur, cum prius deberet manumittere ſeruū hereditarium, quàm heres eſſet: vt ſupra de heredi. inſtitut. l. iij. §. ſi quis. & infra de condi. & demon. l. qui heredi. in fine. & manumittere non poterat niſi heres eſſet, vtpote non dominus: vt. C. de his qui à non do. l. iiij. valet tamē magis per voluntatem defuncti quàm per manumiſſionem.

f *Manumiſiſſe.* ſcilicet de facto: & ſic non ſufficit de facto fieri, etſi de iure non teneat: vt. j. de ſta. libe. l. pe. & l. Stichus ſi here. & infra de manumiſſ. teſt. l. ſeruū teſtamento. & infra de condit. & demonſtr. l. Mæuius. &. j. de verb. oblig. l. quidam. in fine. Sed arg. contra infra de condit. & demon. l. hęc cōditio. & ſupra quod quiſque iur. l. j. in fin. & C. ſi man. ita fue. ali. l. ea quidem.

g *Conualeſcit.* contra infra qui & à qui. l. ſi ſeruo. vbi non conualeſcit. Solu. non ipſo iure, vt ibi: ſed tamen ſi veniat contra factū ſuū, obſtabit exceptio: vt. ſ. de pig. act. l. ſi rem alienam. & l. j. & de pig. l. ſi à Titio. & facit ad hoc. C. de lib. cau. l. ſi ab eo. & quod ibi not.

h *Inſtituit.* in præteritum, non in futurum: vt. ſ. tit. ij. l. hoc articulo. & j. de his quæ pro non ſcrip. l. j. in ſi.

i *Vel quid.* ſub. etiam modicum.

SEruus.] CASVS. Seruum Titij inſtitui mihi heredem, cum liber erit. certè valet inſtitutio. proprium autem meum ſeruum non poſſem taliter inſtituere: quia cum ei libertatem dare poſſem, debeo ei dare libertatem ſi volo eum liberum eſſe, & mihi heredē vel purè vel in diem, vel ſub cōditione: nec facultatem habere debeo inſtituendi eum heredem in caſum obuenientis ei libertatis à quocumque alio. & hoc dicit cum. l. ſequ. Viuianus.

k *Non poteſt.* ſcilicet vt inſtitutio ſit conditionalis. Ro. ſed erit pura conditione habita pro non ſcripta. tu dic, nulla eſt omnino, ſecundum Io. vt hîc dicit. Sed contra. ſ. tit. ij. l. talem. in prin. Solu. ibi bis data fuit libertas ſeruo. Primò purè & vtiliter, ſecundò ſub cōditione, & inutiliter, vt & hîc: quare licèt ex ſecunda datione non teneat, tenet tamen ex prima pura & vtili. Item facit inſtit. qui tu. da. poſ. §. ſeruus. vbi eodem modo diſtinguitur in ſeruo tutore dato: licèt illa diſtinctio videatur tolli per. l. ſ. de teſt. tu. l. ſi hereditas. §. fin. vbi non refert inter ſeruum ſuum & alienum tutorem datū. Sed dic quòd vterque liber eſt: ſed alter directò, cum ſuus: alter per fideicommiſſum, cum alienus.

l QVia ratio. Si volo ſeruum meum heredem inſtituere, debeo ei libertatem relinquere vel purè, vel in diem, vel ſub conditione: nec debeo fortunæ committere vt fiat liber ab aliquo domino futuro, vt ſic poſtea ſit heres. Azo. Vel dic ratio, ſcilicet vt non pendeat ex alieno arbitrio. vt ſupra tit. ij. l. illa. Item & ille qui poteſt ſtare certò, non ſtet incertò: vt dicit prouerbium: vt hîc, & ſ. tit. ij. l. quoties. §. heredes. Accurſius.

A m *Libertatem dare.* ſcilicet ex quo dat ei hereditatem. Sed contra. ſ. tit. ij. l. hereditas ex die. Sol. libertas & hereditas poteſt differri, vt poſt Paſcha ſit liber & heres: ſed tantùm heres non. verùm in prædicto caſu ſubducitur tempus quantum in hereditate: vt ſic habeat cōmodum medij temporis, ſecundum Azo. Vel dic, ex die incerto: vt ſupra titu. ij. l. in tempus. & l. qui filio. Accurſius.

n *A quolibet.* futuro domino, quaſi fato committendo: ad quod. j. de condi. & demonſt. l. j. in fin. & de leg. iij. ſed & ſi ſic. Accurſius.

VTer.] CASVS. Ego habēs duos fratres, & vnam conſobrinam: ita dixi in teſtamento meo, Vter ex fratribus meis conſobrinam noſtram vxorem duxerit, heres mihi eſto ex dodrante: ille autem frater meus qui eam non duxerit, heres mihi eſto ex quadrante. & poſtea deceſſi: & dicta conſobrina nupſit vni de dictis meis fratribus. certè ille cui ipſa nupſit, habebit dodrantem hereditatis meæ, & alter quadrantem. ſi autem aliquis eorum non duxit eam in vxorem, eo quòd ipſa noluit: tunc erunt ambo mihi heredes pro æquali portione: quia per eos non remanet quin conditionem adimpleant: ſicut ſi eſſent inſtituti heredes ſi darent centum Titio, vel facerent mihi monumentum: & per eos non remaneret quin darent centum,
D vel monumentum facerent. & idem eſſet ſi dicta conſobrina deceſſiſſet viuo me teſtatore: & ita certum eſt quòd per eos non remanet quin conditionem adimpleant. & hoc dicit cum. l. ſequ. Viuianus.

o *Conſobrinam.* quæ dicitur conſobrina, habes inſtitut. de gradi. §. quarto. & licitum eſt tale matrimonium ſecundum leges: vt inſtit. de nup. §. duorum autem. & intellige hoc verum quando honeſtè ei nubere poterat: aliàs conditio pro non adiecta habetur: vt. C. de inſtit. & ſubſtit. l. ij. & j. de condit. & demonſtr. l. cum ita. & l. ſequ. & l. Titio. §. j. & ſic tunc vterque admittitur in ſemiſſe: vt infra proxi. ſatis probatur. ſed ſecundum canones conſtat talem conditionē pro non adiecta debere haberi: cum interdictum ſit tale matrimonium. Azo.

p *Dodrante.* id eſt. ix. vnciis.

q *Heres eſto.* hæc inſtitutio eſt pura: ſed diſtributio partium ſub
E conditione: vt infra. l. proxi. in ſi. vnde viriles habent portiones deficiente conditione: & ſecundum hoc non eſt contra. j. de condi. & demonſtr. l. in teſtamento. vbi aliter diſtinguitur: quia ibi ſub conditione fuit relictum.

r *Æquales admittuntur.* Quid ſi alteri nupſerit, & per alterum non ſtetit quo minus ei nuberet? Reſpon. ſecundum Io. alter. ix. alter. iij. habebit: licèt finis huius. l. ei ſit contrarius. Azo. ſed non ob. quia vtrique nubere non poterat. Item pone quòd neuter vult eā ducere. Io. viriliter admittentur: quia duplex eſt inſtitutio: ſcilicet pura ſine parte, item cum partibus diſcretis ſub conditione: vt infra l. proxi. ſicut ſunt duo arbitri pręcepta: vt ſupra de arb. l. Celſus. cum ergo deficit conditionalis, remanet pura: vt ſupra titu. ij. l. ſi quis ita ſcripſerit. Et ſic quatuor caſibus vterque admittitur in virilem portionem, & æqualem: id eſt vterque in ſemiſſem: puta ſi illa moriatur viuo teſtatore, vel etiam poſtea, dummodo antequā ſit in mora contrahendi: vt. j. l. proxi. &. j. de condit. & demonſtr. l. pen. §. j.

pen.§.j. Item ſi illa non vult nubere. Item quando vterque ſine iuſta cauſa non vult. Item quando honeſtè eam ducere non poſſunt: vt dictum eſt. Econtra in duobus inæqualiter: ſcilicet ſi alteri nupſerit poſt mortem teſtatoris, vel in vita poſt teſtamentum: vt hîc, &.C.de inſti.& ſubſtitut.l.ſi quis heredem. Item ſi alter noluit ducere volentẽ: vt hîc in fi. colligitur.

Plerumque [a] enim hæc conditio, *ſi vxorem duxerit, ſi dederit, ſi fecerit*: ita accipi oportet, quòd per eum non ſtet quo minus ducat, det, [b] aut faciat.

XXIIII. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

*Qvi ex fratribus meis Titiam cõſobrinam vxorem duxerit, ex beſſe heres eſto. qui non duxerit, ex triente heres eſto.* Viuo teſtatore [c] conſobrina defuncta, ambo ad hereditatem venientes, ſemiſſes habebunt: quia verum eſt [d] eos heredes inſtitutos, ſed emolumento portionum euẽtu nuptiarum diſcretos.

B

XXV. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

SVb conditione heres inſtitutus ſeruus, ſine iuſſu domini cõditioni parêre † non poteſt. [e]

C

XXVI. POMPONIVS *libro ſecundo ad Quintum Mucium.*

SI pupillus ſub conditione [f] heres inſtitutus fuerit: conditioni etiam ſine tutoris auctoritate parêre poteſt. Idemq; eſt & ſi legatum ei ſub conditionẽ relictum fuerit: quia conditione expleta, pro eo eſt quaſi purè ei hereditas vel legatum teſtatorem ſit. [g]

Conditio quæ continet inhumanitatem, reſpuitur: & ex ſermonibus incongruis pręſumitur quis non ſanæ mentis, niſi probetur contrarium. Bartolus.

D

XXVII. MODESTINVS *libro octauo Reſponſorum.*

[a] *Plerumque.* nam quãdoque nõ ſic eſt: vt poteſt colligi ex diſtinctione quã not.ſ̃.eo.l.j. H.

[b] *Det.* ſic in authen. vt exac.inſtan. do.§.fin. & facit ad.l.j̃. de ſecun. tabu.l.ij.§.ſi quis ita.& de an.leg.l.Mæuia.in prin. &. C. de condi. inſer.l. iij.&.C. de inſti.& ſubſtit.l.j.&.j̃.de leg.j l.turpia.§.ij. & de contrahẽ. empt.l.hæc venditio.& ſupra de hered.inſtitu.l. quoties.§. ſi quis. & infra de condi.& demon. l.ſi Titius.&.j̃.l. proxi.

*Qvi ex fratribus.*

[c] *Viuo teſtatore.* vel poſt mortem ante moram: vt ſupra. leg. proxima not. Item dic quòd & in vita teſtatoris poteſt impleri: vt ibi not.

[d] *Quia verum eſt.* hæc eſt ratio quare hæc & ſuperior .l. non obſtat diſtinctioni quæ fit infra de condi.& demõſt. l.in teſtamento. & facit ad hoc ſupra.l.proxi.cũ ſuis concor.

Sunt qui putent negationem hanc abundare.nã con ſtat ſeruum conditioni ſine iuſſu domini parere poſſe.l. ſ.j̃.de cond. & dem. niſi dicas poſſe quidem, nõ tamen vt ob id videatur dominus ſe geſſiſſe pro herede.

*SVb conditione.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Stichum ſeruum Titij ſub conditione ſi aſcenderit ipſe Stichus capitolium. & poſtea deceſſi. certè non poteſt Stichus adimplere conditionem inuito domino ſuo, ſcilicet quantum ad hoc vt dominus fiat heres. Sed pupillus ſub cõditione inſtitutus, vel cui ſub conditione eſt legatum relictum, bene poteſt parere conditioni etiam ſine auctoritate tutoris: quia propter hoc non efficitur ſtatim pupillus heres, vel acquirit legatum: ſed in eo ſtatu efficitur quaſi purè ei hereditas relicta ſit vel legatum. & hoc dicit cum.l. ſeq. Viuianus.

[e] *Non poteſt.* vt dominus fiat heres: paret tamen, & facit puram, vt dominus poſſit iubere adire: vt.j̃.de condi. & demon.l.in conditionibus. §. j. quæ eſt contra. Vel dic quòd nec eam purificat ſi domino non placet quod facit. alioquin ſic, vt ibi: vt ita poſſit iubere adire. & facit.j̃.l. proxi.

[f] *SI pupillus ſub conditione.* ſi ſeruierit illi per menſem. ſecus ſi in dãdo: vt no.j̃.de cõdi.& demon.l.in cõditionibus. in prin.

[g] *Relictum ſit.* quaſi dicat, non eo ipſo quęritur hereditas vel legatum. nam nec purè relicta ſtatim quæritur: vt.ſ̃.eo.l. ſi quis ita. & ibi not.ſ̃.de condic. ob cau.l.j.§.j.

*QVidam.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium ſub conditione, ſi reliquias eiuſdem Titij teſtatoris proiiceret in mare.& poſtea deceſſit dictus teſtator. Seius autem prædictus heres non proiecit reliquias in mare: ſed tradidit eas ſepulturæ in memoriam humanæ conditionis. nunquid repellitur dictus heres ab hereditate? & videtur quòd ſic: quia dictus teſtator videtur propter ſuum præceptum nõ fuiſſe ſanæ mentis: & ideo non potuiſſe aliquem inſtituere: & ſic illum qui eſſet legitimus heres ab inteſtato, poſſe de iure hereditatem habere: & ita verum eſt, niſi heres ſcriptus probet contrarium, ſcilicet teſtatorem non fuiſſe furioſum. ſi autem probet, non eſt ab hereditate repellendus: laudandus eſt enim ex eo quòd non proiecit dictas reliquias in mare.

[QVEM TESTAMENTO.] Ei Titio quem teſtamento purè inſtituit ſibi heredem Seius, codicillis à ſe Seio poſtea factis adſcripſit conditionem dictus Seius in dictis codicillis: & ita ſcripſit: Volo mihi eſſe heredẽ Titium ſi det Gaio centum. nunquid ſi vult hereditatem Titius, tenetur dare centum dicto Gaio? & dico quòd nõ. hereditas enim nõ poteſt adimi in codicillis: & dictus teſtator intelligitur cogitaſſe de adẽptione hereditatis in codicillis facienda, ſi heres non adimpleret dictam conditionem in codicillis appoſitam. ſicut autem nõ poteſt adimi hereditas in codicillis, vt dictum eſt: ita nec dari. & hoc dicit tota lex. Viuianus.

QVidam in ſuo teſtamento heredem ſcripſit ſub tali cõditione, ſi reliquias eius in mare abiiciat. Quærebatur, cum heres inſtitutus cõditioni non paruiſſet, an expellendus eſſet ab hereditate. Modeſtinus reſpondit: Laudandus eſt [h] magis quàm accuſandus heres, qui reliquias teſtatoris nõ in mare ſecundum ipſius voluntatem abiecit, ſed memoria humanæ conditionis ſepulturæ tradidit. Sed hoc prius inſpiciendum eſt, ne [i] homo qui talem cõditionem poſuit, neque compos mentis eſſet. [k] Igitur ſi perſpicuis rationibus hæc ſuſpicio amoueri poteſt: [l] nullo modo legitimus heres de hereditate controuerſiam faciet ſcripto heredi. Heredi, quem teſtamento purè inſtituit, codicillis ſcripſit [m] † conditionem. quæro, an ei parere neceſſe habeat. * Modeſtinus reſpondit: Hereditas codicillis [neque dari [n]] neque adimi poteſt. porrò in defectu conditionis, de ademptione hereditatis cogitaſſe intellegitur. [o]

† adſcripſit. *non, vt eſt in l.6.j.de iur.codic.

Filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua quę nõ poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu decedẽtis, antequã impleat cõditionem, fit locus ſubſtituto & veniẽtibus ab inteſtato ipſo viuo: ſecus in ea conditione quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt adimpleri: quia tunc ipſo mortuo admittuntur. Bar.

XXVIII. PAPINIANVS *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

[h] *Laudandus eſt.* eſt enim deriſorium: vt ſupra eo. conditiones. ſic & aliàs voluntati teſtatoris non paretur: vt infra ad Trebel. l. debitor.ibi, nam & eum &c &.C.de his qui.vt indi. l. non oportet. & infra de lega.j.l. ſeruo alieno. §.fi.& ſupra de relig. & ſum.fu.l. at ſi quis. §.at ſi quis.&.§.hęc actio.& C.de inſti. & ſubſtitu. l. reprehendenda. Azo. Item facit ſupra de peri.& commo. rei vend. l.j.§. licet. Sed arg. contra infra de condit. & demonſt.l.Mæuius. Solu. hic fauore religionis ſpeciale. argu. ſupra de religio.& ſum.fu.l. ſunt perſonæ.

[i] *Ne.* id eſt an.

[k] *Mentis eſſet.* quod eſt verum, vt præſumatur non fuiſſe compos mẽtis, niſi probetur contra

[l] *Amoueri poteſt.* per ſcripturam probantem eum fuiſſe ſanæ mentis. ex ſermonibus enim præſumitur non ſanæ mentis: hoc eſt, talis pręſumitur non ſanæ mentis: hoc eſt, talis præſumitur, cuius verba gerit: vt hîc, &.ſ̃. de tut.& cura.da.ab his.l.is qui.§.diuus.&.j̃. de lega.j.l.apud Iulianum.§.fin.& l.iiij.§.j. ſic & talis, cuius & geſta ducit: vt.j̃. de iniur.l. itẽ apud.§.ſi quis virginem, quo non probato, inſtitutio nulla eſt: vt.C.de teſta.l.qui in poteſtate.& ſic legitimus faciet controuerſiã hereditatis.& facit.C.qui teſta.fa.poſ.l.iij.&.C.de codicillis. l. nec codicillos. Item no. arg. quòd ſi quis vtatur re vt dominus, quòd præſumitur dominus, licèt non ſit: quia poſſideat.

E

[m] *Adſcripſit conditionem.* ſub.ei quem &c.

[n] *Dari.* directò: vt.ſ̃. eo. l. inſtitutio. & inſtit. de codicillis. §. fin. &.C.de codicil.l.ij.niſi à milite: vt.j̃.titu.ij.l.quærebatur. &.l. militis.in princip.

[o] *Intelligitur.* ſed an cum effectu eſt cogitatio? Reſpon. quidam ſic, vt confiſcetur: vt. C. de his qui. vt indig. l. hereditas. Sed ibi expreſſim, dixit eos indignos. Item pro eis. j̃. de leg.iij. l. cum quis decedens.§.Sciam. in fi. Sed ibi alij aſſignauit. Et eodem modo reſpon.ad.l.j̃.ad Treb.l.Scęuola. Itẽ pro eis.j̃. de his qui. vt indig.l. quidam. Sed ibi perfectum fuit ſecundum teſtamentum: hîc codicillus. Sed Azo dicit quod inuanum cogitauit: vt infra de codicil.l.diuus. & inſtit. de codicil. §. fina.ibi, neque conditio &c. item pro eo. C. de teſta.l. hac conſultiſſima.§. ſi quis autem. ſed interpretari poteſt: vt.ſ̃.de teſti.l.heredes.§.ij.

*SI filius.*] CASVS. Ego habens filium in poteſtate, & ex eo duos

nepotes: inſtitui mihi heredem dictũ filium ſub conditione quæ erat in eius poteſtate: nam nec ſub alia conditione poteram eum inſtituere ad hoc vt valeat meum teſtamentum: & dictos meos nepotes ei ſubſtitui, & poſtea deceſſi: & poſtea venit ad mortem dictus meus filius antequam adimpleret dictam conditioně. quæritur, vtrum dicti nepotes veniant ex ſubſtitutione filio in mortis articulo conſtituto? & diſtinguitur inter poteſtatiuas cõditiones. nã aut fuit talis quæ nõ potuit impleri moriente filio: veluti ſi ad Alexãdriam ierit filius, heres eſto. & dictus filius Romæ eſt in mortis articulo, quæ valde ab Alexandria diſtat. aut fuit talis poteſtatiua cõditio quæ potuit impleri. extremo momento vitæ: veluti ſi Titio.x. dederit filius, heres eſto. quæ vltima poteſt adimpleri per alium nomine filij prædicti. primo caſu veniũt nepotes ex ſubſtitutione filio in mortis articulo conſtituto, & adhuc viuo. nã cum certum ſit eo tẽpore filium Alexãdriam ire nõ poſſe: ergo certũ eſt eum non extiturum heredem: & ſic veniunt ſubſtituti ad hereditatem. ſi autem retento eodem caſu nõ habuiſſet aliquem ſubſtitutũ filius, exiſteret mihi heres legitimus ipſe idẽ filius in mortis articulo conſtitutus. & ad iſtum eundem caſum adduco tale ſimile: Titius inſtituit ſibi heredem Seium ſi in capitolium aſcenderit. quòd ſi non aſcẽderit, legauit ei centum. poſtea dictus Seius fuit in mortis articulo conſtitutus antequam capitolium aſcenderet: & ita certũ eſt eum aſcendere nõ poſſe capitolium, & ſic nõ poſſe eſſe heredem. certè incipit cedere dies legati ſtatim cum cœpit eſſe Seius in mortis articulo. Secundo autẽ caſu, id eſt quando filio meo quem inſtitui, appoſui cõditionem poteſtatiuam quæ poterat adimpleri vltimo vitæ momento: non admittuntur ad hereditatẽ nepotes prædicti filio ſubſtituti, viuo ipſo filio, licèt in mortis articulo cõſtituto: qui quidem mei teſtatoris nepotes exiſterent mihi auo heredes ab inteſtato mortuo dicto meo filio, ſi eos non ſubſtituiſſem eidẽ filio: nec eis nepotibus ab inteſtato mihi ſuccedentibus, vt proximè dictum eſt, filius prędictus iã mortuus poteſt obſtare quin mihi ſuccedant ab inteſtato: quia demũ poſt mortem eiuſdem mei filij deſtitutum eſt teſtamentũ meum in quo eum inſtitui, vt dictum eſt. quaſi dicat: ſi deſtitutum fuiſſet teſtamentum ante mortem filij, non obſtaret filius nepotibus ab inteſtato ſuccedere volentibus: ſicut in primo caſu dictum eſt: quãdo ſcilicet talis fuit conditio appoſita inſtitutioni filij, quæ vltimo vitæ momento adimpleri non poteſt. ſic nec in iſto caſu quem ſtatim ponã, obſtat filius nepotibus: puta exheredaui filium meũ, & inſtitui mihi heredes nepotes ex eo cũ ipſe filius morietur. nam non poteſt hoc caſu obſtare nepotibus, cum ipſi veniant ex teſtamento ad hereditatẽ meam aui demum mortuo filio. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

l.39. in fi.j. de ſtatu lib.

SI filius [a] ſub conditione heres erit, & nepotes [b] ex eo ſubſtituantur: cum non ſufficit ſub qualibet conditione filium heredem inſtitui, [c] ſed ita demũ teſtamentum ratũ eſt, ſi conditio fuit in filij poteſtate: conſideremus nunquid interſit quæ cõditio fuerit adſcripta: vtrũ quæ moriente filio impleri non potuit, veluti, *Si Alexãdriam* [d] *ierit filius, heres eſto*: iſq; Romæ deceſſit: an verò quæ potuit etiam extremo vitæ momento impleri, veluti, *Si Titio decem dederit* [e] *filius, heres eſto*. quæ conditio nomine filij per alium [f] impleri poteſt. Nam ſuperior quidem ſpecies conditionis [g] admittit viuo filio nepotes [h] ad hereditatem: qui [i] ſi neminem ſubſtitutum haberet dũ moritur, [k] legitimus patri heres extiterit. * Argumentóque eſt quod apud Seruium quoque relatum eſt. Quendam [l] enim refert ita heredem inſtitutum, ſi in capitolium * aſcenderit: quòd ſi non aſcendiſſet, legatum ei datum: eúmque antequam aſcenderet, mortem obiſſe: [m] de quo reſpondit Seruius conditioně [n] morte [o] defeciſſe: ideóque moriente eo legati diem ceſſiſſe. [p] Altera verò ſpecies conditionis viuo filio [q] non admittit nepotes ad hereditatem, qui ſubſtituti ſi non eſſent, inteſtato auo heredes exiſterent. [r] neq; enim [ſ] filius videretur obſtetiſſe, poſt cuius mortem patris teſtamentum deſtituitur: quemadmodum [t] ſi exheredato eodem filio, nepotes, cum filius moreretur, heredes fuiſſent inſtituti. †

* exiſteret

* Vide in hunc locum Duar. lib.1. diſput.c.15.

† Quidã notãt hîc deeſſe quædam verba Papiniani.

a *Si filius*. Ad euidentiam not. duas regulas, ſcilicet quòd quãdiu locus eſt ſucceſſioni ex teſtamento, non habet locum ab inteſtato. Item quandiu locus eſt inſtitutioni, non eſt locus ſubſtitutioni. & probantur iſtæ regulæ.j. de acquiren. here.l. quandiu. & de regu. iur.l. quandiu. & .C. cõmunia de ſucceſ.l. ante. H. Item not. ꝙ filius non poteſt ſub conditione inſtitui, niſi ſit poteſtatiua, ſub qua inſtitutus nõ facit patrem inteſtatum non parendo, ſi habeat coheredem vel ſubſtitutũ: aliàs ſic: vt.s. de hered. inſtit. ſuus. circa princip. Item not. quòd poteſtatiua alia eſt quæ poteſt tunc impleri vltimo vitæ ſpiritu: vt dare decem: & tunc nec ſubſtitutus nec ab inteſtato aliquis venit niſi poſt mortem filij. alia quæ non poteſt tunc impleri vltimo vitæ ſpiritu: vt ſi aſcendat capitolium. & tũc ſubſtitutus admittitur etiam filio viuo. vel ſi ſubſtitutus non eſt, admittitur legitimus: & cum ipſe filius ſit legitimus, ipſe idẽ ſuccedit patri ab inteſtato in articulo mortis exiſtens.

b *Nepotes*. vel quilibet extraneus: vt.s. de here. inſti.l. ſuus. H. imò cautè dicit, nepotes: quia vt ſubſtituti vel vt legitimi admitterentur: vt infra hac.l.

c *Inſtitui*. aliàs inſtituiſſe.

d *Alexandriam*. cum ipſe impropriè ſit tempore teſtamenti inſtitutus: vt ſic ſit poteſtatiua. ſed alij dicunt hic poni exemplum de mixta: vt.C. de inſtit. & ſubſtit.l. ſi pater. quod non placet.

e *Decem dederit*. cum diues ſit.

f *Per alium*. vt.s. de ſta. ho.l. Arethuſa. in fin. ſed ſuperior non.

g *Superior ſpecies conditionis*. ſi Alexandriam ierit.

h *Filios nepotes*. ſubſtitutos. nam moriẽte inſtituto cõſtat quòd ipſe non poteſt implere conditionem. ergo ea deficiẽte admittitur ſubſtitutus vel coheres: aliàs ſi non haberet ſubſtitutum vel coheredẽ, idem filius ſuccederet vt legitimus patri ab inteſtato defecta ei conditione in articulo mortis poſito: vt hîc ſubiicit, & ſupra de here. inſtit.l. ſuus. §. fina. ſed an cum nepotes admittuntur, quærent patri morienti, vt ſic habeant poſtea vt hereditatẽ patris, an non, & ita habeant vt aui? arg. quòd non quęrant. C. de bon. quæ liber.l.j. in fine. econtra quòd ſic, arg. infra de acquir. heredi.l. placet.

i *Qui*. ſcilicet filius.

k* *Moritur*. idem filius.

l *Quendam*. extraneum.

m *Mortem obiſſe*. & ſic conditio eo viuente defeciſſet.

n *Conditionem*. inſtitutionis.

o *Morte*. ſuperueniente, in vita tamen.

p *Ceßiſſe*. & ſic ad heredem tranſit, quod aliàs non fieret: vt.C. de cadu. tollen. §. ſin autem ſub conditione.

q *Viuo filio*. quia quamdiu ipſe viuit, poſſibile eſt cõditionem impleri: & cum poſſit locus eſſe inſtituto, ceſſat ſubſtitutio. Item poſt mortem filij demum incipit eſſe certum conditionem impleri non poſſe: & ſic admittuntur ſubſtituti: vel ſi nulli ſunt ſubſtituti, cum tunc certum ſit patremfamil. deceſſiſſe inteſtatum, ſoli nepotes inueniuntur proximiores: & ſic ſuccedunt auo vt legitimi: vt hîc ſubiicit, & inſtitu. de hered. ab inteſta. §. cum autem. Nec ob. in eod. tit. §. ita demum. vbi tempore mortis morientis inſpicitur quis tunc eſt proximior: quia illud nullo condito teſtamento. quæ diſtinctio [a] probatur inſtit. de leg. ag. ſuc. §. proximus.

a] Iſtam diſtinctionem tenet Bart. in.l. qui ſe patris.C. vnde liberi. in 2. col. verſi. cõtra iſtam lecturã oppono. vide ibi.

r *Heredes exiſterent*. vel ſub. auo non filio qui nunquam fuit heres. ſed R. dicit ipſi filio qui ab inteſtato patri ſucceſſiſſet deficiente cõditione inſti. cum nullum coheredem vel ſubſtitutum haberet: vt ſupra de heredi. inſtit.l. ſuus. quod non placet, cum non ſit eo viuo conditio impleta: & ita non fuit heres: & hoc ſtatim probatur, neque enim &c.

ſ *Neque enim*. bene dico quòd nepos ſuccedit auo ab inteſtato: quoniam filius qui non ſucceſſit, ille non impedit eos quin auo immediatè ſuccedant.

t *Quemadmodum*. innuit quòd valeret teſtamentum in quo filius exheredatus eſt, etiam poſt mortem ſuam, ſi demum poſt mortẽ filij exheredati deſtituatur teſtamentum. & ſic eſt contra.s. de lib. & poſtu.l. ſi ita. §. fi. vbi ab initio non tenet. Solu. hîc deſtituitur ab initio, vt & ibi: & ſimilitudo quæ fit per verbum quemadmodum, eſt vt deſeratur: vt hîc, &.s. ſed non in tempore: quia ſupra poſt mortem filij: hîc eo viuo. Item non in hoc vt admittantur nepotes in vita: ſed ſuperiori ſic. vel hîc habuit coheredem nepos: ibi non: vt ibi no. Sed tunc quo modo deſeritur teſtamentũ poſt mortem filij? Reſpond. vt amodo non poſſit rumpi per querelam: & ſic admittuntur nepotes inſtituti. Vel dic quòd fuerit exheredatus ſub conditione poteſtatiua. ſ. ſi non dederit illi.x. & ſic optimè conuenit cum prædictis. Sed tunc ob.s. de libe. & poſthu.l.iij. §. purè. ſed ibi prohibet ſub caſuali vel mixta. & in inſtitutione diſtinguitur. Vel dic, deſtituitur rupto teſtamento per querelam quando coheredem habeat nepotem purè inſtitutum. & facit.j. vnde lib.l. ſcripto. Accurſius.

## DE IVRE DELIBERANDI.

*Heredes inſtituti de quibus dictum eſt, deliberant de adeunda hereditate: ideo de hoc dicit. Accurſius.*

*Subſtituti ſcribuntur vulgari modo ſub conditione, ſi non creuerint inſtituti in diebus C. l. 72. De adq. hered. quod tempus heredibus inſtitutis dari ſolebat à teſtatore ad conſultandum & deliberandum vtrū expediret eis adire hereditatē nec ne, & imitatione teſtatorū, ſi forte heredes inſtituerint ſine cretione, prætor poſtulantibus heredibus inſtitutus extraneis vel etiam ſuis, non neceſſariis, totidem dies dabat. Sed & ſubſtitutis l. penul. Iuſtinianus alia tempora aliumque ordinē deliberandi excogitauit, ac multo tutiorem vtiliorēmque rationem adquirendæ hereditatis quàm ex deliberatione, nempe ex inuentario. neque enim detrimētoſa eſſe hereditas poteſt ei qui facto inuētario adiuit. Cu.*

S I ſeruus.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Stichum ſeruum meū. vult ſeruus tempus ad deliberandū vtrum adeat hereditatem vel nō. certè non debet ei dari. nam ſeruus ꝓ nullo eſt: ſed debet mihi dari, ſi volo, qui ſum dn̄s eius. [AIT PRÆTOR.] ita dixit prætor: Si aliquis heres inſtitutus petet à me tēpus ad deliberandū, ego dabo ei. poſtea dicit Vlpianus, cum dixit prætor, tēpus dabo: nec adiecit quantum tempus: oſtendit eſſe in poteſtate iudicis quātū tempus det: non tamen debet dare min⁹ q̃ centum dies. ſed & pluries poteſt dare tempus ad deliberādum: veluti ſi primum tempus datum non ſufficit heredi: ſed non debet dare vltra ſemel niſi ex magna & iuſta cauſa per heredem probata. & iſtud eſt in fauorem & adiutorium creditorum, ſcilicet quòd heredibus præſtituatur tempus intra quod adeant. ſed & heredibus debet ſubuenire prętor. ſ. iubendo creditoribus hereditariis vt faciant heredibus copiam inſtrumentorū ſuorum inſpiciendorum, vt exinde poſſint heredes ſe inſtruere expediat eis agnoſcere hereditatem, nécne. & hoc dicit vſque ad l. Ariſto. §. j. Viuianus.

*Cōcor. in c. pe. cū glo. 2. extra de tempo. or. & facit ca. finem litibus. cū glo. ſi. ibi & hoc eſt generale. de dolo & contu.

## DE IVRE DELIberandi.

## TITVLVS VIII.

Seruo heredi inſtituto non datur ius deliberandi, ſed domino ſuo. hoc dicit.

I. VLPIANVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

SI ſeruus fuerit heres inſtitutus, vtiq; non ipſi [a] præſtituimus tempus ad deliberandū, ſed ei cuius ſeruus eſt: quia pro nullo iſti habētur apud prætorē. [b] Itémq; ſi pluriū ſeruus ſit, vtique omnibus dominis* præſtituemus. Ait prætor: *Si tempus ad deliberandū petet,* [c] *dabo.* Cum dicit tempus, nec adiicit diem: ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis poteſtate, [d] quem diem [e] præſtituat. [f] *

II. PAVLVS *libro quinquageſimo ſeptimo ad Edictum.*

ITaque [g] pauciores centū dierum non ſunt dandi.

III. VLPIANVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

NEcnon illud ſciendum, nōnunquam ſemel, nonnunquam ſæpius [h] diem ad deliberandum dandū eſſe, dum prętori ſuadetur tēpus quod primū aditus præſtituerat, non ſuffeciſſe.

IIII. IDEM *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

SEd hoc impetrari non debet niſi ex magna cauſa.

V. IDEM *libro ſeptuageſimo ad Edictum.*

ARiſto ſcribit, non ſolum creditoribus, ſed & heredi inſtituto prætorem ſubuenire debere: [i] híſque [k] copiam inſtrumentorum [l] inſpiciendorum facere, vt perinde inſtruere ſe poſſint, expediet, nécne, agnoſcere hereditatem. Si maior [m] ſit hereditas, & deliberet heres, & res ſint in hereditate quæ ex tractu temporis deteriores fiant: adito prætore poteſt is qui deliberat, ſine præiudicio eas iuſtis pretiis vendere: qui poſſit etiam ea quæ nimiū ſumptuoſa ſint, veluti iumenta aut venalicia, [n] itē ea quę mora deteriora fiant, vendere: quíque præterea curaturus ſit vt æs alienum quod ſub pœna vel ſub pretioſis pignoribus debeatur, ſoluatur.

VI. GAIVS *libro viceſimotertio ad Edictum Prouinciale.*

IGitur [o] ſi quidem in hereditate ſit vinum, oleum, frumentū, numerata pecunia: inde fieri debebunt impendia. ſi minus, à debitoribus hereditariis exigenda pecunia. quòd ſi nulli ſint debitores, aut iudicem prouocent: venire [p] debent res ſuperuacuæ.

VII. VLPIANVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

AIt prætor: *Si pupilli, pupillæ*

h NEcnon. *Sæpius.* dummodo vltra centum dies. & minus. ix. menſibus à iudicibus: & minus anno à nobis inter totum vt. C. eo. l. fi. §. ſed quia. quæ eſt contra. Alij quod illa corrigitur: ſed hodie hoc tempus eſt ſuperuacuum ſi fiat inuentarium: vt. C. eo. l. fi. §. j. & inſtit. de here. qua. & diff. §. pe. & facit. ſ. de eden. l. j. ſi quis ex argentariis. §. fi. & l. ſeq. &. C. de dila. l. ij. & ȷ͂. vt leg. no. ca. l. j. §. ſi ei cui. & ȷ͂. de lega. iij. l. xj. §. ſi quis decem. & C. ſi ſæpius in integ. reſti. l. j. & ȷ͂. de bo. aucto. iudi. poſ. l. fi. §. fi. & ſupra de mino. l. ſi ex cauſa. §. fina. & l. ſequen.

ARiſto.] CASVS. in princi. huius l. continuatur. l. j. ſupra eo. [SI MAIOR.] Inſtitui mihi heredem Titium in magna mea hereditate, in qua erāt vinum, & oleum, & frumentum, & numerata pecunia, & iumenta ad vendendum: & erant etiam credita in hereditate mea quæ debebam ſub pœna vel ſub pretioſis pignoribus: & poſtea deceſſi, & dictus heres deliberat. Nunquid pendente deliberatione poteſt ſine prę iudicio ſuo vēdere dictas res quæ propter moram deteriores futuræ ſunt, vel nimiū ſunt ſumptuoſæ? & dicitur quòd ſic. Item debet ſoluere dicta debita, & etiā facere ſibiipſi impendia ex dictis rebus ſumptuoſis, vel quæ tēpore ſunt perituræ. ſi autem non ſint ibi res prædictæ: propter prędicta expedienda eſt exigendáque pecunia à debitoribus hereditariis. ſi autem non ſint in hereditate debitores, vel ſunt, ſed ſoluere nolunt: debet prædictus heres deliberans vēdere res ſuperuacuas propter prædicta expedienda. hoc dicit cum l. ſequenti. Viuianus.

i *Debere.* ſtatuendo diem adeundę hereditatis: vt infra de cura. bo. dan. l. j. & de bo. aucto. iu. poſſ. l. ſi ſeruus. & ſupra de here. inſtitu. l. ſi quis inſtituatur. §. j.

k *Hiſque.* heredi & creditoribus. ad quod infra de acqui. here. l. Ariſto. & de bo. aucto. iu. poſſ. l. fi. ſed poſt aditionem creditores non petunt inſtrumenta rei.

l *Inſtrumentorum.* hereditariorum: vt. d. l. Ariſto. vel ſecūdum quoſdam exiſtentium penes creditores hereditarios: & facit quod no. ſ. de eden. l. j. §. edenda. & d. l. de bo. aucto. iu. poſ. l. fi.

m *Si maior.* quàm ſint onera. vel id eſt, quia multæ res ſunt in ea. Accurſius.

n *Venalicia.* id eſt, ſerui venales. & facit. ȷ͂. de cura. bon. dan. l. j. & de ven. in poſſeſ. mit. l. prima. §. mulier. & ȷ͂. de acquiren. here. l. pro herede. §. ſeruos. & ſ. de petitio. here. l. diuus. in princi. & l. ſi bonæ fideipoſſ. & ſupra de procu. l. procurator totorum. & infra eod. l. ait prætor. & ſupra de ſer. l. ſolet.

o IGitur. facit ad hoc. C. de bo. quæ li. l. fina. §. vt autem. & C. de admini. tuto. l. lex. in fi. & l. ſeq.

p *Venire.* id eſt, vendi.

AIt prætor.] CASVS. Filium meum impuberem mihi heredem inſtitui, & ei Titium tutorem dedi. datum eſt tutori nomine pupilli tempus ad deliberandum. nunquid poteſt interim deminui de bonis hereditariis per tutorem? & dicit prætor quòd vetabit interim deminutionem, niſi cauſa cognita & viri boni arbitratu fiat dicta deminutio. Vlpianus autem laudat illud quod dixit prætor: & vult ſimiliter dicere quid contineatur appella-

a *Non ipſi.* quia nec conditioni ſine iuſſu domini parere poteſt: vt. ſ. tit. j. l. ſub conditione. nec adire niſi præcedat iuſſus: vt. ȷ͂. de acqui. here. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ſed nolle adire poſſunt, vt. C. de here. inſtit. l. iij. in fine. Azo.

b *Apud prætorem.* nec quantum ad ius ciuile: vt infra de regulis iuris. l. quod attinet. & l. ſeruitus. & ſupra de teſta. l. qui teſtamento. §. ſeruus. nec prætoris edicto, vt ibi & hic, & infra de ope. no. nun. l. de pupillo. §. ſeruo. & infra de vſucap. l. nunquam. §. ſeruus.

c *Petet.* heres, non autem legatarius: cum tantùm lucrum afferat legatum: vt ſupra man. l. ſi hereditatē. & not. quòd hîc dicit de maiore quàm ſit pupillus, & ȷ͂. eo. l. ait prætor. dicit de pupillo.

d *Poteſtate.* ſic infra de bo. aucto. iudi. poſſ. l. in vēditione. §. de tempore. & infra de leg. j. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. & infra de effra. l. j. §. expilatores. & infra de verbo. obliga. l. continuus. §. cū ita.

e *Diem.* dummodo non vltra nouem menſes, à nobis annum: vt. C. eo. l. fina. §. ſed quia quidam.

f *Præſtituat.* poſt centum dies tamen: vt. ȷ͂. l. proxi.

g ITaque. pro &: vel illatiuè: quia prætor diem non adiecit: itaque nos adiiciamus.

tione deminutionis per prætorem vetitæ.& certè per dicta verba nō ſolùm impeditur alienatio rerum,verumetiã exercitiũ actionũ hereditariarum.Item dicit dictus Vlpianus quæ ſit cauſæ cognitio de qua prætor mētionē fecit.Et dicit, ꝙ ſi iuſta cauſa ſit deminuēdi,debet permitti deminutio,puta cauſa funeris.Itē permittit cauſa eorum quę ſine periculo non poſſunt præteriri:& veſcēdi gratia: & vt ædificia ſarciantur:& ne agri hereditarij remaneant inculti:& vt reſtituatur creditori pecunia quæ ei debetur ſub pœna vel pignore. quæcunq; autem dictarum cauſarũ interueniat, ſiue alia ſimilis,debet cũ permiſſu prætoris fieri deminutio,& non aliter.Viu.

a *Poſtulabitur.* per prætorem.

b *Actiones exerceri.* ſed in procuratore ſec⁹ cui exercitium demãdatur nec tamen vendit: vt.ſ. de procura.l. tor totorũ. & in tutore & curatore:vt.ſ. de admini.tut.l.fi. Item in omni eccleſiaſtica perſona:vt.C. de ſacroſanct. eccle.l. iubemus. Item quod hîc dicit, eſt verũ niſi ſint res perituræ:vt ſ.eo.l.Ariſto.§.j.cũ concor.&.ff. hac.l. &.ſ. de peti.here.l. diuus. &.ff. vt in poſſ.lega.l.ſi is cui. §.q legatorũ.&.l.penul.

† Concor. glo.1.prope fi in verſi & dicit text.in c.edoceri. extra de reſcrip.& glo. 1.in.c.cōtingit. circa prin.extra de tranſact.

c *Permiſſu.* ſed nonne aliàs vēdit tutor ſine iudice res quæ ſeruari nō poſſunt:vt.C. de admini.tu.l.lex quæ.in fi?Reſpon.ibi erãt pupilli:hîc nōdum.Item quare de pupillo ſpecialiter dicit in princ.huius.l. cum.ſ. l. j. generaliter dixerat? Reſpō. ꝙ ſibi plus permittitur:quia etiã cauſa veſcēdi:quod.ſ.nō erat. Item ſiue erat hereditas maior,ſiue non quod ſupra in.l.Ariſto.§.j.non erat,ſecundum Ir.

*nomine poſtulabitur*[a] *tempus ad deliberandum an expediat eum hereditatem retinere,& hoc datum ſit: ſi iuſta cauſa eſſe videbitur, bona interea deminui,niſi ſi cauſa cognita boni viri arbitratu, vetabo.* Merito prætor impedit interim deminutionē, quamdiu nomine pupilli petitur tēpus ad deliberandum.Quid ſit autem,*deminui vetabo*,videamus. His verbis prætor non tantùm alienationē impedit, verumetiã actiones[b] exerceri non patitur. Eſt enim abſurdum,† ei cui alienatio interdicitur,permitti actiones exercere.& ita Labeo ſcribit. In cauſæ autem cognitione hoc vertetur, an iuſta cauſa ſit vt deminuere prætor permittat. Ergo & funeris cauſa deminui permittet:item eorum quæ ſine piaculo non poſſunt præteriri. Veſcendi gratia æquè deminui permittet. Sed & vbi vrguet, ex aliis quoq; cauſis permittere eum oportet: vt ædificia ſarciantur: ne agri inculti ſint:ſi qua pecunia ſub pœna debetur,vt reſtituatur: ne pignora diſtrahantur.Ex aliis quoque iuſtis cauſis prætor aditus deminutionem permittet.neque enim ſine permiſſu[c] eius debet deminutio fieri.

VIII. IDEM *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

SI quis ſuus heres poſtea quã ſe abſtinuerit,tunc petat tempus ad deliberandum:videamus an impetrare debeat. Magiſque eſt vt ex cauſa debeat impetrare, cum nondum bona venierint.[d]

SI *quis.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum quē habebam in poteſtate. me mortuo ipſe abſtinuit ab hereditate mea:vendita tamen non fuerunt poſtea adhuc bona mea per creditores. nec alius hereditatem meam adiuit poſtea adhuc: nunc petit dictus meus filius tempus ad deliberandum.nunquid habere debet? Et dicitur quòd ſic:& pendente deliberatione debet habere alimenta ex hereditate.&.h.d.cum.l.ſeq. Viuianus.

d *Venierint.* Not. ſuum repudiantem poſtea adire indiſtincte ſi bona ſint in ſuo ſtatu : vt hîc &.C.de repu. here. l. fina.in princi. hodie maior intra triennium, niſi res alienatæ ſint : minor habet triennium poſt vtilem annum etiam rebus alienatis per in integrum reſtit. vt.C.eo.l. fi. Sed contra.huic & illi. C. de iur.& fact. igno.l.iij. Sol.ibi in tacendo : hîc expreſſe. vel verius ibi erat ſubſtitutus. at legitimus ſuum non excludit niſi poſt triennium hodie:vt arg.ſupra de mino.l.quod ſi minor.§.Scęuola.vel dic vt no. plenè.C.de iur.& fac.igno.l.ij.Item quid in emãcipato?Item quid in materna hereditate repudiata?Reſpon.vt no.C.de repu. here.l. fin.& facit infra ad Tertyl.l.filij mater.§.j.& infra de op.leg.l. mãcipiorum.in fi.Item extraneus poſt repudiationem nō poteſt adire:vt.C.de rep.here.ſicut, niſi minor,in quo dic vt.ſ.de mi.l.quòd ſi minor.§.Scæuola.

Legitimus ſuũ non excludit.

e *Ilius.* aliud in extraneo,niſi ſit pupillus.Io.vt.ſ.eod.l. ait prætor.& facit.ſ.de inoffic.teſta.l.ſi inſtituta.ſ.de iofficioſo.Azo. &.C.de ordi.cog.l.fi.&.ſ.de peti.here.l.heres furioſi.ſ.ſed & ſi qd. &.ff.vt in poſſ.leg.l..qui legatorum.

SI *plures.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & ſubſtitui ei Seium,& deceſſi:poſtea petit primus tēpus ad deliberandũ. certè bene debet habere:& ſi deliberatione habita repudiet hereditatē,& Seius ſubſtitutus petat ſimiliter tēpus ad deliberandum habere debet, dando enim prætor tēpus ad deliberandum etiam ſubſtituto,quàm primũ id eſt,citi⁹ inueniet ſucceſſorē q̃ reſpōdeat creditoribus defuncti. Vi.

f *Si plures.* facit infra titu.ij.l.quamdiu inſtitutus. & quod no. C. de cura.bo.dan.l.j.

IX. PAVLVS *libro quinquageſimo octauo ad Edictum.*

FIlius[e] dũ deliberat,alimenta habere debet ex hereditate.

Quãdo ſunt plures gradus heredum : cuilibet per ſe aſſignatur tempus ad deliberandum.Paul.

X. MARCELLVS *libro viceſimo octauo Digeſtorum.*

SI plures[f] gradus ſint heredũ inſtitutorum,per ſingulos obſeruaturum ſe ait prętor id quod [de] præfiniendo tēpore deliberationis edicit: videlicet vt à primo quoque ad ſequentē tranſlata hereditate, quamprimum inueniat ſucceſſorē qui poſſit defuncti creditoribus reſpondere.

Appellatione filij continetur naturalis in ſeruitute conceptus, & in figura matrimonij.Paulus.

XI. IAVOLENVS *libro quarto ex poſterioribus Labeonis.*

QVi filium[g] * libertinũ[h] habebat,heredē eum inſtituerat:deinde ita ſcripſerat: *Si mihi filius nullus erit qui in ſuam tutelã*[i] *veniat, tum Dama ſeruus liber eſto.* is filius pupillus libertinus erat. quærebatur ſi Dama liber eſſet. Trebatius negat:[k] quia filij appellatione libertinus quoq; contineretur.[l] Labeo contra: quia eo loco verum[m] filium accipi oportet. Trebatij ſentētiam probo, ſi tamen teſtatorem de hoc filio locutum eſſe apparet.[n]

QVi *filium.*] CASVS. Titius habēs filiũ impuberem ex ancilla ſua,& ſic ſuum ſeruum manumiſit eũ:& ita effectus eſt libertinus. inſtituit dictus Titius ſibi heredē dictum ſuũ filiũ impuberē & libertinũ. & poſtea ita dixit: ſi filius mihi nullus erit qui in ſuam tutelã veniat: tunc Dama ſeruus me⁹ liber & heres eſto.& deceſſit dict⁹ teſtator.quęrebatur, an Dama liber eſſet ex dictis verbis teſtatoris?Et dicit Trebatius ꝙ non, ea ratione, quia filij appellatione libertinus quoq; prędictus filius teſtatoris cōtinetur:& ipſe libertin⁹ erat pupillus: & ſic in ſuã tutelã veniebat: ergo Dama nō debet habere libertatē, cũ teſtator ita dixerit, vt dictũ eſt : ſi filius mihi nullus erit qui in ſuã tutelã veniat,tunc Dama ſeruus me⁹ liber & heres eſto. & verum dixit Trebatius ſi appareat ex aliquo indicio teſtatorem de hoc filio locutũ eſſe. Labeo autē voluit dicere contrariũ: ſed reprobata eſt eius ſententia. Viuianus.

* Vide Alcia.lib.4.parerg.ca 5.

g *Qui filium.*pupillum.

h *Libertinum.* habuit enim ex ancilla ſua vel ex aliena, & poſtea fuit manumiſſus:& ſic non erat legitimus,ſed naturalis.

i *Tutelam.* id eſt adultam ætatem:vt.ff.de leg.iij.l.cum filio.

k *Negat.* ſ.eum ſtatim liberum eſſe.nam hic articulus tunc, extraneum tempus ſignificat:vt.ff.de condi.& demon.l.iiij.§.fin.

l *Contineretur.* No.appellatione filij etiam naturalis continetur.ſic &.ff.de lega.ij.Lucius.§.fina.&.l.cum pater.§.volo.& infra ad Trebel.l.heredibus.§.fina.

Filij appellatione etiã naturalis cōtinetur.

m *Verum.* i.iuſtum & legitimũ:ſed hic non fuerat legitimus:ergo nullus erat filius qui in ſuã tutelam venire poſſet : vnde videbatur ꝙ ſtatim eſſet liber:ſed contra eſt:vt ſubiicit. Et no.ſecundũ Labeonem ꝙ appellatione filij,legitimi tantũ cōtinētur.ſic.C.de inſtit.& ſubſtitu.l.generaliter.§.fina.in eo quod dicit iuſta ſobole &c.

n *Apparet.*in dubio perpenditur hoc ex dignitate & voluntate & conditione eius qui fideicommiſſum reliquit:vt.ff.ad Trebellianũ l.ex facto.§.ſi quis.& facit ad.l.iſtam.ſ.de here.inſtituen.l. quoties. in principio.Sed arg.contra in dicta lege, generaliter.§. fina. C.de inſtitu.& ſubſtitu.

## DE TESTAMENTO MILITIS.

*Quia dixit in genere de teſtamentis:nunc in ſpecie.ſed in.C.econtra.*

*De teſtamento militis ſeparatim titulus datur,quoniam in eo non ſeruantur regulæ iuris Ciuilis,quæ in teſtamento pagani ſeruantur. nam nuda voluntas militis,teſtamentum eſt,voluntas pagani,niſi ſolemnis,teſtamētum non eſt. & hoc quidē priuilegium militiæ Conſtitutiones principum dederunt. itaque ſolemnia iuris quæ expoſita ſunt ſupra non deſiderantur in teſtamentis militũ, quæ fecerunt in expeditione manentes in numeris.Cuia.*

*Militibus.*]

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber viceſimus nonus.

### DE * TESTAMENto militis.

### TITVLVS I.

I. VLPIANVS *libro quadrageſimo quinto ad Edictum.*

MIlitibus† liberam teſtamenti factionem primus quidem diuus Iulius Cæſar côceſſit: ſed ea conceſſio temporalis erat: poſtea verò primus diuus Titius dedit: poſt hoc Domitianus: poſtea diuus Nerua pleniſſimam indulgẽtiam in milites contulit, eámque & Traianus ſecutus eſt: & exinde mandatis [a] inſeri cœpit caput tale: Caput ex mandatis. Cum in notitiam [b] meam prolatum * ſit, ſubinde teſtamenta à commilitonibus relicta proferri, quæ poſſint in controuerſiam deduci, ſi ad diligentiam legum reuocentur, & obſeruantiam: ſecutus animi mei integritudinem erga optimos fideliſſimóſque cômilitones, [c] ſimplicitati eorum côſulendum exiſtimaui: vt quoquo modo teſtati fuiſſent, rata eſſet eorum voluntas. Faciant igitur teſtamenta quo modo volent, faciant quo modo poterint: ſufficiátque ad bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda [d] voluntas teſtatoris.

Miles [e] autem appellatur vel à militia, † id eſt duritia quam pro nobis ſuſtinent: aut à multitudine: aut à malo quod arcere milites ſolent, aut à numero mille † hominum: ducitum à Græco verbo, tractum à tagmate. nam Græci mille hominum multitudinem, τάγμα appellant: quaſi milleſimum [f] quemque dictũ. vnde ipſum ducem χιλίαρχον * appellant. Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.

II. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.*

DE militis teſtamento ideo [g] ſeparatim procôſul edicit, quòd optimè nouit, ex conſtitutionibus principalibus propria atque ſingularia iura in teſtamẽta eorum obſeruari.

B

Id quod ex noſtra voluntate dependet, intelligimur facere omni iure quo melius facere poſſumus. h.d.

III. VLPIANVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI miles qui deſtinauerat communi iure teſtari, antè deceſſerit quàm teſtaretur: Pôponius dubitat. [h] Sed cur non in milite diuerſum [i] probet? Neque enim qui voluit iure communi teſtari, ſtatim beneficio militari renuntiauit. Nec credendus eſt quiſquam genus [k] teſtandi eligere ad impugnãda ſua iudicia, [l] ſed magis vtroque genere voluiſſe, [m] propter fortuitos caſus, quemadmodum plerique pagani ſolẽt cum teſtamenti * faciunt per ſcripturam, adiicere, velle hoc etiam vice codicillorum valere. [n] quiſquam [o] dixerit, ſi imperfectum ſit teſtamentum, codicillos non eſſe? Nam ſecundum noſtram ſententiam etiam diuus Marcus reſcripſit.

C

IIII. IDEM *libro primo ad Sabinum.*

D

IVre militari ſurdum [p] & mutum teſtamentum facere poſſe ante cauſariam miſſionem [q] in numeris [r] manentem placet.

V. IDEM *libro quarto ad ſabinum.*

MIlites etiam his qui heredes extiterunt, poſſunt ſubſtituere [ſ] in his dumtaxat quę ſunt ex teſtamento eorum conſecuti.

E

VI. IDEM *libro quinto ad Sabinum.*

SI miles vnum ex fundo heredem ſcripſerit: creditur [t] *

---

MIlitibus.] CASVS. Quia milites ſunt ſimplices à legum obſeruatione: ideo voluerunt imperatores antiqui & noui ꝙ rata eſſet eorum voluntas quoquo modo teſtati fuiſſent, etiam ſi nuda voluntas eorum ſit in teſtamento. Secundò planè dicit vnde dicatur miles. Tertiò dicit vnde dicatur exercitus. Quartò reddit rationẽ quare prætor tractat in Inforтiato de teſtamẽtis militum ſeparatim à teſtamentis paganorum, de quibus dictum eſt, ſcilicet quia cognouit prætor ex conſtitutionibus princip⁊ obſeruari ſingularia iura & propria in teſtamẽtis militum. & hoc dicit cum lege ſequenti. Vlpianus.

a *Mandatis.* principum.

b *Cum in notitiam.* aliàs: cum innocẽtiam: aliàs, cum in notitiam.

c *Commilitones.* Not. ꝙ appellat ſe militem. ſic infra de verborũ ſignificatione. l. familiæ. Azo. & nota, fideliſſimos. aliàs ſecus: ſicut in clericis, vt. C. de epiſcopis & cleric. l. generaliter. & . j. eod. l. teſtamenta eorũ. in prin. & . §. j.

d *Nuda.* à ſolennitate: & dic, aut eſt domi: & tunc iure communi: vt C. eo. l. pe. aut in prælio: & tunc etiam nullo vocato teſte: vt. C. eo. l. milites. dum tamen duobus ſaltem teſtib⁹ probetur: vt. j. eo. l. Lucius aut in tentorio: & tunc ſunt duo vocandi: vt. j. eo. l. diuus.

e *Milites.* alludit vocabulo. ſic. j. de acquiren. poſ. l. j. in prin.

f *Milleſimum.* quia de mille vnus ſtrenuus eligebatur.

g DE *mili. Ideo.* ſic. j. de iniur. item apud. §. hoc edictum.

SI *miles.*] CASVS. Quidã miles cũ poſſet iure militari teſtari, cœpit eo iure facere teſtamentum quo pagani communiter faciũt: & antequam compleret teſtamẽtum, deceſſit: fuit tamen quæſitũ, an valeat illud quod fecit de teſtamento? Et reſpon. quòd ſic. licet enim in pagano non valeret teſtamẽtum inceptum, & non conſummatum: tamen in milite diuerſum debet probari, ſcilicet vt valeat. licet de hoc Pomponius dubitauerit. neque enim dictus miles qui voluit teſtari iure communi, videtur ſtatim renunciaſſe beneficio militari: nec credendum eſt quòd elegerit dictum modum teſtandi ad impugnãdum illud quod faceret teſtando: ſed magis voluiſſe valere iudiciũ ſuum vtroque genere teſtandi, ſcilicet communi & militari. & hoc propter fortuitos caſus valentes contingere circa teſtamentum ſuum iure militari factum: qui caſus illud vitiare poſſent: & vnus caſus eſſe poſſet ſi tranſiret annus à tempore miſſionis de militia: quo caſu non valet teſtamentum iure militari factum: vt inſtitu. e. §. & quod in caſtris. & ſicut dictus miles tacitè videtur voluiſſe quòd teſtamentum ſuum valeat vtroque genere teſtãdi, vt dictũ eſt: ita plerique pagani teſtamentum facientes ſolẽt expreſſe per ſcripturam adiicere in teſtamento, velle valere teſtamentum etiã iure codicillorũ: & tũc ſine dubio erunt codicilli, ſi ſit teſtamentum dicti pagani imperfectum: & iure codicillorum valebit. Viuia.

h *Dubitat.* an valeat iure militari, vel non.

i *Diuerſum.* quàm in pagano, in quo non tenet: vt Cod. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. & . §. ex imperfecto.

k *Genus teſtandi.* iure cô muni.

l *Iudicia.* iure ſpeciali. & ad hoc quòd eligens vnum non renuntiat alteri infra titu. j. l. Claudius. & infra ſi quis omiſſ. cau. teſt. l. quia autem. j. reſpon. Sed arg. contra. C. de teſta. l. nô codicillum. & ſupra de diuor. l. fina. §. fina.

m *Voluiſſe.* teſtari.

n *Valere.* vt & . C. de codicil. l. fin. & ſupra de vulgar. ſubſtitu. l. coheredi. §. cum filiæ. & ad idem. Cod. de codicillis. l. j.

o *Quiſquam.* aliàs, nec quiſquam. aliàs deeſt nec, & tunc ſubaudi, nô dicet: nam &c. & aliàs eſt quis. & lege interrogatiuè.

IVre *militari.*] CASVS. Surdus & mutus miles in militia exiſtens poteſt iure militari facere teſtamentũ. Viuianus.

p *Surdum.* id eſt eum qui eſt ſurdus & mutus. quid autem ſit in pagano, plenè dicitur. C. qui teſt. f. poſſ. l. diſcretis. & ſupra de teſt. l. qui in poteſtate. §. fin. & . l. ſequen. H.

q *Miſſionem.* ſed an poſt, dic vt inſtit. eod. §. quinimo.

r *In numeris.* i. exercitu.

ſ MIlites. *ſubſtituere.* directò cum illi deceſſerint. aliàs nullum eſſet priuilegium: vt inſtitu. de pupill. ſubſtitut. §. fina. & probatur hoc infra eodem. l. miles ita. §. exheredato. & . Cod. eod. l. in teſtamento. in fin. & ſupra titu. iij. l. centurio.

SI *miles.*] CASVS. Si miles inſtituat ſibi heredem Titium ex fundo: quantum ad totum aliud ſuum patrimonium remanet inteſtatus. miles enim poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: quod non eſt in pagano. Viuianus.

t *Creditur.* imò contra: vt infra eod. l. ſi certarum. quæ eſt contra. Solu. creditur hîc ſcilicet à iure: ſi probatur hoc voluiſſe militem. nam præſumo quòd heredi omnia dare voluerit: vt ibi.

---

* De militari teſtamento.

† ita demũ tamen ſi eſſet Iuris ſui. ſed D. Auguſtus id etiã filiiſfamilias permiſit. in - ſtit. quib. nõ eſt permiſſ. fa. teſtam. qui locus cũ iſto ſic vi detur conciliandus: qua tamen in re cæteri valde æſtuant.

* perlatum.

† malitia. Vide in hunc locũ Alcia. lib. præter-miſſ. 2. hoc ipſo titu.

† Eutropius lib. 1. Rerum Romanarũ de Romulo loquẽs, Mille, inquit, pugnatores delegit, quos à numero milites appellauit.

* hæc verba in paucis admodum manuſcriptis emendate legebãtur, in vulgata autem editione prorſus corrupte ac ne ipſa quidem Florentina ſcriptura ſatis plena videtur, quæ enim adſinitas inter miles & tagma? Chiliarchum autem vocant qui ſingulis militum millibus præerat. Q. Curtius lib. 4. hiſtor. de Alexan.

* teſtamentum faciunt per ſcripturam.

* Flo creditum.

Item contra.C.e.l.quanquam. Solu.vt modò dixi. vel ibi inſtituit ex vncia vel vnciis: vnde non poteſt ibi probari contrarium. hîc in re certa. & eſt ratio, quia ibi in quotis: & ideo ſecundum eam proportionabilitatem in cæteris videtur quod hîc in ſingulis non videtur ſic fieri. ſi autem vnum ex paganicis inſtituat vel ex caſtrenſibus, illa ſola habet:vt.C. eo.l.j. &.ij.& ibi not.diſtinctè. & facit ſupra de here. inſtit. l. j. §. ſi ex fundo. & de vulg.ſubſtitut.l.coheredi.§.fina.&.j.adTrebel. l. cogi. §. ſed & ſi.& infra de reg.iur. l. ius noſtrũ. & infra de caſtrẽ. pecu.l.hereditate. §.j.& inſtit.de hered. inſtit. §. non autem.

Ant.Auguſt. lib.3.cap.7.

Qui iuris.] CASVS. Miles iure militari faciens teſtamẽtum, & ignorãs vxorem ſuã prægnantem eſſe, cum eſſet pręgnans, præteriit poſtumum: vel in veritate non erat prægnãs, ſed poſt teſtamentũ viuo dicto milite concepit & peperit:& vtroq; prędictorum caſuũ fuit eo animo dictus miles, vt vellet ſuum heredẽ eſſe illum quicunque ſibi naſceretur. non rũpitur teſtamẽtum eius. Et idem eſt ſi poſt teſtamentum arrogauit filium.nam non rumpet eius teſtamẽtũ arrogatus ſi maluit miles prædictus decedere durante eodem teſtamento. idémque eſt ſimiliter ſi poſt teſtamẽtum nepos ſucceſſit ei in filij mortui locum.&idem eſt ſi poſt teſtamẽtum natus eſt filius ei viuo ſe:& ita eſt in iſto alio caſu.Quidã paganus fecit teſtamentũ nõ iure:& poſtea cœpit militare:& voluit quod dictũ ſuũ teſtamentum valeret iure militari. Certè bene incipiet valere iure militari.&.h.d.cum duabus.ll.ſeq.Viuianus.

*j.e.tit. l.15. §.2.

* id eſt captus ab hoſtibus.Anto. Aug.li. emẽ. 4.c.10. ſic accipitur paſſiue & in. l. 15.s.ex quib. cauſ. maior. &. l. 11.12.& 22.j.de capti uis.Contius.

quantum ad reſiduũ patrimoniũ inteſtatus deceſſiſſe. Miles enim pro parte teſtatus poteſt decedere, pro parte inteſtatus.

Inſpicitur animus militis circa teſtamentũ, vt non rũpatur agnatiõe: quod in pagano ſecus eſſet.

VII. IDEM libro nono ad Sabinum.

Qvi iure [a] militari teſtatur, etſi ignorauerit pręgnatem vxorẽ, vel non fuit prægnas: hoc tamen animo fuit, vt vellet, quiſquis ſibi naſcetur, exheredem eſſe: teſtamentum non rumpitur. [b]

VIII. MARCELLVS libro decimo Digeſtorum.

IDem eſt & ſi adrogauerit [c] filium, nepóſve [d] ſucceſſerit in locum filij. [e]

IX. VLPIANVS libro nono ad Sabinum.

IDemque erit dicendũ & ſi nato filio viuo ſe, maluit eodẽ [f] teſtamẽto durãte decedere. nam videtur iure militari refeciſſe teſtamentum: vt eſt reſcriptum à diuo Pio *in eo qui cum eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit.nam hoc quoque iure militari incipiet valere, ſi hoc maluit [g] miles.

X. IDEM libro vndecimo ad ſabinum.

FAcere [h] teſtamentum hoſtium potitus *nec iure militari poteſt.

Sermo debet intelligi ſecundũ conditionem perſonæ ad quam dirigitur.Bartolus.

a Qui iure. facit.C.eo.l. ſicut.&.l.ſi cum. &.j.eo.l.ſi filius. &.s. de iniuſto teſta.l.ſi quis filio.§.irritum.verſi. qua ratione. &.j. eo. l.in fraudem.§.ij.& inſti.eo.§.ſed & ſi quis.

b Non rumpitur.ſcilicet agnatione poſtumi.

c IDem eſt & ſi adrogauerit. poſt teſtamentum.

d Nepóſve.id eſt natus ex filio adrogato.

e Filij.quia non rumpitur teſtamentum.

f IDemque.Eodem.ſcilicet teſtamento quod ante fecerat.

g Maluit.de hoc dic vt.j.eo.l.tribunus.

FAcere.] CASVS. Miles in hoſtiũ poteſtate poſitus nõ poteſt facere teſtamentũ iure cõmuni:nec etiã iure militari. Viuian⁹.

h Facere.ſupra de teſta.l.eius.in princ.

EX militari.] CASVS. Miles capite damnatus ex militari delicto poteſt teſtari ſuper bonis caſtrenſibus, & non ſuper aliis: & iure militari,non alio iure. Si autem fidem ſacramenti rupiſſet dictus miles, non poſſet aliquo iure teſtari. Quid ſi miles ſit incertus an ſit ſui iuris? Certè poteſt facere teſtamentum:& idem dico ſi incertus eſſet an pater ſuus viueret. Sed quid ſi pater dicti militis deceſſerit,& ipſe miles ignorabat, & fecit teſtamentum in militia? Certè bona ſua caſtrenſia pertinebunt ad heredem, & nõ bona patris ſui,quia milites relinquunt ſcriptis heredibus ea duntaxat quæ habent:paterna autem bona non habebat adhuc dictus miles: quia pro herede adhuc nõ geſſerat. Sed quid ſi dictus miles ſciebat bene patrem deceſſiſſe,& inſtituit ſibi heredem Titium in caſtrenſibus & paternis bonis: & poſtea cogitauit de teſtamẽto mutando,& de inſtituendo ſibi alium heredem in paternis bonis ſolis: nunquid dicta bona habebit primus heres, ſcilicet Titius? Et dicitur quòd non:ſicut nec ſupra in proxi.caſu. habebũt ergo hoc caſu paterna bona venientes ab inteſtato, & non primus heres, neque ille quem in ſecundo inſtituere in corde geſſerat.Sed ſi retento eodem caſu deceſſit factus veteran⁹, vniuerſa bona debent adTitiũ primum heredem pertinere,& non ad veniẽtes ab inteſtato.& eſt ratio:quia poſtquã factus eſt veteranus,nõ potuit de parte bonorum teſtari,& de parte non.& hoc dicit vſque ad.l.neque.§.j.Viuianus.

XI. IDEM libro quadragenſimoquinto ad Edictum.

EX militari * delicto †capite damnatis teſtamẽtum facere licet [i] ſuper bonis duntaxat caſtrenſibus: ſed vtrum iure militari, an iure communi, quæritur. Magis autem eſt vt iure [k] militari eis teſtandum ſit. Nam cum ei quaſi militi tribuatur ius teſtãdi: conſequens erit dicere, iure militari ei teſtandum.quod ita intellegi oportet, ſi non ſacramenti fides [l] rupta ſit. * Si miles incert⁹ an ſui iuris ſit, [m] teſtamẽtum fecerit: in ea conditione eſt teſtamentum eius, vt valeat. Nam & ſi incertus [n] an pater ſuus viuat, teſtamentum fecerit: teſtamentũ eius valebit. Si filiusfamilias ignorans [o] patrem ſuum deceſſiſſe, de caſtrenſi peculo in militia teſtatus ſit: non pertinebunt [p] ad heredem eius patris bona, ſed ſola caſtrenſia.

XII. PAPINIANVS libro ſexto Reſponſorum.

MIlites enim ea dũtaxat quę haberent [q] *, ſcriptis relinquunt.

XIII. VLPIANVS libro quadragenſimoquinto ad Edictum.

IDem eſt [r] & ſi de teſtamento mutando cogitauit, non quia adimere volebat caſtrenſia bona heredi ſcripto, ſed quia de paternis teſtari volebat, & alium heredem ſcribere. Sed ſi iam veteranus [ſ] deceſſit: vniuerſa bona [t] etiam paterna ad he-

* non autẽ communi, vt addit auctor.

† De militaribus delictis diffuſe Alexander ad Alexandro libro. 1. cap. 13.

* id eſt non fuerit proditor, vt rectè Grȩci interpretantur.

* habent.

i Licet. ſecus in pagano: vt.s. de teſta. l. eius qui.§.j.&.§.fi.

k Vt iure militari. aliàs naturali: vt.s.de iniuſto teſta.l.ſi quis ex.§.irritũ. & infra de lega. iij. l. ſi quis.in princip.§.miles. &.j.de veter.mili. ſuc.l. prima.Sed contra.C.de inofficioſo teſta.l. ſiquãdo.Solutio vt ibi.& adde hîc diſtinctionẽ quę eſt.C.eod.l. à militibus. ADDITIO. Dic ſecũdum Bartolum hîc ꝙ ſi cum milite loquebatur, intelligitur quòd facit iure militari. nã ſermo debet intelligi ſecũdum conditionem perſonæ ad quam dirigitur: vt hîc,&.l. plenum. §. equitij. ſupra de vſu & habita. & per Dynũ in cap.ea quæ.de regulis iur.lib.vj.

l Sacramenti fides. id eſt ſi non facit contra aliquod capitulum quod iurauit: vt ire ad hoſtes: vel vendere arma.

m An ſui iuris ſit. quia dubitat an fuerit cõpetens iudex, videlicet ille coram quo fuit emancipatus: quod eſt opus: vt.C.de eman.liber.l. j.&.l. fi. vel an ſint latrones vel hoſtes qui eum ceperunt, vt in pagano dicitur: vt.j.de leg.iij.l.j.in princ.

n Nam & ſi incertus. ſecus in pagano: vt.s.de teſta.l.de ſtatu. & infra de leg.j.l.j.in princip. & de codicil. l. Ariſto. & infra de acquirenda here.l.heres.quæ ſunt contra.ſed ſi heres de ſtatu ſuo dubitet,non nocet aditioni: vt infra titu.j.l.ſed & ſi de ſua.& dic vt ibi. ADDITIO. Pro intellectu iſtius gloſſ.dic quòd ſi eſt incertus an ſit filiusfamil.vel paterfam.miles poteſt teſtari: quia quomodocũque ſe habet, permittitur ſibi teſtari: ſecus ſi miles ſit incertus an ſit ſui iuris vel ſeruus: puta eſt incertus an ſit captus ab hoſtibus, vel à latronibus: quia tunc non poteſt teſtari ſecundum Iaco.de Ra. Pe. & Cy.& Bald.

o Ignorans. maximè, ſecundum quoſdam.Accurſius.

p Non pertinebunt.ſecus ſi paganus.i.veteranus eſt factus: vt.j.l.iij. in fi.&.j.de caſtren.pecu.l.hereditate.§.j.Accurſius.

q MIlites.Habent. & tenent, ſcilicet in caſtris. ſic infra de verbo. oblig.l.ſtipulatio iſta habere. & ſubaudi, ſcilicet ſi voluerit.& de paganis remanet inteſtatus: vt.C.eo.l.j.&.ij. hic enim de paganis teſtari noluit.

r IDem eſt. vt heres caſtrenſium non habeat niſi caſtrenſia.

ſ Veteranus. poſt annum miſſionis: ſecus ſi ante: vt inſtit.eo.§.ſed hactenus.

t Vniuerſa bona.vt.j.de caſtren.pecu.l.hereditate.§.primo.

Neque enim.] CASVS.in. §. deportati. vſque in finem. l.cum ſeq.

ſequ. Non ſolum deportati,ſed etiam omnes illi qui aliàs ex teſtamento capere non poſſunt,à milite heredes inſtitui poſſunt,pręter ſeruum pœnæ,quem heredem inſtituere non poteſt.ſed ſi tempore mortis dicti militis inueniatur in ciuitate dictus pœnæ ſeruus, conualeſcit inſtitutio. & idem eſt in omni alio non capace à milite inſtituto, & poſtea capace inuento tempore mortis militis. Quid ſi dictus miles inſtituat ſibi heredem ſeruũ ſuũ quem liberum eſſe credebat, & non dedit ei libertatem? Certè non valet inſtitutio .· Sed quid ſi dictus miles inſtituit ſibi heredem Titium, & ei ſubſtituit Seium: & dicto ſuo ſeruo libertatem dedit: & rogauit dictum inſtitutum & ſubſtitutum vt hereditatem reſtituerẽt dicto ſeruo: & poſtea deceſſit dictus miles:& poſtea antequam adirent, deceſſerunt inſtitutus & ſubſtitutus:nũquid habebit libertatẽ & hereditatem dictus ſeruus? Et dicitur quòd ſic: ac ſi libertas & hereditas data eſſet ei directo. In teſtamẽto autem pagani diſtingueretur in prædicto caſu: quia ſi decederent inſtitutus & ſubſtitutus viuente dicto teſtatore & ſciente,tũc nihil noui ſtatuendum eſſet, & ſic non valeret libertas teſtamento data dicto ſeruo.ſi autem deceſſiſſent dictus inſtitutus & ſubſtitutus ignorãte teſtatore,vel poſt mortem teſtatoris:ſubueniendum eſt vt valeat libertas,& habeat hereditatem dictus ſeruus libertate donatus. Viuianus.

redem pertinere caſtrenſiũ, Marcellus libro vndecimo * Digeſtorũ ſcribit † neque enim [a] iam potuit de parte [b] bonorum teſtari. Et deportati [c], & ferè [d] omnes qui teſtamenti factionem non habent, à milite heredes inſtitui poſſunt. Sed ſi ſeruum [e] pœnæ, heredem ſcribat, inſtitutio non valebit.ſed ſi mortis tempore in ciuitate inueniatur, inſtitutio incipit conualeſcere [f] quaſi nunc data hereditate. Et generaliter in omnibus id poterit dici, quos miles ſcribit heredes, vt inſtitutio incipiat vires habere, ſi mortis tempore [g] talis inueniatur, vt à milite inſtitui poterit. Si ſeruum proprium, quem liberum eſſe crediderit, miles heredem ſine libertate inſtituit: in ea conditione eſt, vt inſtitutio non valeat. [h]

* decimo.
† In vulgat. erat.l.14. NEQVE.

Fauore militis & fauore libertatis & inſtitutionis fideicommiſſaria libertas trahitur ad directam.

Cum miles in teſtamento ſuo ſeruo libertatẽ dederit, eidémq; & à primo [i] & à ſecundo [k] herede per fideicommiſſum hereditatem reliquerit: [l] quamuis & primus heres & ſubſtitutus prius quàm adierint hereditatem, mortem obierunt: [m] non debere inteſtati exitum facere, Imperator noſter cum diuo Seuero reſcripſit: ſed perinde habendum eſt, ac ſi eidem ſeruo libertas ſimul & hereditas directò data eſſet: [n] quæ vtraque ad eum peruenire teſtatorem voluiſſe negari non poteſt.

XIIII. MAECIANVS *libro quarto fideicommiſſorum.*

TRactabatur, [o] an tale aliquid & in paganorum teſtamentis indulgẽdum eſſet. Et placet non ſine diſtinctione hoc fieri: ſed ſi quidem viuo teſtatore & ſciente deceſſiſſent, nihil noui [p] ſtatuendum: ſi autem ignorante, aut poſt mortẽ eius, omnimodo ſubueniendum. [q]

XV. VLPIANVS *libro quadrageſimoquinto ad Edictum.*

IN fraudem [r] planè creditorum nec miles amplius quàm

a *Neque enim*.continuatur cum ſuperiori lege,idem,&c.

b *De parte*. cum iure communi debeant teſtari:vt inſtitut.eo.§.ſed hactenus.

c *Deportati*. hi non capiunt iure communi: vt.C.de here.inſtit.l.j. & infra de bono. poſſeſ.l. edicto prætoris. ſed ex teſtamento militis ſic: vt hîc,& infra de lega.iij.l.ſi deportati.§.ſi miles.ſic ergo hîc paſſiue accipitur teſtamenti factio:vt inſtitu. de hered.quali.& dif. §.teſtamenti.

d *Et ferè*. ſunt autem multi:vt not.inſtit.de lega.§. legari.ferè autẽ dicit propter illud quod eſt infra proxi. §. &. §. ſi ſeruum.& de his quæ pro non ſcrip.ha. l. fi.&.j. de his quibus vt indig.l.mulierem. & infra eo.l.miles.§.mulier.&.C.de hæret.l.fina.& ſic facit.C.eo.l. ex teſtamento.

e *Seruum pœnæ*. ad hoc.j.de his quæ pro non ſcriptis.l.iij.

f *Conualeſcere*. ſic infra de rebus dub.l.ſi cognatis. Arg.contra.j.de regu.iur.l.quæ ab initio.

g *Mortis tempore*. in aliis tria tempora:vt ſupra de here.inſti. l. ſi alienum.§.primo.

h *Non valeat*. vt inſtit. qui da. tu. poſſ.§.planè.ſic & infra de fideicomm.lib.l.generaliter.§.ſi quis tu. Sed contra.C.de hered.inſtit.l. cum proponas.vbi tenet teſtamentum.Sol.nec ibi tenet inſtitutio in primo caſu:& ideo ſubſtitutus admittitur. Item in ſecũdo ideo ibi tenet, quia erat cõmunis,vnde erat cui quærere poſſet:hîc proprius,vnde non erat cui quærere poſſet niſi ipſi teſtanti,vel eius futuro legitimo facto heredi:quia erat eadem perſona ſecum. Item facit.C.de neceſſ.ſer.l.ij.

i *A primo*. ſcilicet inſtituto.

k *Secundo*. ſcilicet ſubſtituto.

l *Reliquerit*. ſcilicet vt qui eorum eſſet heres,reſtitueret.

m *Obierunt*. viuo vel mortuo teſtatore. ſed in pagano diſtinguitur:vt infra.l.proxima.

n *Data eſſet*. quod quidem tam militię quàm libertatis fauore cõtingit. R.& ſic eſt.C.ad Trebel.l.penult.§.cum autem.&.j. ad Trebel.l.facta.in fine.

o TRactabatur an tale aliquid.quale eſt illud quod dictum eſt de militis teſtamento.ſ.l.proxi.in fin.

p *Nihil noui*.id eſt,nil valebit.& ſic non valet libertas eo teſtamento data:potuit enim mutare.& non fecit: & ideo videtur firmare: vt ſupra eo.l.idem erit.& argu.C.de inoffic.teſta.l.iij.

q *ſubueniendum*. eſt teſtamento vt valeat, & quidem fauore libertatis: ſed hodie videtur hoc ius cõmune etiã ſine fauore libertatis vel militiæ: vt. C. ad Trebel.l.penult. §. cum autem. vbi mortuo inſtituto tranſeũt actiones ſine reſtitutione: ſed illud quãdo eſt in quem tranſeãt:hîc erat ſeruus in quem tranſire non poteſt fideicommiſſum niſi ſit liber: & liber eſſe non poteſt niſi adita hereditate: vt.C.de cadu.tollen.l.j.§.in nouiſſimo.ſed diſpenſatur fauore libertatis: vt hîc, & infra ad Trebellia. l. facta. §. fina. & ſupra.l. proxi. fauore libertatis & militiæ.& ſic not.valere teſtamentum ſine inſtitutione.

Teſtamentũ ſine inſtitutione quandoquevalet.

IN *fraudem*.] CASVS. in princip.eſt planus vſque ad. §. ſicut autẽ. Miles poteſt dare hereditatem ſuã ſua voluntate, & etiam adimere ei cui dedit. vnde nullius erit momenti militis teſtamentũ ſi ipſum miles cancellauerit vel inciderit. ſi autem poſt cancellationem valere voluerit teſtamentum ſuum: valebit ex ſuprema eius voluntate. Quid ſi miles induxit teſtamentum ſuum: & poſtea cũ anulo ſuo ſignauit ipſum? certè tunc diſtinguitur quo propoſito ſignauit. nam ſi ſignauit ex eo quòd pœnituit eũ quòd mutauerat voluntatem cum induxit teſtamentum: intelligitur renouatum teſtamentum.ſi autem ideo cum anulo ſignauit,quia volebat ita ſtare clauſum teſtamentum, ne poſſent legi ea quæ in eo ſcripta fuerant:exiſtimabitur potior cauſa iudicij militis facti irriti propter dictam inductionem: & ita ſicut erat irritum teſtamẽtum per inductiones, ita remanebit. [TESTAMENTVM ANTE.] Titius paganus fecit non iure teſtamentum: & poſtea factus miles deceſſit. nunquid militari iure valet dictum teſtamentum? Et dicitur quòd ſic:niſi dictus miles contrarium dixiſſet. Sequens.§.dicit quòd ſi aliquis ſcribat ſe heredem in teſtamento militis: non remittitur ei pœna ſenatuſconſulti Liboniani, de qua dicitur infra de falſis. l. diuus. [MILES ET AD TEMPVS.] Hîc. §. dicit quatuor quæ permittuntur militi quæ non permitterentur pagano. Primum eſt, quia poteſt Titium inſtituere vſque ad Paſcha: & dicere quòd à Paſchate in antea ſit ſibi heres Seius. Secundum eſt, quia poteſt dicere ita in teſtamento ſuo: Titius ſit mihi heres: & poſtquam nauis ex Aſia venerit, Seius ſit mihi heres. Tertium eſt; quia poteſt ita dicere: Titius ſit mihi heres vſque dum nauis ex Aſia venerit. Quartum eſt, quia ſibi & filio ſuo poteſt facere teſtamentum iure militari, & ſoli filio, & non ſibi: & hoc caſu cum facit ſoli filio teſtamentum, ita demum valet, ſi miles prædictus in militia deceſſerit, vel ſi deceſſit domi intra annum à tempore quo fuit miſſus de militia. [BONORVM.] Generaliter determinatum eſt inſtitut. de bonorum poſſeſſionibus.§.fina.intra quantum tempus poteſt peti bonorum poſſeſſio. nunquid poſt illud tempus poterit heres militis petere bonorum poſſeſſionem in bonis militis? Et dicitur quòd non: & ſic etiam vtitur iure communi in hoc alio caſu: Legauit miles Titio fundum ſibi in dotem inæſtimatum datum. certè ſicut lex Iulia hoc prohibet in paganis: ita & in militibus. & h.d.cum.l.ſequ. Viuianus.

r *In fraudem*. facit ſupra de hered. inſtitu. l. qui ſoluendo.&.l.ſoluendo, nec enim in alterius damnum alteri debet dari priuilegiũ:

vnum neceſſarium facere poterit. Sicut autem hereditatem miles nuda [a] voluntate dare poteſt, ita & adimere poteſt. Denique ſi cancellauerit teſtamẽtum ſuum, vel inciderit: nullius erit momenti. Si tamen teſtamentum cancellauerit, & mox valere voluerit: valebit ex ſuprema voluntate. Et ideo cum miles induxiſſet teſtamentum ſuum, mox anulo ſuo ſignaſſet; [b] qui ſuper ea re cogniturus [c] erit, conſiderabit quo propoſito id fecerit. nam ſi mutatę voluntatis eum penituiſſe probabitur, renouatum teſtamentum intellegetur. Quòd ſi ideo, [d] ne ea quæ ſcripta fuerint, legi poſſint: cauſa irriti facti iudicij potior [e] exiſtimabitur. Teſtamentum [f] ante militiam [g] factum à milite, ſi in militia deceſſerit, iure [h] militari valere, ſi militis voluntas † cõtraria non ſit, diuus Pius reſcripſit.

C

**Priuilegium militis non tollit delictum ſcribentis. Bartolus.**

Si quis ſe ſcribat heredem in teſtamento militis: non remittitur ei ſenatuſconſulti [i] pœna.

Miles [k] * & ad tempus heredem facere poteſt, & alium poſt tempus, vel ex conditione, vel in cõditionem. Item tam ſibi quàm filio iure militari teſtamentum facere poteſt: & ſoli filio, [l] tametſi ſibi non fecerit. quod teſtamentum [m] valebit, ſi fortè pater vel in militia vel intra annum militiæ deceſſit. Bonorum poſſeſſionem vltra tempora [n] edicto determinata, nec militis poſſe agnoſci Papinianus libro quartodecimo quæſtionum ſcribit: quia generalis [o] eſt iſta determinatio.

### XVI. PAVLVS *libro quadrageſimotertio ad Edictum.*

B DOtalem fundum ſi legauerit miles: non erit ratum legatum propter legem Iuliam [p].

### XVII. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.*

SI certarum rerum heredes inſtituerit miles, veluti alium vrbanorum prædiorum, alium ruſticorum, alium cæterarum rerum: valebit inſtitutio, perindéque habebitur atque ſi ſine partibus heredes eos inſtituiſſet, réſ- C que omnes ſuas per præceptionem cuique legando diſtribuiſſet. [q] Iulianus etiam ait, ſi quis alium caſtrenſium rerum, alium cæterarum ſcripſiſſet: quaſi duorum hominum duas hereditates [r] intellegi: vt etiam in æs alienum quod in caſtris contractum eſſet, ſolus is teneatur, qui caſtrenſium rerum heres inſtitutus eſſet: extra caſtra contracto ære alieno is ſolus obligetur, qui cæterarum rerum heres ſcriptus eſſet. Cui ſcilicet conueniens vi- D detur reſpondiſſe, vt ex quaqua cauſa debeatur militi: vel huic heredi, vel illi, ipſo iure debeatur. Quòd ſi alterutra pars bonorum æri alieno quod ex ea cauſa pendebit, nõ ſufficiat, & propter hoc

---

vt.C.de eman.li.l.nec auus.

a *Nuda.* à ſolennitate verborum. verbis tamen opus eſt: vt infra eo.l.Lucius. A

b *Signaſſet.* id eſt, ſigillaſſet & clauſiſſet. Accurſius.

c *Cogniturus.* id eſt, iudex conſiderabit.

d *Si ideo.* ſcilicet clauſit & ſigillauit.

e *Potior.* quàm cauſam reformari. nam neque firmatur. ſed quid ĩ dubio? Reſpond. non cancellatum remaneat, vt hîc, & quia dixit probabitur ſupra ꝓximè. & facit ad. l. ſup. de teſta.l.ad teſtiũ.§.ſi ſigna. &.l. ſi teſtamẽtũ quod reſignauerit. & infra ſi tabu.teſta.l.j.§. ſi heres. & ſupra eo.l.idem erit. &.j.eo.l.tribunus.§.fin. &.l.Titius.in fi.& inſti. eo.§.ſed & ſi quis.

f *Teſtamentum.* non ſolenne.

g *Ante militiã.* Sed quomodo erat miles ante militiã? Reſpond. miles non militans: & in eo hoc intellige. ſecus ſi paganus erat: vt hîc, & infra eo.l.tribunus.§.fi. & ſupra eo.l.idem. quę ſunt contra.

Hunc locũ pulchrè ac ſubtiliter explicat Viglius in cõmenta. ad §. ſed & ſi quis ante. de milit. teſta. Inſtitu.lib.2.

h *Iure.* ciuili, mutato perſonæ ſtatu plenius tenet prima volũtas: vt ſ.eo.l.neque.§.j.& argu. ſupra de act. empt. l. ſi quis alienam. & de rei vin.l.ſi à Titio.

Teſtãtis priuilegiũ delictum ſcribentis non tollit.

† De hoc. §. vide in c.1. in glo.ſuper ver.abſque deductiõe. circa med. ibi, compẽdioſa quæ ſit his verbis. extra de teſta.

i *Senatuſconſulti.* ſcilicet Liboniani: quod fuit factum ad ſupplendã.l. Cornel. de fal. & quod dicit pœna, dic falſi: vt infra de fal.in rub. &.l. diuus. ſic ergo priuilegium teſtantis non tollit delictum ſcribentis: ſed priuilegium ſcribẽtis tollit: vt.C.de his qui ſibi adſcri.l.quod adhibitus. & facit. j. de his qui ſibi adſcri.l.fi.

k *Miles.* facit.j.eo.l.miles ita.§.ij. &. l. quærebatur.§.fi. &. C.e.l.certi. Sed aliud in pagano: vt ſupra de hered.inſtitu.l. ſi hereditas. & inſtit. de hered. inſtit. §. heres pure. Hug.

l *Soli filio.* vt infra eo.l.miles ita.§.fina.in pagano ſecus: vt ſupra de vulg.ſubſti.l.ij.§.quiſquis autem.

m *Quod teſtamentum.* ſcilicet ſolius filij.

n *Tempora.* c.dierum, vel anni: vt inſtit.de bo.poſ.§.liberis.

o *Generalis.* ſcilicet vt non ſit vlla exceptio.

p *DOtalem. Legem Iuliam.* quæ inhibet alienationem fundi dotalis: vt inſtit.qui.ali.non licet.in princ. & facit.j.de le.ij.l. cum pater.§.qui dotale. Et nota priuilegium non tollere priuilegium. ſic.ſ.ex quibus cau.ma.l.fina. Sed an debeatur hoc caſu æſtimatio? Reſpond. non, cum legatarius non habeat eius commerciũ: vt.j.de leg.ij.l.mortuo.§.Labeo.

Priuilegium nõ tollit priuilegium.

*SI certarum.*] CASVS. Titius miles inſtituit ſibi Seium heredem in vrbanis prædictis ſuis, & Sempronium in ruſticis, & Gaium in omnibus aliis ſuis rebus: poſtea deceſſit dictus miles. nunc quæritur, an valuerit dicta inſtitutio? Et dicitur quòd ſic, & perinde haberi debet ac ſi inſtituiſſet eos ſine partibus, & prælegaſſet dicto Seio vrbana prædia, & Sempronio ruſtica, & Gaio alias ſuas res, vt ſic habeant æquales partes vniuerſæ hereditatis: ſed dictas res habet vnus ab aliis ſuis coheredibus per præceptionem. Sed quid ſi inſtituit Seium in caſtrẽſibus ſuis rebus, Gaium autem A in aliis? nunquid ille qui inſtitutus eſt in caſtrenſibus, tenebitur ære alieno per militem contracto in aliis rebus, vel econtra? Et dicitur quòd non: imò quilibet heredum tenebitur pro illo tantum ære alieno quod contractum eſt in illis bonis in quibus ipſe inſtitutus eſt. & quod dixi in debito à milite: idem eſt in credito. Sed quid ſi pars inſtituti in caſtrenſibus rebus nõ ſufficiat æri alieno per militem contracto ſuper caſtrenſibus bonis, & ita nòluit hereditatem adire: & inſtitutus in paganicis rebus quæ non erãt grauatæ multum ære alieno, adiuit pro ſua parte: nunquid tenetur ſatisfacere etiã illis creditoribꝰ qui crediderũt ſuper bonis caſtrenſibus? Et dicitur ꝙ ſic: aut ſi non vult ſatiſfacere, debet eis dimittere totam hereditatẽ. & quod dixi in inſtituto in paganicis, idem eſſet ĩ inſtituto in caſtrẽſibus econtra. [SI EODEM.] Titius miles inſtituit ſibi heredem Seium: & in eodem teſtamento exheredauit dictum Seium. certè adempta videtur Seio hereditas: paganus autem non poſſet ita adimere per exheredationẽ. [SI PATER.] Filiusfamilias miles & caſtrẽſe peculium habẽs inſtituit ſibi heredem patrẽ ſuũ in dicto peculio: & quibuſdam legata reliquit. pater autem nolens legatariis reſpondere, omiſit aditionem ex teſtamẽto, & poſſidebat alio modo quaſdã res ex dicto peculio. certè tenetur legatariis. & idẽ eſſet ſi dolo deſiiſſet poſſidere dictas res peculiares. [SI MILES TESTAMENTVM.] Titius miles facit teſtamẽtũ in militia exiſtẽs, & legata in ſpeciebus certis in dicto teſtamẽto quibuſdã reliquit: & poſtea in eodem teſtamento ita dixit: ſi quos codicillos faciã, eos cõfirmo in hoc meo teſtamẽto. his cõpletis remiſſus fuit de militia: & poſtea domi exiſtens fecit codicillos, & reliquit quibuſdam aliis legata in ſpeciebus certis ſimiliter: & intra annum quo fuit de dicta militia miſſus, de- E ceſſit. nunquid in codicillis ſeruabitur forma iuris ciuilis & communis: ſcilicet vt de dictis legatis in codicillis relictis poſſit detrahi quarta, cum quadrans ſolutis legatis non remaneat heredi? & videtur quòd non: quia dicti codicilli fuerunt (vt dictum eſt) confirmati in dicto teſtamẽto in militia facto. vnde ſicut de legatis in dicto teſtamento relictis non poteſt detrahi Falcidia iure militum ſpeciali, ita videtur quòd non poſſit detrahi Falcidia de dictis legatis in codicillis relictis. Dicitur tamen hîc quòd bene poſſit detrahi Falcidia de dictis legatis in codicillis relictis: & hoc ideo, quia iam deſierat eſſe miles cum fecit codicillos. Viuianus.

q *Diſtribuiſſet.* ſic & in pagano: vt ſupra de hered.inſtit.l.ex facto. §.j.& facit ſupra eo.l.ſi miles. & quod ibi not. &.C.eod.l.j. &.ij. & quæ ibi not.

r *Duas hereditates.* ad hoc ſupra de compenſationibus.l.ſi cum militi. & ſupra famil.erciſ.l.heredes.§.j.& facit ſupra eod.l.ſi miles. & quod ibi not. &.C.eo.l.j.&.ij.

*Soluere.*

is qui ex ea parte heres inſtitutus eſt, non adierit: alterum qui adiſſet, compellendum eſſe aut defendere totam hereditatem, aut totam creditoribus ſoluere. [a]

Miles poteſt hereditatem relinquere: & eandem adimere in eodem teſtamento. hoc dicit.

Si eodem [b] teſtamento miles eundem heredem, deinde exheredem ſcripſerit: adempta videtur hereditas: cum in paganorũ teſtamento ſola hereditas exheredatione adimi non * poſſit. Si pater à filiofamilias milite ex caſtrenſi peculio heres inſtitutus, omiſſa cauſa teſtamenti aliquid ex peculio poſſidebit, dolóve malo fecerit quo minus poſſideret: datur in eũ legatorũ actio. [c] Si miles [d] teſtamentum in militia fecerit, codicillos poſt militiam, & intra annum miſſionis moriatur: pleriſque [e] placet, in codicillis iuris ciuilis regulam [f] ſpectari debere, quia non ſunt à milite facti: nec ad rem pertinere, quòd teſtamento confirmati ſunt. [g]

ideóque in his legatis quæ teſtamento data ſunt, legi Falcidiæ locum non eſſe: at in his quæ codicillis ſcripta ſunt, locum eſſe.

XVIII. TRYPHONINVS libro octauodecimo Diſputationum.

SI verò compoſita [h] vtraque legata, tam quæ teſtamen B to, quàm quæ codicillis data ſunt, [i] vltra dodrantem ſint: [k] quæritur quatenus minuantur ea in quibus Falcidia locum habet. [l] Commodiſſimè autem id ſtatuetur, vt ex vniuerſitate bonorum in ſolidum ſolutis legatis quæ teſtamento miles dederat, id quod ſupererit, pro dodrante [m] & quadrante diuidatur inter heredes, & eos quibus codicillis legata data ſunt. Quid ergo ſi conſumant vniuerſorum C bonorum [n] quantitatem legata quæ teſtamento data ſunt: [o] vtrum nihil ferent hi quibus codicillis legatum eſt, an aliquid? Et quoniam [p] ſi adhuc miles [q] hæc quoque legaſſet, [r] contri-

a *Soluere.* id eſt tradere: & hoc ne priuilegium noceat creditoribus: vt ſupra eo.l.cum filius.& eſt ad hoc infra titu.j.l.cum heredi- A tate.& infra de bono.poſ,l.ſed cum patrono. in prin. Item contra infra eo.l.ſi duobus. Sol.ibi. Item contra ſupra quibus mod. vſuſfru.amit.l.ſi ſub conditione.ſed ibi ſunt duo teſtantes: hîc vnus. Itẽ ibi duo teſtamenta: hîc vnum. Itẽ quare in princip.huius legis non cõcomitat᷑ æs alienũ res, vt hîc? Reſpõ. ibi nõ eſt vniuerſitas: hîc ſic. nam bona caſtrẽſia vna vniuerſitas eſt: & ſic eſt paganica alia: & ita ibi totum patrimoniũ intuetur æs alienum: vt.j.ad Trebel. l j. §.ſi heres. & ſupra de iud.l.ſi fideicõ miſſum.§.tractatum.

b *si eodẽ.* prout habes in fine.§.non poſſit: pone caſum in ſeruo herede inſtituto, & libero. nam eodem teſtamẽto poteſt ei adimi hereditas ſola ſine libertate: & hoc à milite, nõ à pagano: vt.&.s̃ de libe.& poſtu.l. ſi ita. §. regula. Et quod dicit, exheredem, id eſt hereditatem adimẽdo dicendo, exheredo vel adimo. Itẽ pone in libero extraneo inſtituto, & eodẽ teſtamẽto poſtea exheredato. nam hoc miles facere poteſt nõ paganus: quia res eſt in extraneo inepta exheredatio: vt.j̃. de verbo. oblig. l. quidã cum filium. ſed miles nuda voluntate aufert: vt.s̃.eo.l.in fraudem. §.j.& ſecundum hoc ordina literã in fi. niſi ſola exheredatione non poſſit &c. Si verò habeas ſine non, dic ꝙ miles poteſt adimere hereditatem datam eodem teſtamento, cum hoc poſſit paganus: & forte fiet iſtud etiam per verbum exheredo, quod aptè ponitur iam eo inſtituto. aliàs non: vt.d.l.quidã.& facit.s̃.de teſta.l.heredes.§.ſi q̃d poſt.&.C.de teſta.l.hac conſultiſſima. §.ſi quis autem. &. l. ſancimus. ADDITIO. Dic ſecundum Bal. hîc quòd prima caſus poſi- D tio eſt vera ſecundum literam negatiuam: vltima ſecundum affirmatiuam eſt vera: ſed media eſt falſa: vt.s̃.de here.inſti.l.ſi pater.

* Vide Ant. Aug. lib. 1. emend. cap. 3. ſic Flo. in omnibus quidem manuſcr. deerat negatio, ſed poſtea in pleriſq; addita fuit inter verſiculos ex libro Piſano. rectè nam adimi quidem poteſt, vt apparet ex l. 44 s̃. de her. inſti. l. 27. j̃. ad l. Falc. ſed ſi ſolus & ex aſſe heres ſcriptus erat, non ſola hereditas videbitur adẽpta, ſed etiam legata omnia, & totum denique teſtamẽtum corruet.

c *Legatorum actio.* vt in eum qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidet hereditatem: vt.j̃.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.j. & intellige patrem teneri ad finem peculij, & perpetuo: licet aliàs deberet teneri & ſoleat nomine peculij vſque ad annum tãtùm, ſcilicet cũ ab inteſtato filius deceſſit: vt omnia hæc probantur aperte.j̃.de caſtren.pecu.l.pater qui.H. Item dic quòd niſi fuiſſet teſtatus pater, iure peculij occupaſſet: vt.j̃.de caſtren.pecu.l.ij.

d *si miles.* ad euidentiam dic quòd Falcidia ceſſat in teſtamento militis: vt.C.ad leg.Falc.in teſtamento.&.C.eo.l.in teſtamento.

e *Pleriſque.* & bene.

f *Regulam.* id eſt ſolennitatem vt habeat locum Falcidia.

g *Confirmati ſunt.* & ideo videbatur tempus teſtamenti tantum inſpiciendum: & perinde ac ſi in teſtamento eſſent relicta legata in codicillis: vt infra de codicil.l.ij.§.codicillorum. ſed tamen ſecus: vt E hîc dicit, & infra.l.proxi.& infra ad leg.Falci.l.ſi miles.H.& not.ar. quòd ſi legatus reſeruat [a] ſibi primam vacaturam in aliqua eccleſia, & excommunicauit rebelles: & eo facto priuato cœpit locus vacare: quòd non teneat eius excommunicatio: vt tempus in quo præbenda debet conferri, inſpiciatur: & non quo ipſe retinuit. ſic arbiter non poteſt ſtatuere diem in tempus in quo non eſt futurus arbiter: vt ſupra de arbi.l.ſi cum dies.§. ſi intra. & facit infra de codicil.l. conficiuntur.§.ſi miles.&. C.de manu. teſta.l.j. & continua.l.ſequentem.

a] Adde rationem ad hanc gloſſ. quia reſeruatio legalis dicitur expirare cum legatione. in c. præſenti. de offic. leg. in. 6. Card. in cle. 1. 4. q. extra de præben.

SI verò.] CASVS. Pone quòd in dicto teſtamento & in dictis codicillis vt in proxi. §. l. præceden. reliquit dictus miles legata in quantitate conſiſtentia: & tot reliquit, quòd vtriſque ſimul compoſitis & computatis excedunt dodrantem, & tangunt quadrantẽ qui debet ad minus remanere heredi de iure. quo modo minuentur per Falcidiam legata in quibus dictum eſt locum habere Falcidiam, id eſt legata in codicillis data? Reſpon. quòd ex omnibus bonis debent ſolui ſolida legata in teſtamento data: quia de eis non debet detrahi Falcidia, vt dictum eſt. illud autem quod ſupereſt de dictis legatis, debet diuidi inter heredes ex vna parte, & illos legatarios quibus legatum eſt in codicillis, ex alia, hoc modo ſcilicet vt legatarij habeant dodrãtem, & heredes quadrãtẽ. Sed quid ſi dicta legata in teſtamẽto relicta cõſumant quantitatẽ vniuerſorũ bonorũ? nũquid habebũt aliq̃d illi legatarij quibus legatũ eſt in codicillis, an nihil? & certè hîc talis modus ſeruabitur. Pone ꝙ dictus miles habebat in bonis.xij. & in teſtamento legauit. xij.& in codicillis.iiij.& ſic legauit.iiij. plus quàm haberet in bonis. certè iſta quatuor debent ſtatim detrahi de vtriſq; legatis: & ita remanebũt legata teſtamẽti.x.& legata codicillorũ duo. certè de duob⁹ quæ remanẽt relicta in codicillis, detrahetur Falcid.& nõ de.x. quæ remanẽt relicta in teſtamẽto.& hoc ideo, quia & ſi antequã eſſet miſſus de militia dictus miles, legaſſet nõ ſolùm in teſtamẽto, ſed etiam in codicillis dicta xvj. contribuerentur omnia legata, & pro rata ex omnibus legatis decederet dicta portio quam amplius legauerat, quàm in bonis ſuis habebat, id eſt dicta quatuor. Si autem legaſſet in dicto teſtamento quinque, & in dictis codicillis alia quinque, cum habeat in bonis ſuis.xij. ſoluuntur integra quinque legatariis teſtamenti: & q̃d deeſt heredi ad quartam, ſupplebitur eidem de legatis in codicillis relictis.i.de aliis quinque. vnde heres habebit tria, & legatarij codicillorum habent quatuor. Viuianus.

h *Si verò compoſita.* id eſt computata: cum ſint in quantitate relicta. nam ſupra locutus eſt vbi ſunt in ſpecie relicta: vt ſi vni fundum, alij domum legauit: & tunc euidens eſt de quo detrahitur, & quid debeat ſoluere heres. ſi verò in quantitate ſunt hæc & alia relicta: tunc meritò quæritur quantum vel quo modo debeat ſoluere heres. Azo.

i *Data ſunt.* id eſt relicta videntur.

k *Vltra dodrantem ſint.* ita quòd totam ſubſtantiam conſumãt: vt differat ab vltimo caſu legis.§.quòd ſi poſt &c. Vel dic ꝙ & hîc aliquid remanebat heredi: vt & ibi: & ſic ſit idem caſus. Et dic ꝙ Titius.cccc. habebat in bonis: & in teſtamẽto tempore militiæ facto legauit.ccc.in codicillis factis poſt militiã intra annum legauit nonaginta.& deceſſit intra eundem annum. de primis. ccc. nõ detrahet Falci. heres cum ceſſat in teſtamento militis: ſed de relictis in codicillis ſic: quia tunc non erat miles. Secundò quæritur, ſi in teſtamento.cccc. codicillis.c.legauit? Reſpõ. idem eſſe quod eſſet hîc alio caſu, ſcilicet quando omnia quingenta in teſtamẽto legaſſet. nam tunc ſicut antea deduceret quod in bonis nõ eſt, deminuẽdo cuilibet legatario quintam eius quod ei relictum eſt: ſic & nũc deducet de quolibet quintam tam de legatis teſtamenti, quàm codicillorum: & ſic legatarij codicillorum debent habere. lxxx. ex quibus detrahitur quarta, ſcilicet.xx. at legatariis teſtamenti nil detrahitur: ſed detracta quinta quadringentorũ, ſcilicet.lxxx. quod non erat in bonis, ſolidum reſiduum habent, ſcilicet. cccxx. ſic ponitur caſus.j̃.ad.l.Falci.l.ſi poſt miſſionem.

l *Locum habet.* vt ſunt relicta in codicillis: vt.s̃.l.proxi.in fi.

m *Dodrante.* vt dodrantem legatarij, quadrantem heres ferat.

n *Bonorum.* quæ ſunt.cccc.

o *Teſtamento data ſunt.* quia.cccc.teſtamento, codicillis.c.legauit.

p *Et quoniam.* nunc adducit ſimile per quod ſoluet.

q *Adhuc miles.* id eſt nondum miſſus de militia.

r *Legaſſet.* in teſtamento quæ dedit in codicillis.

buebantur omnia,& pro rata ex omnibus decedebat ea portio quam amplius [a] legauerat quàm in bonis habuerat:nunc quoque idem fiat : deinde conſtituta [b] quantitate legatorum quæ codicillis data ſunt, ex ſumma quæ efficiebatur debita ſi æquo iure [c] omnia deberentur, quartam deducat his ſolis [d] quibus codicillis legata ſunt.quod ſi poſt [e] vtraque legata ſolida computata deprehenderetur quod remaneat apud heredem, non tamen ſufficiens quartæ [f] eorundem legatorum: [g] quod ei deeſt,detrahatur his ſolis quibus codicillis legata data ſunt.

XIX. VLPIANVS *libro quarto Diſputationum.*

QVærebatur, ſi miles qui habebat iam factum teſtamētum, aliud feciſſet, & in eo comprehendiſſet, fidei heredis committere vt priores tabulæ valerent : quid iuris eſſet. Dicebam:Militi licet [h] plura teſtamenta facere : ſed ſiue ſimul [i] fecerit , ſiue ſeparatim , vtique valebunt , ſi hoc ſpecialiter expreſſerit:nec ſuperius [k] per inferius rumpetur , cum & ex parte heredem inſtituere poſſit: hoc eſt , ex parte teſtatò , ex parte inteſtatò decedere. [l] Quinimò & ſi codicillos ante fecerat , poterit eos per teſtamentum ſequens cauendo, in poteſtatem inſtitutionis redigere , & efficete directam inſtitutionem quæ erat precaria. Secundum hæc in propoſito [m] referebam, ſi hoc animo fuerit miles, vt valeret [n] prius factum teſtamentum : id quod cauit, [o] valere oportere:ac per hoc effici, vt duo teſtamenta ſint. Sed in propoſito [p] cum fide * heredis B committatur , vt valeat prius teſtamentum: apparet eum non ipſo iure valere voluiſſe , ſed magis [q] per fideicommiſſum , id eſt in cauſam fideicommiſſi & codicillorum vim prioris teſtamenti conuertiſſe . [r] Vtrum autem totum teſtamentum in eam cauſam conuerſum ſit, hoc eſt & heredis inſtitutio , an verò legata tantùm & fideicommiſſa & libertates, quæritur. Sed mihi videtur non ſolùm cætera præter C inſtitutionem heredis , ſed & ipſam inſtitutionem in cauſam fideicommiſſi vertiſſe : niſi aliud teſtatorem ſcripſiſſe probetur.

Si quis à milite heres ad tempus [ſ] ſcriptus eſſet , & alius ex tempore : quæritur an poſterior heres à priore relicta legata debet . Et arbitror hunc non debere : [t] niſi alia voluntas militis probetur.

XX. IVLIANVS *libro viceſimo ſeptimo Digeſtorum.*

D TRibunus militum ſi intra dies certos quàm ſucceſſor eius in caſtra venerat, manēs in caſtris codicillos fecerit, [u] & ibi deceſſerit: quoniam deſinit [x]

---

a *Amplius.* præmitte,legauerat amplius &c.hoc enim fieri debet: vt inſtit.ad leg.Falc.in fi.& facit.C.eo.l.in teſtamento.§. ſane.&.j. ad.l.Fal.in ratione.§.quod vulgo.

b *Conſtituta.* id eſt conſiderata,quæ eſt.lxxx.

c *Æquo iure.* nam ſi nulli detraheretur Falcidia , ita his deberetur totum quinta detracta quæ in bonis nūc erat, vt legatariis teſtamenti: ſed in noſtro caſu non debetur æquo iure , cū his detrahatur Fal. illis non.

d *His ſolis.* id eſt ab his ſolis.

e *Quòd ſi poſt.* redit ad primum caſum legis.

f *Quartæ.* quæ ſunt.xx. de.lxxx.

g *Legatorum.* ſcilicet in codicillis relictorum:vt in primo caſu huius legis.non autem dicas ꝙ heres retineat ſibi quartā totius hereditatis de legatis codic . quia ſic nihil eis remaneret.

QVærebatur. ] CASVS. Titius miles fecit teſtamentū , & inſtituit ſibi heredē Seium:& quibuſdam aliis reliquit legata : & quibuſdam fideicō.& quibuſdam ſeruis libertatē dedit : & poſtea fecit aliud teſtamētum, & inſtituit in eo Gaiū heredem,& fidei Gaij cōmiſit vt prius teſtamētum valeret.modò quęritur, vtrū valeat prius teſtamētum:& ſi valet, vtrū valeat directò, an per fideicommiſſum: & an valeat quantū ad inſtitutionē,& quantum ad omnia alia quæ in eo ſunt?& antequā reſpōdeat ad dictas quæſtiones : dicit ꝙ licitum eſt militi plura facere teſtamenta : & ſiue faciat ea ſimul ſiue ſeparatim,valebunt ſi ſpecialiter dixit miles ne ſuperi⁹ per inferius rumperetur.Item dicit quòd miles poteſt pro parte decedere teſtatus,& pro parte decedere inteſtatus. Item dicit quòd ſi miles fecit codicillos,& rogauit venientes ab inteſtato vt reſtituerent hereditatem ſuam Sempronio per fideicommiſſum,& poſtea fecit teſtamentum, & in eo dixit , volo quòd dictus Sempronius habeat hereditatem meam per codicillos ſupradictos : efficietur directa inſtitutio codicillorum, quæ prius erat precaria. Si poteſt facere miles dicta tria : ergo & in noſtra quæſtionė debet valere prius teſtamentum in quo inſtituit.Seium: & valebit iure fideicōmiſſi,& non directo:nam commiſit fidei heredis in ſecundo teſtamento inſtituti,vt prius teſtamentum valeret.& non ſolū alia quę ſunt in teſtamento primo,valebunt iure fideicommiſſi: ſed etiam inſtitutio , niſi contrarium ſcripſiſſet teſtator. [SI QVIS A MILITE.] Titius miles inſtituit ſibi heredem Seium vſque ad Paſcha:& Gaium à Paſchate in antea.certè pro conſtanti ponit quòd valet inſtitutio vtriuſque.Sed nunquid legata à primo herede data debebit ſoluere ſecundus poſt Paſcha? Et dicitur quòd non:niſi teſtator hoc voluiſſet.Viuianus.

h *Licet.* id eſt licitum eſt.

i *ſimul.* aliàs ſemel : aliàs ſimul , id eſt incontinenti vnum poſt aliud:vt.ſ.ſi cer. peta.l. lecta.§. dicebam. ADDITIO. No.ex hac glo.quòd illa ſimul fieri intelliguntur , quorum vnum fit poſt alterum ſine temporis interuallo. vnde facit ad quæſtionem an poſſint teſtificari duo qui per foramen viderunt duos adinuicem cōmiſceri.de hoc no.iij.q.viij.c.nihilominus. Not. etiam ex iſta gloſ. ꝙ id dicitur ſimul fieri,quod fit pluries ſine tēporis interuallo : & A facit ad no.in.l.vulgaris.in princi.j.de fur.ſecundum Bald.hîc.

k *Nec ſuperius.* in priuato verò ſemper vnum per aliud rumpitur: vt.ſ.de iniuſt.teſta.l.j.&.ij.vel vtrumque vice vnius habetur:vt infra de ſecun.tabu.l.j.§.ſed in duobus.Azo.at codicillos plures [a] priuatus poteſt facere : vt inſtitu. de codicillis. §. codicillos.

l *Decedere.* vt &.ſ.eo.ti. l.ſi miles.in fi.

m *In propoſito.* id eſt in primo caſu legis.

n *Vt valeret.* ſ.prius teſtamentum.ſ.directo iure:quamuis verba non portent:quia fidei commiſit heredis.

o *Cauit.* expreſſe.

p *In propoſito.* id eſt in caſu primo legis.

q *Magis per fideicommiſſum.* j.eo.l. ſi militis. §.j. contra.vbi vtrumq; directo valet.Solu.hîc miles videtur expreſſiſſe vt priores tabulæ iure fideicō.valerēt.ſic enim dixit,fidei heredū. alioquin ſi in ſecundis non faceret mētionem priorū, vtrumq; valeret directò : vt ibi.nec obſtat quod ſuperius dixit , ſi hoc ſpecialiter &c.quia ſubaudi ibi maximè: vel exigit expreſſe quādo verba non portant.

r *Conuertiſſe.* ergo inſtitutus in ſecūdo tam hereditatē reſtituit inſtituto in primo,quàm legata relicta in primo ſoluet, tāquā in ſecūdo relicta : & hoc ſubiicit, vtrum autem totū &c.

ſ *Ad tempus.* ſ.eod. l.in fraudem.§.penulti.

t *Nō debere.* aliud ī ſubſtituto pupillo : vt.j.ad. l.Fal. l. in ratione. §. qđ vulgo. & vulgari : vt. j. de legatis. j. l. licet. hîc autē nō eſt ſubſtitutus.

a] Limita ni ſi codicilli eſſent eadē die facti, & non appareret de prioritate, & eſſent contrarij : quia tūc nō valerent. Bar.in.l.j.C. de codicil. alij dicunt quòd vltimus in quo adimitur qđ in cæteris fuerat diſpoſitum. vide Bald. in prædicta.l.j.

* fidei.

TRibunus.] CASVS. Tribunus cuiuſdā cohortis militum finiuit tempus ſuum : & fuit ei miſſus ſucceſſor in tribunatu in caſtris in quibus erat cauſa militiæ : & ſciens dictus tribunus ſucceſſorem veniſſe , fecit codicillos adhuc manens in dictis caſtris:& ibi deceſſit.modò quæritur , an dicti codicilli valeant iure militari? Et dicitur quòd non:imò iure communi.vnde ſi non ſint in eis ea quæ debent eſſe in codicillis iure communi factis,non valebunt. [CVM ALIQVIS.] Titius paganus fecit teſtamentum non iure pone:& poſtea cœpit militare: & exiſtens in militia aperuit dictum teſtamentum:& legit:& poſtea ſuo E ſigillo ſignauit. certè incipit valere dictum teſtamentum ac ſi in militia factum fuiſſet . & idem eſſet ſi poſtquam factus eſt miles, aliquid interleuit de dicto teſtamēto , vel perduxit pennam ſuper aliqua parte ipſius teſtamenti:vel ſi adiecit aliquid vel emendauit. aliàs autem non valet iure militari.Viuianus.

u *Codicillos fecerit.* ſciens ſucceſſorem adueniſſe: alioquin fortè ſecus:vt ſupra de offi.præſi.l.ſi forte.

x *Deſinit haberi.* ſic & ſimplex miles tantùm dum eſt in numeris: vt.j.eo.l.ex eo.licet antea factum duret ibi poſtea per annū : quod hîc non eſt: vt.j.l.proxi. Item facit infra de bono.poſſeſſ. ex teſtamen.mili.l.j. Sed argu.contra in auth. de adminiſt. §. penulti. vbi per decem dies ante deſinit præſes. ADDITIO. Dic ſecundum Bald.hîc quòd hîc loquitur de priuilegio: ibi de iuriſdictione inter ſubditos exercenda. Et eſt ratio quare citius clauditur adminiſtratio: quia in fine officij officiales conſueuerunt eſſe nimis gratioſi:vt not.C.vnde vi.l.meminerint.

*Inciderit.*

a *Inciderit.* ſcilicet incidendo filium, vt aperiret & legeret.
b *Signauerit.* per quod probare videtur: vt. ſ. quod iuſſu. l. j. §. ſed & ſi ſerui. & . ſ. quibus mo. pig. vel hypo. ſol. l. Titius. §. fi. & . j. de codicil. l. conficiuntur. §. ſi miles. Item facit. ſ. de iuſti. & iur. l. ius ciuile. & . ſ. e. l. idémque. in fin. & . ſ. communia prædi. l. fin.

c *Non pertinebit.* vt & . j. eo. l. Titius. Nec obſtat ſ. e. l. in fraudem. §. teſtamentum. quia ibi miles non militans, hîc paganus fuit teſtator.

QVod cõſtitutũ.] CASVS. Conſtitutũ eſt. ſ. eo. in fraudem. §. teſtamentum. quod teſtamentum à milite militiæ tempore factũ valeat etiã intra annum à tempore quo miles qui fecit teſtamentum, miſſus eſt de militia. certè quãtum ad dicta verba cõſtituti pertinet tantũ ad eos qui de militia mitti ſolẽt, & non ad illos qui deſinũt militare ſine miſſiõe, ſcilicet ſucceſſorib[*] acceptis: ſicut eſt præfectus & tribunus & alij qui ſine miſſione deſinunt militare: vt etiã. ſ. l. pxi. in prĩ.

[*] In arch. erat bonorum, minus rectè. Taurel. in adnot. in omnib. manuſc. rectè eſt, homum.

d *Quod conſtitutum.* vt inſti. eo. §. & quod in caſtris. & . j. eo. l. quod dicitur. & . C. eod. l. ex teſtamento.
e *Poſt miſſionẽ.* cauſariã vel honeſtã. ſunt enim multa genera: vt. j. de re mili. l. milites. §. miſſionum.
f *Eius.* conſtituti.
g *Mitti.* i. remitti ſolẽt.
h *Militare.* i. militiæ preeſſe. non enim erant milites: vt. j. de bon. poſ. ex teſtamen. mili. l. j. Sunt enim quidã ad pugnãdũ inepti, ſed ad diſponendum apti: vt. §. de capti. l. poſtliminium. §. fi. Secus ergo ſi iſti eſſent commilitones. & facit. ſ. eo. l. tribunus. in princi. & ſupra quibus ex cau. maio. l. abeſſe.

MIles.] CASVS. Titius filiusfamilias in militia exiſtens fecit teſtamentum: & poſtea durãte militia fuit à patre emancipatus, vel in adoptionem datus, & ita capite minutus: ſicq; fuit ruptum teſtamentum ſuum minima capitis deminutione interueniente: & poſtea durante eadẽ militia dixit quoquo modo velle valere primũ teſtamentum. certè valebit ex noua voluntate. Et idẽ eſſet ſi paterfami. miles de caſtrenſibus duntaxat teſtatus ſe dederit adrogandũ durante militia. nam quãuis per adrogationem ruptũ ſit dictũ teſtamentũ: tamẽ ſi militia durãte dicat quoquo modo ꝙ velit valere, valebit ex noua voluntate. ſi non dedit ſe adrogandum eo tempore quo erat iam de militia miſſus, & ſic deſierat eſſe miles: non valebit teſtamentum ex noua voluntate: ruptum enim eſt teſtamẽtum poſtquam militare deſiit. h. d. cum. l. ſeq. Viuianus.

militis loco haberi poſtquã ſucceſſor eius in caſtra venit, ideo cõmuni iure ciuiũ Romanorum codicilli eius æſtimandi ſunt.

Cum aliquis facto teſtamento militare cœperit: id quoque teſtamentum quod ante quàm militare cœperit fecerat, aliquo caſu intellegitur militiæ tẽpore factũ: veluti ſi tabulas inciderit, [a] & legerit teſtamentum, ac rurſus ſuo ſigno ſignauerit: [b] amplius ſi & aliquid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emẽdauerit. Quòd ſi nihil horum [*] inciderit: teſtamentum eius ad priuilegia militum non pertinebit. [c]

XXI. AFRICANVS *libro quarto Quæſtionum.*

QVod cõſtitutum [d] eſt, vt teſtamẽtum militiæ tempore factum, etiam intra annum poſt miſſionem [e] valeret: quãtum ad verba eius, [f] ad eos duntaxat qui mitti [g] ſolent, id beneficium pertinere exiſtimauit. ſecũdũ quod neque præfectos, neq; tribunos, aut cæteros qui ſucceſſoribus acceptis militare [h] deſinunt, hoc priuilegium habituros.

Teſtamentum militis filiifamilias non rumpitur minima vel media capitis deminutione. h. d.

XXII. MARCIANVS *libro quarto Inſtitutionum.*

MIles filiusfamilias ſi capite [i] minutus fuerit, vel [k] emãcipatus, vel in adoptionẽ datus à patre ſuo: teſtamentum eius valet, quaſi ex noua voluntate. [l]

XXIII. TERTYLLIANVS *libro ſingulari de Caſtrenſi peculio.*

IDem & ſi paterfamilias miles de caſtrenſibus rebus duntaxat [m] teſtatus, adrogandũ ſe dederit. ſi verò miſſus [n] iam hoc fecerat, [o] non valet teſtamentum.

i *Si capite.* minima capitis deminutione, vt ſubiicit. ſi autem maxima, dic vt. ſ. de iniuſto teſtamen. l. ſi quis filio exheredato. §. ſed & ſi quis. ſi autem media: tunc vide glo. inſti. de capi. demi. §. cum autem. quia ibi dicitur idem quod in minima capi. deminu. & hoc fauore militis. ſecus in priuatis.
k *Vel.* pro id eſt.

l *Voluntate.* ſcilicet prima quoquo modo retineat voluntatem. ruptum enim fuerat minima capitis demi. vt inſtit. quibus mo. teſta. infir. §. alio. & . §. non tantùm. & facit inſti. eo. §. ſed & ſi quis.
m *Dem eſt. Duntaxat.* ſecus forte de aliis.
n *Miſſus.* i. remiſſus de militia, & ſic iam paganus factus.

o *Hoc fecerat.* i. dederat ſe adrogãdum: quia rũpitur poſtquam deſiit militare. Accurſius.

DIuus Traianus.] CASVS. Datum eſt ſupra eo. l. j. priuilegiũ militãtibus, vt teſtamẽta ab eis facta quoquo modo, ſint rata & firma. modò pone ꝙ quidam militans dixit alicui per ludum, ego facio te heredẽ, vel relinquo tibi bona mea. nũquid habebit ille bona militis cui miles ita locutus eſt? Et videtur quòd ſic: quia verba ſunt ita larga, quoquo modo facta teſtamenta à militibus, ſint rata. dicitur tamẽ hîc quòd nõ debet pro teſtamẽto obſeruari: alioquin priuilegium militum in eorũ læſionẽ retorqueretur: quia poſt mortẽ alicuius militis de facili inuenirentur aliqui teſtes qui dicerent ſe audiuiſſe militem dicentem ſe relinquere bona ſua ei de quo dicere vellent: & per hoc ſubuerterentur vera militũ iudicia. ſed hoc modo debent reſtringi dicta verba quoquo modo &c. vt ad minus hoc faciat miles volẽs facere teſtamẽtũ. debet enĩ vocare quoſcunq; teſtes vult, & debet eis dicere: ego voco ui vos ad hoc vt vltimã meam voluntatẽ teſter coram vobis. & poſtea debet nominare corã eis heredem, & ſeruum cui vult dare libertatẽ, & ei dare: & tunc videbitur ſine ſcriptura teſtatus eſſe: & erit rata eius voluntas. Viuia.

[*] Flo. ſubuertuntur.

p *Diuus traianus.* de verbo ad verbũ habes in ſtitu. eo. §. j.   l. 92. j. ad. l. Falc.
q *Datum eſt.* vt. ſ. eo. l. j.

Verba teſtamentorum militũ debent ſeriòſe eſſe dicta de inſtitutione heredis, non iocoſe, aut cum quadam leuitate. hoc dicit.

XXIIII. FLORENTINVS *libro decimo Inſtitutionum.*

DIuus Traianus Statilio Seuero ita reſcripſit: Id priuilegium quod militantibus datum eſt, [q] vt quoquo modo facta ab his teſtamenta, rata ſint: ſic intellegi debet, vt vtriq; prius conſtare [r] debeat teſtamentum factum eſſe: quod & ſine ſcriptura & à non militantibus fieri poteſt. Si ergo miles de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis [ſ] ad hoc hominibus vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet quem vellet ſibi eſſe heredem, & cui libertatem tribuere: poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus: & voluntas eius rata habenda eſt. Cæterùm ſi, vt plerumque ſermonibus fieri ſolet, dixit alicui, *Ego te heredem* [t] *facio*: aut, *tibi bona mea relinquo*: non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec vllorũ magis intereſt, quàm ipſorum quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti: [u] alioquin non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent qui adfirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui viſum ſit: & per hoc iudicia vera ſubuerterentur. [*]

Qualitas iuncta verbo vel participio debet intelligi ſecundum tempus verbi vel participij. hoc dicit iſta ſolennis lex. Bartolus.

XXV. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

TItius [x] prius quàm tribunus legionis factus eſſet, teſta-

r *Conſtare.* legitimis probationibus: vt. j. eo. l. Lucius.
ſ *Conuocatis.* ſic ergo debent eſſe rogati teſtes cum non eſt mortis anguſtia præpeditus. quod dic vt not. C. eo. l. milites. & facit. j. de leg. iij. l. Pamphilæ. Accurſius.   Teſtes rogati in militis teſtamento quandoque requiruntur.
t *Heredem.* non rogando teſtes: nec anguſtia mortis impeditus, & eſt ſic. C. de teſta. l. fina.
u *Non admitti.* ſic. C. de reſcin. ven. l. ratas. & inſti. ad. l. Fal. in prin.

TItius.] CASVS. Titius paganus fecit teſtamẽtũ pone nõ iure: & poſtea fuit factus tribunus legionis militũ: & exiſtens in dicta militia deceſſit manẽte eodẽ teſtamento. quæritur, vtrũ valeat iure militari? Et dicitur ꝙ nõ: niſi dictus tribunus in militia exiſtẽs declarauit aliquo modo ſe velle valere. per cõſtitutiones enim prĩcipũ nõ confirmãtur omnia teſtamẽta militũ, ſed illa ſola quæ fecerunt in militia. feciſſe autẽ in militia dictũ teſtamentum dictus tribunus videtur, cum aliquo modo declarauit ſe velle valere teſtamentum quod ante fecerat, vt dictum eſt. Viuianus.
x *Titius.* paganus. nec ob. ſ. eo. l. in fraudem. §. teſtamentum.

a *Eodem.* teſtamento, id eſt non facto alio.
b *Teſtamenta.* ſcilicet qualibet.
c *A militibus.* id eſt in actu militiæ exiſtentibus. & facit.ſ.eod.leg. idémque.in fi.&.l. tribunus.in fi.&.ꝗ. de lega.iij.l.j.§.j.

*Teſtamenta.*] CASVS. Titius miles fecit teſtamentum in militia minus ſolenne, cum eſſet ſui iuris: & poſtea honeſta vel cauſaria miſſiõe fuit remiſſus domum: & mortuus eſt intra annum à tempore miſſionis. certè valet teſtamẽtũ eius iure militari: ſecus autem ſi ignominiæ cauſa miſſus fuiſſet: quia tunc non valeret. & quod dictũ eſt in eo milite qui ſui iuris erat tẽpore teſtamẽti, idem in eo qui erat in poteſtate patris. Viuianus.

mentum fecit: & poſtea cinctus, manente eodem a defunctus eſt. quæro an militis teſtamentum videatur eſſe. Marcellus reſpondit: teſtamentum quod ante tribunatum feciſſet, nihil ſi poſtea ab eo factum dictum eſſe probaretur quòd valere vellet, ad commune ius pertinet. Conſtitutionibus enim principũ, non militum teſtamenta, b ſed quæ à militibus c facta ſunt, confirmãtur. Sed planè feciſſe teſtamẽtũ eum interpretandum eſt, qui ſe velle teſtamentum quod ante fecerat, valere, aliquo modo declarauit.

Priuilegium datum militibus vt eorum teſtamenta valeant intra annum miſſionis, habet locũ in honeſta miſſione, nõ in ignominioſa. idem in filiofamil.

XXVI. MACER *libro ſecundo Militarium.*

Teſtamenta eorum qui ignomiæ †cauſa miſſi ſunt, ſtatim deſinant militari iure valere: ꝙ d anni ſpatium teſtamentis eorũ e qui honeſtam vel cauſariam miſſionem meruerunt, tribuitur. Ius teſtãdi de caſtrẽſi peculio, quod filiifamilias militantibus cõceſſum eſt: ad eos qui ignominiæ cauſa miſſi ſunt, non pertinet: quòd hoc f præmij loco merentibus tributum eſt.

XXVII. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

Centurio ſecundo *teſtamẽto poſtumos heredes inſtituit, neque ſubſtitutos dedit: quibus g non †additis, ad ſuperius teſtamentum ſe redire teſtatus eſt. h Cætera i quæ ſecundo teſtamẽto ſcripſit, eſſe irrita placuit: niſi nominatim ea confirmaſſet ad priorem voluntatem reuerſus.

d *Quòd.* id eſt quia.
e *Eorum.* ſcilicet tantũ. nam vnde debent puniri, non debent præmiũ reportare: vt ſupra de nego. geſt. l. ſiue hereditaria. & facit ſupra eo. l. quod cõſtitutum. & infra eo.l.quod dicitur.in princ.&.§.j.
f *Quòd hoc.* id eſt quia hoc. Accurſius.

Præmiũ reportare non debet quis vnde pœnã meretur.

*Centurio.*] CASVS. Ita fuit de facto ꝙ centurio cohortis militum fecit teſtamentũ in quo inſtituit ſibi heredem Titium: & poſtea in eadem militia exiſtẽs fecit teſtamentũ ſecundum, in quo poſtumos ſuos heredes inſtituit, nec eis ſubſtitutos dedit quibus ſubſtitutis non additis in ſecundo teſtamẽto teſtatus eſt in eodem ſecundo teſtamẽto ſe redire ad ſuperius teſtamentũ. certè omnia alia quæ ſunt in dicto ſecundo teſtamẽto, ſunt irrita propter dictã teſtationẽ niſi poſt dictã teſtationẽ confirmaſſet omnia quæ erant in ſecũdo teſtamẽto. Viuia.
g *Quibus.* ſcilicet ſubſtitutis.
h *Teſtatus eſt.* fecerat enim primum teſtamentum, poſtea ſecundum, in quo inſtituit poſtumos: & quædam reliquit ab eis. in fi. teſtamenti adiecit: redeo ad primum teſtamentum. vnde quæritur, an primò inſtituti debeant relicta à poſtumis? Reſpon.non: quia omnia quæ in ſecũdo teſtamento ſcripta erant, videtur retractaſſe. & ſic non ob.ꝗ.e.l.militis. §.j. Vel dic, quod dixit in fine ſecundi teſtamenti, ſi poſtumi heredes non eſſent, redeo ad primũ. nam & tunc irritatur ſecundum ſi poſtumi non ſint heredes: & ſic non debent perimi legata à poſtumis: licèt aliud ſit in ſubſtitutis: vt.ꝗ.de leg.j.l.licet. Accurſius.
i *Cætera.* nunc reſpon.& facit.ſ.de vulg.ſubſti.l. ſi quis eum.

†Sic Flor. ignomiæ, nõ autẽ ignominiæ vt & paulo poſt. & forſan ita locuti ſunt veteres.

Vide.l.cẽturio.ſ.de vulgari.

*i.tabulis ſecundi teſtamẽti. Zoãnetus in Pand.

†Editis, emẽdat Zoãnetus.c.i.reſtitution. vt ſit nõ editis.i. non natis poſtumis. Cont.

*Cvm filiusfamilias.*] CASVS. Titius miles qui erat in poteſtate patris, deceſſit in militia, & filium ſuum impuberem qui erat in aui poteſtate, inſtituit ſibi heredem, & ſubſtituit ei Titium, & dedit ei tutorem Sempronium. modò quæritur, an valeat dicta ſubſtitutio? Et dicitur quòd ſic: quia miles poteſt facere hereditatis ſuæ quamcunque ſubſtitutionem vult. prædicta autem tutoris datio non valuit, ideo quia non potuit dictus miles minuere per dationem tutoris ius poteſtatis quod habebat pater eiuſdem militis in filium eiuſdem militis. Viuianus.
A
k *Non valere.* vt & infra eo.l. miles.§. nec tutorem. &.ſ. de teſta. tute.l.ij.& de admi.tut.l.impuberi. Accurſius.
l *Qualem velit.* etiam extraneum, nedum filium: & directò: vt.C. eo.l. in teſtamento.
m *Ius.* ſcilicet patriæ poteſtatis.
n *Non poteſt.* ad hoc.C. eod. l. ſi Rufinus. & de ſtatuis & imaginib.l. & virtutum.

Filiusfamilias miles poteſt filium impuberem inſtituere, & eidem ſubſtituere: non tamen poteſt ei tutorem dare.

XXVIII. VLPIANVS *libro trigenſimoſexto ad Sabinum.*

B
Cvm filiusfamilias miles deceſſiſſet filio impubere herede inſtituto, eique ſubſtituiſſet in aui poteſtate manenti, tutoréſque dediſſet: diui fratres reſcripſerunt ſubſtitutionem quidem valere: tutoris autem dationem non valere: k quia hereditati quidem ſuæ miles qualem vellet l ſubſtitutionem facere poteſt: veruntamen alienum ius m minuere non poteſt. n

XXIX. MARCELLVS *libro decimo Digeſtorum.*

C
Si à milite ſcriptus heres ſua ſpõte adierit hereditatem, & rogatus totam hereditatem reſtituerit: ex Trebelliano tranſeũt actiones. o Miles teſtamẽto ſuo manumittendo nihil efficit in eo cuius libertas lege Aelia Sentia p vel aliqua q impeditur. Edictũ r prætoris, quo iuſiurandum heredibus inſtitutis legatariiſq; remittitur, locum habet etiam in militum teſtamentis, ſicut etiam in fideicõmiſſis. Idemq; ſi turpis ſ eſſet conditio.

D
Patri manumiſſori filij militis præterito datur bo. poſſ. contra tabu. in bonis aduentitiis filij: non in caſtrenſibus. hoc dicit cum.l.ſeq.

Patri eius qui in emancipatione ipſe manumiſſor t extitiſſet, contra tabulas teſtamenti dandã bonorũ poſſeſſionem partis debitæ u placet: exceptis his reb9 quas in caſtris adquiſiſſet: quarũ liberam teſtamẽti factionem habet.

XXX. PAVLVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

*Si à milite ſcriptus.*] CASVS. Seius miles inſtituit ſibi heredem Titium, & rogauit eum per fideicommiſſum vt hereditatem ſuam reſtitueret Gaio. dictus Titius adiuit dictam hereditatem ſponte, & reſtituit Gaio non detracta quarta, ſicut nec detrahere potuit. certè trãſeunt hereditariæ actiones in dictũ Gaium fideicommiſſariũ. Secundò dicit quòd miles in teſtamẽto ſuo non poteſt dare libertatem illi ſeruo cuius libertas impeditur per leg. Æliam Sentiam, vel per aliquã aliã. Tertiò dicit quòd ſicut in teſtamentis paganorũ remittitur heredibus & legatariis & fideicommiſſariis conditio iuriſiurandi, & etiam turpis conditio: ita & in teſtamentis militum. [PATRI EIVS.] Titius miles erat relaxatus à poteſtate patris, & habebat bona caſtrenſia & aduentitia. fecit teſtamentum in militia exiſtens, & inſtituit ſibi heredẽ Seium: & dictum ſuum patrem præteriit, & deceſſit. modo quæritur, an pater habeat contra tabulas contra teſtamẽtum militis prædicti? Et dicitur quòd ſic quantum ad bona aduentitia: & non quantum ad bona caſtrenſia. nam in bonis caſtrenſibus habet miles liberam teſtamẽti factionem. & hoc dicit cum .l. ſequenti. Viuianus.

E o *Tranſeunt actiones.* vt & infra ad Trebellia.l.j.§. in filij. non tamen quartam retinet: vt ea.l.§. denique. nec ex militis. & ſic quo ad quædam habet locum Trebellianica, & quo ad quædam non. Accurſius.
p *Ælia Sentia.* vt.C. eo.l. ſi Rufinus.
q *Vel aliqua.* ſcilicet lege, puta Flauia: vt infra de manu.l. lege.& infra qui & à qui.l.ij.
r *Edictum.* de quo fit mentio ſupra de condit. inſtitu.l. quæ ſub conditione.
ſ *Si turpis.* vt habeatur pro non adiecta: vt in teſtamento pagani: vt.ſ.de condi.inſti.l. conditiones.&.l. conditio.
t *Manumiſſor.* impropriè.ſic.ſ.de offic.proconſul.l.ij.
u *Debitæ.* quæ eſt tertia, ſi eſt maior centenario, & liberos non habet. ſic enim eſt in patrono: vt inſtit.de ſucceſſ.lib.§.cum verò. Idẽ ergo in patre: vt.ꝗ. ſi à pa. quis fue. ma.l.j. in prin. & inſti. quibus mod.ius pa.po.ſol.§. præterea.in fi.§.

Nam.

NAm in bona caſtrenſia non eſſe [a] dandã contra tabulas filij militis bonorũ poſſeſſionem, diuus Pius Antoninus reſcripſit.

Seruus duobus legatus, vno legatario manumittente efficitur liber: licèt poſtea ambo legatarij legatum repudient.

XXXI. MARCELLVS *libro tertiodecimo Digeſtorum.*

SI miles Titio & Seio ſeruum legauerit, & eũ Titius manumiſiſſet deliberante Seio, móxq; is [b] legatum omiſiſſet, liberandum [c] fore dico: quia & ſi heres ſeruum alicui legatum interim manumiſiſſet, deinde legatarius repudiaſſet, liber eſſet. [d]

XXXII. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

SI ſecundũ probabilem voluntatem [e] militis hereditas eius non adeatur, nec res caſtrenſes heredibus [f] competunt.

Iſta lex duos caſus ponit per pulcherrimã rationẽ: & vnus eſt quando poſtumus natus eſt milite exiſtente in militia: ſecundus quãdo naſcitur poſt militiã. Bart.

XXXIII. TERTYLLIANVS *libro ſingulari de Caſtrenſi Peculio.*

SI filiusfamilias miles feciſſet teſtamentum more militiæ, deinde poſt mortem patris [g] poſtumus ei naſceretur: vtiq; rumpitur eius teſtamentũ. verùm ſi perſeueraſſet in ea voluntate, vt vellet adhuc illud teſtamentum valere: valiturũ illud, quaſi rurſum aliud factũ, [h] ſi modò militaret [i] adhuc eo tẽpore quo naſceretur illi poſtumus. Sed ſi filiusfamilias miles feciſſet teſtamentum, deĩde poſtea viuo eo, & adhuc auo [k] quoque ſuperſtite naſceretur ei poſtumus, non rumpitur eius teſtamentum: quia cũ id quod naſceretur, in poteſtate eius non perueniret, non videtur ſuus heres adgnaſci: ac ne auo quidem ſuo hunc nepotem poſtumum, cum viuo filio naſcere- B tur, ſuum heredem protinus adgnaſci: & ideo nec aui teſtamẽtum rumpi: quoniam licèt in poteſtate aui protinus eſſe inciperet, tamen antecederet eum filius. [l] Secundum quæ, ſi filiusfamilias miles teſtamentum fecerit, & omiſerit poſtumum per errorem, non quòd volebat exheredatum: [m] deinde poſtumus poſt mortem aui, viuo adhuc filio, id eſt patre ſuo, natus fuerit: omnimodo [n] rumpet illius teſtamentum. C Sed ſi quidem pagano iam illo facto natus ſit: nec conualeſcet ruptum. ſi verò militante adhuc natus fuerit, rumpetur: [o] deinde ſi voluerit ratum illud eſſe pater, conualeſcet ſic, quaſi denuo factum. [p] Sed & ſi viuo auo naſcatur poſtumus, hic non rumpet continuo patris teſtamentum. ſi ſuperuixerit poſt mortem aui viuo adhuc patre, rumpet: quòd [q] nouus illi nunc primum heres adgnaſcitur. ita tamen, vt nunquam [r] poſſit duo- D rum ſimul teſtamenta rumpere, & aui & patris.

XXXIIII. PAVLVS * *libro quartodecimo Quæſtionum.* *Papinian⁹.

EIus militis qui doloris impatientia vel tædio vitæ mori maluit, teſtamentum valere, vel inteſtati bona ab his qui lege vo-

a *Nam. Non eſſe.* vt infra ſi à pa. quis fue. ma.l.j.§.eſt & aliud. & infra de bo.lib.l. etiam.§. patronus. nec querela inofficioſi teſtamenti: vt. C. de inoffic. teſta.l. fina. & ſupra de inoffic. teſta.l. Papinianus.§.j. H.

SI *miles.*] CASVS. Miles Titio & Seio ſeruum ſuum legauit, & deceſſit. dicto Seio deliberante vtrum vellet habere legatum, vel non: Titius ſuus collegatarius manumiſit dictum ſeruum, & poſtea dictus Seius omiſit legatũ. nũquid valet libertas prædicta? Et dicas quòd ſic. & eſt ratio: quia & ſi heres ſeruum alicui legatũ deliberãte legatario manumiſiſſet, & poſtea legatarius repudiaſſet: liber eſſet ſeruus prędictus. Viuian⁹.

b *Is.* ſcilicet Seius.

c *Liberandum.* id eſt liberũ: quia retro accreuiſſe videtur ei dominium: vt ſupra ad legẽ Aquil. quia retro.

d *Liber eſſet.* vt & infra de manu.l.ij. & infra de opti.leg.l. cum optio. & facit ſupra ſi cert. pet. l. proinde. Accurſius.

SI *ſecundũ.*] CASVS. Titius miles inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium ſub aliqua honeſta conditione, puta ſi nauis ex Aſia venerit, in bonis paganis & caſtrẽſibus, & deceſſit. heredes nolunt adire hereditatem, & volunt habere ſola bona caſtrenſia. certè non poſſunt hoc obtinere. Viuianus.

e *Probabilem voluntatẽ.* vt quia ſub conditione honeſta eos inſtituit.

f *Heredibus.* ſcilicet ſcriptis. R. & facit ſupra de here inſti.l.iij.§.ſi quis.

SI *filiusfamilias.*] CASVS. Titius filiusfamilias miles iure militari fecit teſtamentum: & inſtituit ſibi heredem Seium, & eo exiſtente adhuc in militia deceſſit pater eius, & natus eſt ei filius poſtea. certè rumpitur teſtamentum ſuum dictum adgnatione poſtumi: niſi perſeueraſſet in voluntate vt vellet adhuc dictum teſtamentum valere. tunc enim bene valeret, quaſi rurſus feciſſet teſtamentum. ſecus autem ſi natus fuiſſet ei militi filius poſt dictum teſtamentum, & ante mortem patris ipſius militis: quia tunc non rumpetur teſtamentum eius: quia dictus filius militi natus nõ eſt in poteſtate patris, ſed aui. Sed nunquid eodẽ caſu rumperet teſtamentũ aui, ſi quod feciſſet auus? Et dicitur quòd non. & eſt ratio: quia licèt in poteſtate aui ſtatim cũ naſcitur eſſe incipiat, tamen antecedit eum nepotem filius miles prædictus qui eſt eius pater. ſi ergo, vt dictum eſt, filiusfa. miles faciat teſtamentum, & poſtumũ prætereat per errorem: non autem ideo prætereat, quia velit eum eſſe exheredem: deinde poſtumus poſt mortem aui, & viuo adhuc filio, id eſt patre ſuo fuerit natus: omnino rumpet teſtamentum patris ſui. poteſt tamen quandoque facere reconualeſcere teſtamentum ſuum dictus miles, & quandoque non. nam ſi adhuc eo militante naſcatur ei dictus poſtumus poſt mortem patris ſui, deinde voluit dictum ſuum teſtamenrum eſſe ratum, conualeſcet teſtamentum taliter ac ſi de nouo factum eſſet. ſi autem dicto milite iam pagano facto natus ſit dictus poſtumus, non conualeſ-

A cet teſtamentum, etiam ſi dicat quondam paganus miles ipſum conualeſcere velle. & hæc omnia vera ſunt nato nepote mortuo auo. ſi autem viuo auo naſcetur filius, non rumpet continuò teſtamentum patris: ſed ita demum rumpet, ſi ſuperuixerit auo viuo adhuc dicto ſuo patre. & eſt ratio quare tunc rumpit: quia nunc primum, id eſt mortuo auo viuo patre ſuo adgnaſcitur heres patri ſuo. quamuis autem in hoc caſu cum ſuperuiuit auo viuo patre ſuo, rumpat teſtamentũ patris, vt dictum eſt: tamẽ aui teſtamentũ non rũpet. & hoc propter dictam rationem, ſcilicet quia pater ſuus miles antecedebat eum. Viuia.

g *Poſt mortem patris.* qui eſt auus quo ad poſtumum. ſecus ſi in vita: vt. j. proxi.§. Accurſius.

h *Aliud factum.* ſcilicet teſtamentum ſola volũtate. non quòd hæc voluntas ſit teſtamentum, ſed perinde primum reſuſcitatur, ac ſi nũc fieret: vt ſupra eodem l. miles filius.

i *Militaret.* aliud ſi deſiit militare: vt infra ea.l.§. ſed ſi quidem. & facit infra eod.l. militis. §. ij. & s. eo.l. idémque.

k *Auo.* quantum ad naſcentem.

l *Antecederet eum filius.* vt inſtitut. de exhereda. libe.§. poſtumi. & .C. de poſtu.l.j. & .iij.

m *Exheredatum.* tunc enim ſecus: vt ſupra eo.l. qui iur. & .C. eo.l. ſicut.

n *Omnimodo rumpet illius teſtamẽtum.* an autem reſurgat, ſtatim diſtinguit.

o *Rumpetur.* teſtamentũ patris.

p *Factum.* vt in principio huius legis.

q *Quòd.* id eſt quia. & ad hoc ſupra de libe. & poſtu.l. filius.§.j. & facit infra de lega.j.l. penul. Accurſius.

r *Vt nunquam.* nam ſi auus primò moriatur, rumpit teſtamẽtum patris. & ſi pater præmoriatur, rumpit teſtamentum aui per legem Velleiam: vt ſupra de iniuſt. teſta.l. poſtumorum. ſi autem ambo ſimul, & tunc neutrum: cum neuter ſit præmortuus, & ſic appareat ſecundi morientis ruptum. Sed quidam dicunt vtrunque rumpi: argu infra de reb. dub. l. qui duos. Sed ibi fauetur ſubſtituto, quia venit ſecundum volun- E tatem: hîc autem præter voluntatem venit.

EIus *militis.*] CASVS. Titius miles fecit teſtamentum, & poſtea impatientia doloris, vel propter tædium vitæ ſe præcipitauit. nunquid valet teſtamentum eius? Et dicitur quòd ſic, & heres ab eo inſtitutus habebit bona ſua. ſed & ſi non feciſſet teſtamentum, bona ſua haberent venientes ab inteſtato, & non fiſcus. [SIMILITIA.] Titius miles fuit de militia remiſſus: & intra annum miſſionis cœpit facere aliud teſtamentum, cum aliud in militia feciſſet: nec perficere potuit ſecundum, morte præuentus. nũquid ſecundum non perfectum rumpet primum? Et diſtinguitur: aut primum erat factum iure militari, aut cõmuni. primo caſu rumpet, ſecundo non. ſecus autem ſi dictus Titius antequam remitteretur de militia, feciſſet dicta teſtamẽta: quia tunc ſiue fecit primũ iure militari ſiue cõmuni, ſemper per ſecundũ rũpetur, ſiue ſecũdũ fuit perfectum, ſiue non. militis enim teſtamentũ ſola perficitur voluntate

vnde ſequitur quod ille miles qui plura ſcribit per varios dies, videtur ſæpe facere teſtamentum. & hoc dicit cum.l.ſeq. Viuianus. A

a *Reſcripſit*. ſecus ſi conſcientia criminis. & ad hoc ſupra de iniuſto teſt. l. ſi quis filio exheredato.§. proinde. &. C. qui teſta. face. poſ.l.ij.& infra de bo.eorum qui ante ſen.l.ij.&.iij.

b *Militia*. fecerat enim duo teſtamenta: quorũ vnum fecit in militia: aliud intra annum miſſionis:& iſtud ſecũdum non compleuit: rumpitur primũ per ſecundũ ſi primum fuit factum iure militari, aliàs non.

† ad Pōponiũ Falconē. l. Si quis filio. §. eius qui.ſ. de iniuſt. rupto.

c *Tamen circa militem*. id eſt circa eum qui adhuc militat.

d *Diſtinctio*. quæ eſt facta circa eum qui deſiit militare.

e *Quocunque modo*. ſiue communi, ſiue militari. Et not.hac.l. facilius tolli priuilegiũ, quàm ius commune: vt in authē. de non alie.§. quia verò veriſimile.in fi.

Priuilegium facilius tollitur quàm ius cõmune.

f *Fecerit*. adhuc militãs. R.

g *Nouiſſima*. licèt non ſit ſolennitate communi ſuffulta.R.& facit inſtit. quib. mod.teſta.infir.§.ex eo.&.ſ.de iniuſt. teſta.l.ij.

† Sic Flor.& manuſcr.fortè rectius eſſet, quoniã volũtas quæque militis teſtamentũ eſt.

h *Miles. Imperfectum*. iure communi: ſed perfectum iure ſpeciali.Accurſius.

i *Sola*. vt infra eo.l.Lucius.

k *Quique*. ſ.miles.

l *Plura*. ſ.teſtamenta.

m *Sæpe,&c*. vt ſupra eo. l. quærebatur. & facit. C.eod.l.milites.&quod ibi not.

cantur, vindicari diuus Hadrianus reſcripſit.[a] †

Facilius tollitur quod valet iure ſpeciali, quàm quod valet iure communi. Bartolus.

Militia miſſus intra annum teſtamentum facere cœpit, neque perficere potuit. poteſt dici, ſolutum ita eſſe teſtamentum quod in militia[b] fecit, ſi iure militiæ fuit ſcriptum: alioquin ſi valuit iure communni, non eſſe iure reſciſſum. Nec tamen circa militem[c] eadem adhibebitur diſtinctio:[d] nam quocunque modo[e] teſtamentum fecerit,[f] nouiſſima[g] voluntate reſcindetur: quoniam voluntas quoque militis teſtamenti eſt. † B

XXXV. IDEM *libro nonodecimo Quæſtionum*.

Miles ſi teſtamentum imperfectum[h] relinquat, ſcriptura quæ profertur, perfecti teſtamenti poteſtatem obtinet. nam militis teſtamentum ſola[i] perficitur voluntate: quíque[k] plura[l] per dies varios ſcribit, ſæpe[m] facere teſtamentum videtur. C

XXXVI. IDEM *libro ſexto Reſponſorum*.

Militis codicillis ad teſtamẽtum[n] factis, etiam hereditas iure videtur dari.[o] Quare ſi partem dimidiam[p] hereditatis codicillis dederit, teſtamento ſcriptus ex aſſe heres partem dimidiam habebit: legata autem teſtamento data communiter[q] debentur. Miles caſtrenſium bonorum & non caſtrenſium diuerſis heredibus inſtitutis,[r] poſtea[ſ] caſtrenſium bonorum alios heredes inſtituit. Prioribus tabulis tantum abſtuliſſe videtur, quantum in poſteriores contulerit: nec videtur mutare[t] etſi prioribus tabulis vnus heres ſcriptus fuiſſet. Miles in ſupremis ordinandis ignarus[u] vxorem eſſe prægnatem, ventris nõ habuit mentionem. Poſt mortem patris filia nata, ruptum eſſe teſtamentum apparuit: neque legata deberi. Si qua verò medio tempore ſcriptus heres legata ſoluiſſet: vtilibus[x] actionibus filiæ datis, ob improuiſum caſum eſſe reuocanda: nec inſtitutum, cum[y] bonæ fidei poſſeſſor[z] fuerit, quod inde ſeruari non potuiſſet, præſtare.* Veteranus moriens teſtamentum iure communi tempore militiæ factum, irritum eſſe voluit, & inteſtatus eſſe maluit. Heredum inſtitutiones ac ſubſtitutiones in eodem ſtatu manſiſſe[a] pla-

Militis.] CASVS. Titius miles fecit teſtamentum,& inſtituit ſibi heredem Seium,& multa ab eo legata reliquit:& poſtea ſtatim fecit codicillos: & in eis inſtituit ſibi heredem Gaium pro dimidia: & poſtea deceſſit.modò quæritur, an ille qui fuit inſtitutus in codicillis, debeat habere dimidiam hereditatis? Et dicitur quòd ſic,& aliam dimidiam debet habere Seius in teſtamento ex aſſe inſtitutus: & prædicta legata à ſolo Seio in teſtamento data debent communiter ſolui per dictum Seium & Gaium. & non mireris ſi dictus Gaius in codicillis pro dimidia inſtitutus habere debet dimidiam hereditatis: quia militis codicillis ad teſtamentum factis, etiam hereditas iure directo videtur dari: licèt ſecus ſit in codicillis pagani. [MILES.] Titius miles inſtituit ſibi heredem Seium in bonis ſuis caſtrenſibus, & Gaium in paganicis: & poſtea fecit ſecundum teſtamentum,& in eo inſtituit ſibi heredes Petrum & Martinum in dictis ſuis caſtrenſibus bonis: & deceſſit poſtea. certè Petrus & Martinus erunt heredes in caſtrenſibus bonis,& non Seius primò in eis inſtitutus. & idem eſſet ſi in primo teſtamento inſtituiſſet dictum Seium ſolum in caſtrenſibus & paganicis bonis: & poſtea prædicto modo ſecundum teſtamentum feciſſet. tantum enim videbitur abſtuliſſe priori teſtamento, quantum contulit in ſecundo. [MILES IN SVPREMIS.] Titius miles habens vxorem prægnantem fecit in militia teſtamentum: & ignorans vxorem eſſe prægnantem, ventris in eodem teſtamento non habuit mentionem,& Seium ſibi heredem inſtituit: & deceſſit poſtea dictus miles.& poſtea fuit ei nata poſtuma.nunquid rumpit teſtamentum prædictum? Et dicitur quòd ſic. vnde non debentur legata in eo relicta. ſed ſi dictus Seius heres ſoluiſſet aliqua de dictis legatis medio tempore inter mortem teſtatoris, & natiuitatem filiæ prædictæ, poterit reuocare ipſa dicta filia vtilibus actionibus, id eſt indebiti condictionibus eidem filiæ datis, & hoc propter improuiſum caſum natiuitatis dictæ filiæ datis, quæ rumpit teſtamentum.ſi autem aliquis de legatariis cui per heredem ſolutum eſt, non inueniatur ſoluendo, habebit filia inde damnum: nec poterit recuperare ab inſtituto, cum antequam filia naſceretur fuerit bonæ fidei poſſeſſor. [VETERANVS.] Titius miles in militia exiſtens iure communi condidit teſtamentum: & in eo inſtituit ſibi Seium & Gaium,& ab eis multa quibuſdam legata reliquit:& dictis heredibus ſubſtituit duos alios, & poſtea fuit de militia remiſſus, & veteranus effectus. & in periculo mortis poſtea exiſtens dixit quòd volebat irritum eſſe dictum teſtamentum: & quod inteſtatus decedere volebat & poſtea deceſſit. modò quæritur, an dictæ inſtitutiones & ſubſtitutiones & legata permaneant in eodem ſtatu: an verò annihilentur? Et reſpond. quòd inſtitutiones & ſubſtitutiones in eodem ſtatu permanent nihilominus.legatarij autem legata petentes ſummoueri debent ſecũdum ius commune exceptione doli mali. ſi autem dicti legatarij eſſent in poſſeſſione rerum eis legatarum, potior eſſet eorum cauſa: vnde heredes ab eis repetere non poſſent. [MILES IVRE.] Titius miles in militia iure communi teſtamẽtum fecit:& poſtea in eadem militia exiſtens fecit ſecundum teſtamentum ſuper omnibus bonis ſuis iure militari. & poſtea fuit de militia domum remiſſus: & poſtea ſtetit domi per annum, & deceſſit: & ſic non valuit ſecundum teſtamentum iure militari factum: vt ſupra eodem in fraudem.§.teſtamentum. nunquid vires primi teſtamenti per ſecundum rupti redintegrantur ex eo quòd ſecundum rumpit primum, & eſt annihilatum ex eo quòd teſtator deceſſit poſt annum miſſionis? Et dicitur quòd non. Viuianus. D

* præſtari eſt in archetypo, ſed vna litera peccatũ ibi eſſe ait Ant. Aug.li. 1.c.2. ſcribique debuiſſe præſtare. In manuſcriptis tamen etiã ſcriptũ reperi præſtari. Cont.

n *Ad teſtamentum*. id eſt iuxta: vel id eſt teſtamento confirmatis. aliàs poſt. Accurſius.

o *Dari*. & directò: vt.ſ.eo.l.quærebatur. Nec obſtat inſtitu.de codicil.§.codicillos.quia ibi ſpeciale.

p *Dimidiam*. & aliam dimidiam ſcriptus in codicillis. H.

q *Communiter*. ab vtroque, quamuis non ſint repetita. cum enim ab inſtituto in aſſem decreſcat emolumentum, decreſcat & onus. ſic ſupra de vulg.ſubſtit.l.& ſi contra.& infra de leg.iij.l.fi.§.fi. &.j. ad.l.Falc.l.Plautius.

r *Inſtitutis*. vno in vnis, alio in aliis: & hoc in primo teſtamento.

ſ *Poſtea*. in ſecundo teſtamento.

E t *Mutare*. id eſt aliud eſſe etſi vnus, &c. ſcilicet quàm ſi plures. vel dic primum teſtamentum, ſcilicet in aliis bonis. Nec obſtat contra. ſ.eo.l.quærebatur.Sol.vt ibi.&.l.centurio.contra.Sol.vt ibi. Item aliud in priuato quàm hîc dicat: quia ex toto rumpitur primum: vt.j.ad Trebel.l.ſi quis priore.contra.Accurſius.

u *Ignarus*. aliud ſi ſciens: vt.C.eod.l.ſi cum.&.l.ſicut.& eſt ad hoc. ſ.eo.l.ſi filius.in princ.&.§.ij.

x *Vtilibus actionibus*. & condictione indebiti, & condictione ſine cauſa: vt.ſ.de condic.indeb.l.j.ij.iij.iiij.& v.Accurſius.

y *Cum*. id eſt quia. Accurſius.

z *Bonæ fidei poſſeſſor*. vt.ſ.de peti.here.l. item veniunt. §. eos autem qui iuſtas &c. & huic bonæ fidei iuſtam cauſam præbuit teſtator.

a *Manſiſſe*. quia non ſic mutari iure teſtamẽtum perfectũ potuit: vt.C.de teſt.l. ſancimus.&.ſ.de teſta. heredes.§.ſi quis poſt.&.ſ.eo. l.eius.§.fi.& inſt.qui. mo. teſt. infir.§. ex eo. Sed nõne vt indignus eſt heres

eſt heres qui voluntatem non habet: vt.C. de his quib.vt indig.l. hereditas. & infra de his quib. vt indig. cum quidam? Reſpon. in prima expreſſe dixit eos non mereri: hic non. Item in alia fecit ſecundum teſtamentum, hic non: ſed tantum noluit valere primum: & hoc in verbis. ſecus ſi in facto: vt quia tabulas inciderit: vt infra ſi tabu.teſt. nul. exta.l.j.§. ſi heres. &.C. eod.l. noſtrã. quæ ſunt contra.

cuit: legata verò petentes, exceptione doli mali ſecundum ius [a] commune ſummoueri: cuius exceptionis vires ex perſona petentis [b] æſtimantur. & alioquin potior eſt in re pari cauſa poſſeſſoris. Miles iure cõmuni teſtatus, poſtea teſtamento iure militiæ ſuper bonis omnibus facto, poſt annum militiæ vita deceſſerat. prioris teſtamenti quod ruptum eſſe cõſtabat [c], non redintegrari vires conſtitit. [d]

XXXVII. PAVLVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

SI duob⁹ [e] à milite liberto ſcriptis heredibus, alter omiſerit hereditatem, pro ea parte inteſtatus videbitur defunctus [f] deceſſiſſe: quia miles & pro parte teſtari poteſt: & competit patrono ab inteſtato bonorum poſſeſſio: [g] niſi ſi hæc voluntas defuncti probata fuerit, vt omittente altero, ad alterum vellet totam redire hereditatem.

XXXVIII. IDEM *libro octauo Quæſtionum.*

QVod dicitur, ſi miles intra annũ quàm miſſus [h] eſt deceſſerit, valere eius teſtamentum quod iure militari fecerat: verum eſt etiam ſi poſt annum cõ-

a *Secundum ius cõmune.* quod eſt vt nuda voluntate adimãtur legata: vt ĩ. de adi.leg.l.iij.§. fin & l.& ſi trãsferam. &.l.ex parte.&.ĩ.de lega.iij.l. ſi iure.Accurſius.

b *Petentis.* ſcilicet legatarij, nõ quòd heres habeat ius retinendi, cum teneatur ex prima volũtate. vnde ſi ſoluat, repellitur repetẽs: vt ſubiicit, &.ĩ.de excep.do.l. apud.§.prẹterea.& arg. in eo.tit.l.ſi procurator. Sed quo modo habet legatarius, cũ fuit ademptum, licet heres nõ repetat? Reſpõ. aufertur vt indigno: ar.ĩ.de his qui. vt indig.l.cum quidam.

c *Conſtabat.* alioquin ſecus: vt ſupra eo.l.quẹrebatur.

d *Conſtitit.* ſufficit ergo quod ex ſecundo teſtamẽto heres eſſe potuit, ſi intra annum deceſſiſſet: vt inſtit.quibus modis teſta.infir.§.poſteriore.& ſupra de iniuſt. teſta.l.iij.§. ſed cõſtante.

SI *duobus.*] CASVS. Titius habebat libertum Stichum, qui libertus fuit factus miles: & exiſtens in militia fecit teſtamẽtum, in quo inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium. & poſtea deceſsit dictus libertus miles. vnus ex dictis heredibus omiſit pro ſua parte hereditatem, nunquid coheres ſuus habebit totam hereditatem iure accreſcendi? Et dicitur quòd non, imò pro dicta parte omiſſa videtur miles inteſtatus deceſſiſſe. miles enim pro parte poteſt teſtari, & pro parte inteſtatus decedere. & dictæ partis omiſſæ competet Titio patrono bonorum poſſeſſio ab inteſtato. & hæc vera ſunt, niſi probetur teſtatorem voluiſſe alterum heredem totam habere hereditatem altero omittente: quia tunc habebit alter totam, & patronus nihil. Viuianus.

e *Si duobus.* dic Titium inſtitutum in caſtrenſibus, Seium in paganicis, qui Seius repudiauit. non accreſcet Titio, ſed patrono ab inteſtato: vt infra de bo. lib.l. ſi filius.§. j. Nec obſt.ſ̃. eo.leg. ſi certarum.§. quod ſi alterutra. quia hoc fauore patroni, repellitur in caſtrenſibus à contra tabulas: vt infra de bo. lib.l.iij.§. patronus. & ideo etiam in cæteris admittitur. Et eodem modo ſoluitur. C. de cadu.tollen.§. his ita. vbi præfertur coheres legitimo in iure accreſcendi. Vel dic quod indiſtinctè hîc inſtituit duos. Nec obſt.ſ̃. E eod.leg. ſi certarũ. quia ibi eſt ideo, quia non erat ſoluendo hereditas: & per hoc nullus ab inteſtato volebat: arg. ſupra de mino. & ſi ſine.§. ſed quod Papinianus. &.C. de neceſ. ſer.l.fi. Sed tunc eſt contra dictam.leg.C. de cad. toll. Sed erit ſpeciale in inſtitutis à milite. & eſt ratio: quia & prius potuit pro parte teſtatus decedere, quod eſt ſecus in priuato: ideo accreſcit potius quàm detur legitimo. vnde legatariis non accreſcit inuitis: vt Cod. de cadu. toll. §. vbi autem. quia non redditur pro parte inteſtatus. Accurſius.

f *Defunctus.* ſcilicet miles.

g *Bonorum poſſeſſio.* vnde legitimi: vt.ĩ. vnde legi.l.ij.§.j. & facit.C. eo.l.j.&.ij. Accurſius.

QVod *dicitur.*] CASVS. Titius miles fecit teſtamentum iuro militari: & filium ſuum ſibi heredem inſtituit, & ei Seium ſubſtituit: & poſtea fuit miſſus de militia: & intra an-

ff. Infort.

num miſſionis deceſſit: & filius ſuus prædictus deceſſit poſt annum. nunquid ſubſtitutus habebit hereditatem? Et videtur quòd non: quia ſubſtitutio non habuit locum niſi poſt annum miſſionis. Reſpond. tamen quòd ſic. & eſt ratio: quia ſufficit teſtatorem mortuum eſſe intra annum miſſionis ad hoc vt valeat teſtamentũ, etiam ſi poſt annum conditio inſtitutionis vel ſubſtitutionis extiterit.

ditio inſtitutionis extiterit, mortuo eo intra annum. & ideo ſi heredi filio ſubſtituerit, nihil intereſt quando filius moriatur. ſufficit enim patrem intra annum obiſſe. Miles teſtamentum fecerat: deinde †non ignominiæ [i] cauſa miſſus, rurſum cinctus [k] eſt in alia militia. [l] quærebatur an teſtamentum eius quod in militia fecerat, valeret. Quæſiui vtrum iure militari, an communi iure teſtatus eſt. Et ſi quidem communi iure teſtatus eſt: nulla dubitatio eſt quin valeat. Sed ſi vt miles feciſſet teſtamentum: agitare cœpi, quando [m] adſumptus [n] fuiſſet poſtquam deſiit in numeris [o] eſſe: vtrum intra annum, an poſt annum. cognoui intra annum eum adſumptum. ergo ſi cum adhuc iure militari valeret, [p] rurſus eodem iure poſſet teſtari: [q] nunquid etiam poſt annum eo mortuo valeat teſtamentum? Me mouebat, quòd alia militia eſt poſterior. Sed humanius eſt dicere, valere teſtamentum, quaſi coniuncto [r] munere militiæ. [ſ] Non loquor de eo qui voluit [t] valere teſtamentum etiam adſumptus. [u] hic enim quaſi in militia ſequen-

[MILES TESTAMENTVM.] Titius miles fecit in militia teſtamentum, & poſtea fuit remiſſus domum ex honeſta cauſa. & poſtea fuit in alia militia miſſus. & poſtea deceſſit in militia ſecũda exiſtens. quæritur, an teſtamentum quod fecit prima militia, valeat? & diſtinguitur, aut fecit teſtamẽtum iure communi, aut iure militari. primo caſu valet ſine dubio dictum teſtamẽtum: ſecundo caſu diſtinguitur, vtrum fuit teſtator adſumptus ad ſecundam militiam intra annum à tempore miſſionis primæ militiæ, an poſt annum. primo caſu valet teſtamentum, ſecundo caſu videtur quòd non valeat: quia ſecunda militia eſt alia à prima. Sed certè humanius eſt dicere vt valeat teſtamentũ quaſi cõiuncto munere militiæ primæ & ſecundæ. ſed ſi in hoc ſecũdo caſu exiſtens in ſecunda militia dixiſſet ſe velle valere teſtamentum factum in prima militia: tunc nullum dubium eſſet quin valeret teſtamẽtum. videtur enim feciſſe in ſecunda militia teſtamentum. & ſi paganus feciſſet non iure teſtamentum, & poſtea factus miles dixiſſet ſe velle illud valere: hoc caſu valet iure militari: vt ſupra eodem leg. idémque. Viuianus.

† Sic Flo. ſed in lib. Rogerij deeſt negatio vt idẽ hîc addita gloſſula notauit abeſſe debere: quia ignominiæ cauſa miſſorũ teſtamẽta ſtatim infirmãtur. l. 26. ſ̃.e. ſed fallitur Rogeri⁹. nã ſi ignominię cauſa eſſet miſſus fruſtra quæreretur poſtea an poſt annũ mortui valeret teſtamentũ, Contius.

h *Miſſus eſt.* honeſte vel cauſariè. alioquin ſecus: vt.ſ̃. eo.l. teſtamenta. ad hoc.C.eo.l.ex teſtamento.&.ſ̃.de inoffi.teſta.l.Papinianus.§. ſi quis in militia. & inſti. eo.§. ſed hactenus. &.ſ̃.eod. quod conſtitutum.&.ĩ.§.j.& argu.C.de teſtamen.manu.l.j. & qui po.in pigno.ha.l.potior. Azo.

i *Non ignominiæ.* in lib.R. deeſt non. & ſic legebat, in miſſo ignominioſe. in alio indubitanter loquitur, ſcilicet quòd honeſte mittitur. non dico cauſariè: quia ille non debet iterum cingi, [a] vt.C. de re mi. leg. vj. lib. xij. & eſt pro. R. exemplum pagani: vt in fi. huius leg.

k *Cinctus eſt.* non ſine Auguſti affatibus: vt.C. de diuer.offic.l.ij. lib. xij.

l *Militia.* ſcilicet prima.

m *Quando adſumptus.* i.quanto tempore currente poſtquam &c.

n *Adſumptus.* ad ſecundam militiam.

o *In numeris.* primæ militiæ.

p *Valeret.* ſcilicet ſi ignominia miſſionis non obſtaret. ignominioſè quippe miſſorum militaria teſtamenta ſtatim infirmãtur etiam non tranſgreſſo anno: vt.C.eo. ex teſtamento. R.

q *Teſtari.* id eſt teſtamentum valere dico: vt arg.ſ̃. de excu.tut.l. penul.in prin.& arg.ĩ.de iure fiſci.l.fi.

r *Quaſi coniuncto.* vt ſic ab initio potius de militia ad aliam tranſlatus per interpretationem videatur, quàm miſſus ignominioſè iterum cinctus cenſeatur. R. ad quod infra de bo. poſ. ex teſta. mili. leg.j.

ſ *Militiæ.* primæ & ſecundæ.

t *Voluit.* expreſſe.

u *Adſumptus.* ad ſecundam militiam.

a] Iſta gloſ. eſt multum not ad hoc qđ doctor degradatus vel priuatus doctoratu nõ poteſt iterum fieri doctor. de quo not. in.l.2. & ibi gloſ. C. de cing.mil.

a *Cœpit.* vt ſupra eo.l.idémque erit.in fi.

S *I filiusfamilias.*] CASVS. Titius filiusfamilias miles fecit in militia teſtamentum iure militari,& poſtea fuit captus ab hoſtibus: & ſic fuit ruptum teſtamentum ſuum:& poſtea ibi deceſſit. certe reconualeſcit per mortem ſuam teſtamentum ſuum, & hoc ex lege Cornelia, quæ fingit eũ mortuũ fuiſſe prima captiuitatis hora. Sed pone quod pater dicti militis capti deceſſit prius in ciuitate ſua,q̃ decederet ipſe miles apud hoſtes, relicto nepote in ciuitate ex dicto milite nato poſt captiuitatẽ eiuſdẽ militis ſui patris: & poſtea decedat apud hoſtes dict⁹ miles, qui vt dictũ eſt, fecerat teſtamẽtum in militia ante captiuitatẽ. nũquid per agnationẽ dicti filij ipſius militis rũpetur teſtamentũ patris eiuſdem militis? Et videtur ꝙ ſic, quia natus fuit dictus filius viuo patre ſuo milite, & remãſit poſt mortẽ aui viuente patre ſuo: licet apud hoſtes eſſet pater ſuus: vt.ſ.eo. filiusfa. §. fi. Dicitur tamen hic ꝙ nõ rũpitur teſtamentũ: quia ſicut dictũ eſt, ex quo dict⁹ miles deceſſit apud hoſtes, videtur ꝑ l.Corn.prædictã deceſſiſſe eo tẽpore quo captus eſt, & ſic ante annum:quo caſu certũ eſt quod non rumpitur teſtamentum patris:vt.d.l.filiusfamilias.§.j.Viuianus.

ti fecit teſtamentum, exemplo eius qui paganus fecit, deinde militare cœpit.[a]

XXXIX. IDEM *libro nono Quæſtionum.*

SI filiusfamilias miles captus, apud hoſtes deceſſerit: dicemus legem Corneliam etiam ad eius teſtamẽtum pertinere.[b] Sed quæramus ſi pater eius prius[c] in ciuitate deceſſerit relicto nepote[d] ex filio, an ſimiliter teſtamẽtum patris[e] rumpatur.Et dicendum eſt non rumpi teſtamentũ: quia ex eo tempore quo captus eſt,videtur deceſſiſſe.[f]

XL. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

LVcius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribẽdum notis dictauit: & antequam literis præſcriberetur,* vita defunctus eſt. quæro an hæc dictatio valere poſſit. Reſpõdi, militibus quoquo modo velint,& quo modo poſſunt, teſtamentum facere cõceſſum eſſe:[g] ita tamẽ, vt hoc ita ſubſecutũ eſſe, legitimis probationibus[h] oſtẽdatur.Idem reſpondit, ex teſtamento eius qui iure militari teſtatus eſſet,ſeruũ, qui licet ſub conditione, legatũ meruit, etiam libertatem poſſe ſibi vindicare.[i] Idem reſpondit, Lucius Titius miles teſtamentũ ita fecit: *Pamphila ſerua mea ex aſſe mihi heres eſto.* alio deinde capite Sempronio commilitõni ſuo eãdem Pamphilam reliquit: cuius fidei commiſit,vt eam manumitteret.quæro,an heres eſſet Pamphila, atque ſi directò accepiſſet libertatem. Reſpondi, intellegẽdum, militem qui ancillam ſuã heredem inſtituerat,ignoraſſe,[k] poſſe ex ea inſtitutione etiam libertatem ei competere, & ideo ſine cauſa poſtea[l] à commilitone petiſſe vt eandem manumitteret.cum ex priore ſcriptura libera, & heres effecta eſt, poſtea nullo præiudicio voluntati facto fruſtra legata eſt.

* perſcriberetur.

XLI. TRYPHONINVS *libro octauodecimo Diſputationum.*

MIles ita heredem ſcribere poteſt: *Quoad viuit Ti-*

b *Pertinere.* vt ſupra de teſta.l.lege Cornelia.Accurſius.

c *Prius.* quàm filius ſcilicet,ſed tamen poſt captiuitatem filij.

d *Nepote.* nato poſt captiuitatem filij,id eſt ſui patris.Azo.Idem ſi ante captiuitatem,ſed poſt reſtitutionem:vt.ſ.eo.l.ſi filius. §. ſed ſi viuo.ſi vero tempore teſtamenti natus, dic vt.ſ.de liber. & poſtu. l.filius.§.filius.Accurſius.

e *An ſimiliter teſtamentum patris.* id eſt huius captiui qui pater eſt nepotis:ſic rumpitur teſtamentum aui per nepotem, qui fingitur locum filij tenuiſſe viuente auo:vt.ſ.de libe.& poſtu.l. ſi quis poſtumos.§.ſi filium.ibi,diuerſúmque &c.

f *Deceſſiſſe.* & ita eo tempore quo filium ſuum in poteſtate habebat,id eſt viuente auo: vnde nepos eius teſtamentum non irritat: vt.ſ.eo.l.ſi filius.§.j.

L *Vcius Titius.*] CASVS. Miles dictauit notario ſuo teſtamẽtum ſuũ per notas ſcribendũ:& antequã notarius perficeret teſtamentũ,deceſſit dictus miles. nunquid valebit tanquã teſtamentũ dictatio quã fecit miles dicto notario?Et dicitur ꝙ ſic, ſi legitimis probationibus,puta duorũ teſtiũ, probetur dictã dictationẽ à milite factã fuiſſe.Secundo dicit:pone,dictus miles qui iure militari teſtatus eſt,reliquit Sticho ſeruo ſuo legatũ purè, vel ſub conditione,& nõ habita mẽtione libertatis.nũquid erit liber? Et dicitur ꝙ ſic.Tertio dicit,pone quod ita dixit dictus miles in teſtamẽto ſuo: Pãphila ſerua mea ex aſſe mihi heres eſto. & poſtea in eodẽ teſtamento Sempronio cõmilitoni ſuo eandẽ reliquit:& eius Sẽpronij fidei cõmiſit vt eam manumitteret:& poſtea deceſſit dictus miles. nũquid Pãphila erit eius heres,ac ſi directè ei dediſſet libertatẽ miles?Et dicitur ꝙ ſic.miles enim prædictus qui ancillã ſuã heredem inſtituit, vt dictũ eſt, poteſt intelligi ignoraſſe cõpetere ancillæ libertatẽ ex inſtitutione:& ideo ſine cauſa poſtea à Sempronio cõmilitone petiſſe vt eandẽ manumitteret, cum ex priore inſtitutionis ſcriptura libera & heres facta eſſet.& ſic legatum non valuit. ſi non valuit legatum ipſius ancillæ:ergo fruſtra fuit rogatus legatarius per fideicommiſſum vt eam manumitteret. Viuianus.

Probatio cõmunis in militari teſtamento requiritur.

g *Conceſſum eſſe.* cõtra.j.de bono. poſſeſ. l.ſed cum patrono. §. fi. Sol.hoc eſt priuilegium militis.Accurſius.

h *Probationibus.* Not.communem probationẽ in teſtamento militis fore neceſſariam.i.ad minus duorum teſtium:quia pluralis &c.

vt.ſ.de teſti.l.vbi.& dic vt no.C.e.l.milites.& facit.ſ.eo.l.diuus.

i *Vindicare.* contra.C.de neceſ.ſer.l.quidã.§.illo.& de fideicõ. l.ex fideicõmiſſo.Sol.hic ſpeciale in milite: quia magis præſumitur liberalis:vt.C.eo.l.ex his.& in authen.vt lib.decæ.§.ſi quis autem.

k *Ignoraſſe.* nõ mirũ:quia adhuc non erat lex quæ hoc dicit. C.de neceſ.ſer.l. quidã. videt ergo legare:vt ſic manu miſſa accipiat hereditatẽ:ſed erat ſpeciale vt directo ſit libera& heres, cum & per legatũ ei relictũ idẽ contingat:vt.ſ. proxi.reſpon.Accur.

Ceſſat hæc coniectura in pagano.l. penul.§.illo. C.de neceſ. ſar.ſeru. hered.

l *Poſtea.* dic, fruſtra eſt poſtea legata libertas nullo &c.cum & idem habeat per propriã voluntatem.

M *Iles ita.*] CASVS. Ita poteſt miles heredẽ ſibi ſcribere:Titi⁹ ſit mihi heres donec viuet: & poſt mortem eius Titij Septiti⁹ ſit mihi heres. ſi autẽ ſcribat miles,Titius vſq; ad annos decẽ heres eſto: & à decem annis in antea nõ ſcripſit aliquẽ heredẽ, vſq; ad decẽ erit teſtatus, & abinde in antea inteſtatus.ex prædictis patet qđ miles poteſt inſtituere heredẽ ex certo tẽpore, & ad certũ tẽpus.& quando inſtituit ex tẽpore, hereditas deferturveniẽtib⁹ ab inteſtato antequam dies veniat quo admittatur inſtitutus.& ita illud quod militi licitum eſt in bonorũ ſuorũ portione, ſcilicet vt pro parte poſſit decedere teſtatus,& pro alia inteſtatus:competit ei ex eodem militari priuilegio etiam in ſpatio temporis,licet ſit nõ modicum ſpatiũ, ſcilicet vt pro parte temporis inueniatur teſtatus,& pro parte non. [MVLIER IN QVA.] Hic.§. ponit duos caſus in quibus miles communi iure vtitur.Primus eſt, quia non poteſt in teſtamẽto ſuo aliquid relinquere mulieri in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt,puta adulterij cum ipſo milite commiſſi.Secundus eſt, quia non poteſt ei dare tutorẽ miles qui eſt in aliena poteſtate. [SI MILES.] Titius miles fecit teſtamẽtum:& inſtituit ſibi heredẽ Seium: & filium ſuũ exheredauit:vel ſciẽs eum filium ſuum eſſe, ſilentio eum præteriit:quod in milite pro exheredatione habetur:& eidem filio ſubſtituit Gaium:& ſubſtituto ampla legata de ſuo reliquit: & ab eo ſubſtituto reliquit aliis legata:& poſtea deceſſit dictus miles teſtator.modo quæritur,an valeat legata quæ à dicto ſubſtituto reliquit?Et dicitur quod non.quamuis enim ampla legata de ſuo reliquerit ſubſtituto,vt dictum eſt,tamen nõ inſtituit eum in aliqua parte ſuorum bonorum:vnde non eſt mirum, ſi non poteſt ab eo legata relinquere.non enim reliquit ab eo legata tãquam à legatario,quæ quidem valerent:ſed tanquam à ſubſtituto filij.exheredato ergo,vt ex prædictis patet,miles ſubſtituere poteſt: emancipato etiam poteſt ſubſtituere:quamuis paganns non poſſit ſubſtituere filio ſuo impuberi emancipato.& cum ſubſtituit miles filio emancipato:habebit locum ſubſtitutio tantum in his bonis quæ ab ipſo milite peruenerunt ad eum filium cui ſubſtituit: non etiam in his quæ habuit filius tempore ſubſtitutionis, vel poſtea acquiſiuit.nã & ſi ſubſtituiſſet filio ſuo viuo adhuc auo poſt acquiſitã filio militis aui hereditatẽ,nemo dicat ad ſubſtitutum pertinere. & hæc omnia vera ſunt ſi habes.§.ibi,exheredato miles &c.ſi autẽ habeas ibi.§.miles & emancipato &c.erit ille.§.ſeparatus ab ipſo.§.ſi miles exheredauerit &c.& huius.§.ſi miles.aliquãtulum diuerſificabitur caſus ab eo quod dixi:erit tamen planus. [SI MILITIS.] Titius miles fecit teſtamẽtum in militia:& inſtituit ſibi heredẽ Seium: & filium ſuum impuberem exheredauit: & eidẽ filio ſubſtituit Gaiũ pupillariter. quæ ſubſtitutio valet: vt ſupra. §. & poſtea deceſſit dictus miles:& Seius non adiuit hereditatem ſuam. & poſtea dictus filius militis deceſſit in pupillari ætate. nunquid Gaius veniet ex ſubſtitutione ad hereditatem impuberis? Et videtur quod non:

UNED

non:quia ex quo non eſt adita hereditas ex principali teſtamento, perinde eſt ac ſi non eſſet factum principale teſtamentum.ergo nõ videtur quòd valeat acceſſorium.i.pupillare:vt.ſ. de vulg.ſubſtitu. l.ij.§.adeo.Dicitur tamen hic quod veniet ſubſtitutus ex priuilegio teſtatoris militis.nam & ſi ſibi penitus non feciſſet teſtamentũ,valeret tamẽ ſubſtitutio. Viuianus.

*tius,heres eſto:* [a] *poſt mortem eius,Septitius.* Sed ſi ita ſcripſerit, *Titius vſque ad annos decem heres eſto,* nemine ſubſtituto : inteſtati cauſa poſt decem annos locum habebit. Et quia dixim⁹,ex certo tempore, [b] & vſque ad certum tempus milites poſſe inſtituere heredem : his conſequens eſt,vt antequã dies veniat quo admittatur inſtitutus , inteſtati hereditas [c] deferatur:& quod in bonorũ portione ei licet, [d] hoc etiam in temporis ſpatio , licet non modicum ſit , ex eodem priuilegio cõpetat. Mulier in qua turpis ſuſpicio cadere poteſt, [e] nec ex teſtamento militis aliquid capere poteſt, vt diuus Hadrianus reſcripſit : nec tutorem [f] ei qui in aliena eſt poteſtate,miles dare poteſt.Si miles exheredauerit filium , vel ſciẽs [g] eum filium ſuum eſſe, ſilẽtio preterierit , an legatum à ſubſtituto eius [h] dare poſſit , quæſitum eſt, Dixi nõ poſſe, licet ampla legata reliquerit. † Exheredato miles * & emancipato [i] filio ſubſtituere [k] poteſt : verùm hoc ius [l] in his exercebitur,quę ab ipſo ad eũ cui ſubſtituit , peruenerint : non etiam in his ſi quæ habuerit , vel poſtea adquiſierit.Nam & ſi filio ſuo , viuo adhuc auo , ſubſtituit: poſt adquiſitam ei aui hereditatẽ nemo diceret ad ſubſtitutũ pertinere. Si militis adita non fuerit hereditas : an ſubſtitutio quã pupillo fecit, valeat, quęritur. Et cõſequens erit hoc dicere:quia permittitur militẽ [m] filio facere teſtamentum , quanuis ſibi non fecerit.

Non à tempore electionis, ſed ex eo tẽpore quo ſcriptus eſt in matricula militũ, incipit quis priuilegio militari vti. Bartolus.

XLII. VLPIANVS *libro quadragenſimoquinto ad Edictum.*

EX eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari , ex quo in numeros relatus eſt, [n] ante non. Proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti [o] tirones ſint , & publicis expenſis iter faciunt , [p] nondum milites ſunt. debent enim in numeros referri. [q]

Habetur pro facto quod de ꝓximo eſt fiendum. Bartolus.

XLIII. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

FIliusfamilias equeſtri [r] militia exornatus , & in comitatu principum retentus,cingi confeſtim [ſ] iuſſus,teſtamentum de caſtrenſi peculio facere poteſt. †

XLIIII. VLPIANVS *libro quadragẽſimoquinto ad Edictum.*

REſcripta principum oſtẽdũt omnes omnino qui ei⁹ ſunt gradus, vt iure militari teſtari nõ poſſint, [t] ſi in hoſtico [u] deprehẽdantur,& illic decedant:quo modo velint , & quo modo poſſint, teſtari:ſiue pręſes [x] ſit prouincię, ſiue quis alius qui iure militari teſtari non poteſt.

a *Eſto*. ſcilicet Titius. Azo.

b *Ex certo tempore.* hoc nõ dixit hic:ſed aliàs in ſuis liberis. nam primũ exemplum legis diẽ habet incertũ : vt.j.de cõdi.& demõſtra.l.j. Vel dic etiam contra illum eſſe certum : quia certũ eſt exiturum: vt in authen.de here.& Falci.§. his omnibus.coll.j.

c *Inteſtati hereditas* . in priuato ſecus : quia die ſublato purè eſſent heredes:vt.ſ.de here.inſti. l.hereditas.Accurſius.

d *Ei licet.* vt pro parte poſſit decedere teſtat⁹, ꝓ parte inteſtatus:vt. ſ. eo.l.ſi miles vnum.hoc in ſpatio tẽporis cõpetit,licet ſit tempus non modicum ex eo priuilegio,poſt quod debet eſſe heres.& eſt ſic quod temp⁹ ſicut ſumma eſt pars rei.ſ. de eden.l.j.§. diem autẽ.& in tẽpore eſt plus & minus , vt in re:vt inſtit.de act.§.plus autem. & hęc erit ratio quare priuatus nõ poſſit ex tempore heredẽ inſtituere:quia ſicut eſt in rebus,ſic ſit ex tẽpore.Accurſius.

e *Cadere poteſt.* quia eã cognouit:vt infra de iis quib.vt indig. l. mulierem. & facit. C.de dona. inter virum & vxo. l.ij. in alio ſecus:vt.j.de dona.l.affectionis . Itẽ hoc niſi tempore mortis [a] bonæ opinionis erat abſque ſuſpicione:vt.ſ.eod.l.neque.§.ij.& non ſuſpicio. ſic. C. de codicil.l.quamuis.&.C.de iudic.l.apertiſſimi. Accurſius.

† Viglius in commentariis ad.§. nõ ſolũ. de pupill.ſubſtit. Inſtit.lib.2. locum hunc ſubtiliter ac doctè explicat.Putat autem dictionem exheredato,pertinere ad præcedẽs reſpõſum : & hũc §.ſic incipere : Miles & emancipato,&c.

* Quod à Taurello prætermiſſum à nobis minime negligi debuit Cont.

a] Quando tẽpus mortis inſpiciatur,& quãdo nõ : vide Bal.in rub. de verb. & re. ſignifi.in ſi.Bart.& Alex.in.l.2.§. quando autem.C.de iure fiſci.

f *Nec tutorem.* ad hoc.ſ.eo.l.cum filius.cũ ſuis concordantiis.Hug.

g *Sciens*.ſic.C.eo.l.ſicut.&.l.ſi cum.

h *Ei.* ſcilicet exheredato : vt. C. de leg.l.cum quidam. idem ſi ipſi ſubſtituto,ſecundum quoſdam.& dic vt ibi.

i *Emancipato.* eodem filio. aliàs ſi eſſet in poteſtate filius,etiam paganus poſſet:& ſic non eſſet priuilegium militis.

k *Subſtituere.* directò:vt.C.eo.l.in teſtamento.in fine.Accurſius.

l *Hoc ius.* quod dixi in emancipato.& ſic nõ ob.inſti.de pup.ſub. §.non ſolum.&.ſ.de vulg.& pup.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos. vbi etiam res pupilli in ſubſtitutionem veniunt. & facit. ſ.eo.l.milites etiam.&.C.de impub.& aliis ſub.l.precibus.in fine.& ſupra de vulga.ſub.l.centurio.in ſi.

m *Permittitur militem.* vt & ſupra eo. l. in fraudem.§.item tam ſibi. in pagano ſecus:vt.ſ.de vulg.ſubſti.l.ij.§.quiſquis.

E*X eo tempore.*] CASVS. Titius fuit electus tyro : & fuit ei præceptum quod iret ad ſtandum cum aliis militibus qui erant in quodam caſtro pro imperatore,& qui erant ibi ſcripti in numeris eorum & in matricula:& fuerunt ei dati nummi pro expenſis in itinere faciendis.& poſtea ipſe cœpit ire:& venit ei periculum mortis antequã eſſet in dicto caſtro,& in dictis numeris redactus.nunquid poteſt iure militari teſtamentum facere?Et dicitur quòd non poteſt : quia ex eo tempore iure militari poteſt quis teſtari,ex quo in numeros relatus eſt,& non ante. Viuianus.

n *Relatus eſt.* vel iuſſus cingi:vt.j.l.proxi.

ff. Infort.

o *Lecti.* electio ergo nõ tribuit ius electo: ſic nec electus ſucceſſor facit deſinere prædeceſſorem:vt in authent.de admini.§.ſi. Itẽ nec ſola electione filij ad dignitatẽ ſit ſui iuris:vt in authen.vt cõſti.quę de di.§.fina. Nec Imperator eſt,niſi ſuſcepta infula:vt.C.de quadr. pręſ.l.j.in fine.Nec tribunus,niſi accepto cingulo:vt.C.e.l.tribun⁹. Nec miles,niſi ſit in numero ſcriptus : vt hic. Nec magiſter : vt. ſ. de excuſ.tut.l. ſi duas.§.minuere. Nec piſtor:vt.ſ. de excu.tut.l.ſi. Sed argu.cõtra inſtitu.quibus mod. ius pat.po.ſol.§.filius.&in authen.de defen.ciui.§. & ſi eadẽ.&. C.de decu.l.ſi.lib.x. &. j.de bo.poſſeſ.ex teſta. milit.l.vnica.§.fin.Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quod ibi loquitur in caſibus ſpecialib⁹, in quibus ex ſola electione cũ acceptatiõe ſecuta quis conſequitur dignitatẽ: ſed hic loquitur in dignitatibus minoribus, in quibus electus quis non poteſt cõſequi dignitatẽ:vt no.in authẽ. de arb.§.illud. colla. vj. & in authẽ.conſtit.quę de dig.§.j.coll.vj.cũ cõcor.ſecũdum Bart.hic.

Imperator non dicitur, niſi ſuſcepta infula.

p *Iter faciunt.* arg.contra.ſ.quibus ex cau.maio. l.qui mittũtur.§.antepenul.& penul.

q *In numeros referri.* itẽ ſtigma, hoc eſt nota publica, brachiis eorũ debet infigi : vt. C. de fabricen.l.ſtigmata. & alia quę not.ſ.ex quibus cau.maio.l.pe.Accurſ.

† Vide quæ ad intellectum huius capitis ſcripſit Viglius in commẽ. ad.§.ſed & ſi quis de milit.teſta Inſtit.lib.2.

F*Iliusfamilias.*] CASVS. Si filiusfamilias equeſtri militia honoratus,& in comitatu principum retẽtus,& iuſſus cõfeſtim in militia cingi , fecerit teſtamẽtum, iure militari valebit. Sunt etiam quidam, ſicut pręſes prouinciæ,q non poſſunt iure militari teſtari: qui quidẽ ſi in hoſtili loco deprehendantur in periculo mortis conſtituti , poſſunt facere teſtamẽtũ quo modo volunt,& quo modo poſſunt.h.d.cum.l.ſeq.Viuianus.

r *Filiusfamilias equeſtri.* No.militia equeſtris.Item cœleſtis:vt clericorum.Item legalis,vt aduocatorum:vt.C.de aduoca.diuer.iudi.l. aduocati. Item remiges & vigiles milites ſunt:vt.j.de bono.poſſeſ. ex teſta.mili.l.j.

Militia multiplex.

ſ *Confeſtim.*Habetur cinctus,qui ſtatim eſt cingẽdus.Habetur perditum,quod ſtatim eſt perdendum:vt.j.pro emp.l.ſi quis cum.Habetur datum,quod paratum eſt vt detur:vt.j.de leg.iij.l.item legato.& in authen.vt exac.inſtan.do.§.fin.deficit conditio,quam conſtat ſtatim defecturam:vt poteſtatiua quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu:vt.ſ.de condit.inſti.l.ſi.

t R*eſcripta.Non poßint.* quia non ſunt miles.

u *Hoſtico.* aliàs hoſtili loco:aliàs hoſtilico:& aliàs hoſtico.

x *Præſes.* qui nõ erat de numero militum:ſed ob aliquam cauſam illic erat, & ſic de aliis : vt hic, & ſupra eod.l.quod conſtitutum.& infra de bono.poſſeſ.ex teſta.mili.l.j. Sed contra habetur.C.eod.l. ſcriniarios.Solu.vt ibi.

## DE ADQVIRENDA VEL omittenda hereditate.

*Poſt deliberationem adit inſtitutus, vel repudiat : & ideo de hoc dicit.& dic adire & repudiare extraneorum , immiſcere & abſtinere ſuorum, vt inſtitu.de hered.quali.& differen.§.extraneis.*

*Poſteaquam exemit militum teſtamenta iure communi ciuium Romanorũ, redit ad inſtitutum ordinem,& quia deliberationem ſequitur aditio vel repu-*

*diatio hereditatis,ſubiicit titulum de adquirēda vel omittenda,hereditate. In indice titulorum eſt amittenda.quod forſitan rectius, quaſi amittere ſit genus, omittere ſpecies.ſed & omittere generaliter accipitur titu. 4. & quæ vulgo amitti animo,& omitti dicitur.l.pen.De vi.Amittitur repudiatione, abſtētione,recuſatione,& omiſsione id eſt,ſi intra præſtituta tēpora nō adeatur.Omittere proprie eſt tēpore excludi vel nō petere intra tēpus. l.quod ſi minor.§. Scæuola. De minor. l.j. §. vlt. vt in poſ.leg.l.j.C.quan.non pet. par.Adquiritur autē cretione,aditione,geritione pro herede,immiſtione, agnitione. quibus modis opera heredis interuenit aliqua.Sed& ſine facto vllo ſuis heredibus adquiritur iure ciuili etiam inuitis & ignorantibus,& ante apertas tabulas. ea re exiſtere dicūtur,nō fieri. Hereditas eſt ius ſucceſsionis directæ in dominū ſingularū rerum, & in omne ius mortui.Aditio eſt actus ſolemnis vindicandæ hereditatis delatæ ex teſtamento vel ab inteſtato. Cretio eſt aditio ex deliberatione teſtamēto præfinita.Pro herede geſtio eſt actus quilibet quaſi heredis.Miſtio eſt iure prætorio data ſuis heredibus forma adquirēdæ hereditatis.Agnitio eſt nuda volūtas ſuſcipiēdæ hereditatis. Repudiatio eſt declaratio cōſtituentis nolle ſe heredem eſſe,quæ fit in iure ſolemniter.Recuſatio quæ fit quoquo modo.Abſtentio eſt iure prætorio data ſuis heredibus forma ſpernendæ hereditatis.Cuiac.*

In indice Titulorum, eſt ſcriptū, amittenda.

## DE ADQVIRENDA vel † omittenda hereditate.

## TITVLVS II.

Aditione partis totū quod poteſt quæritur,ſiue ſimul, ſiue diſcretis partibus hereditas deferatur.h.d.cum.l.ſeq.Bartolus.

I. PAVLVS *libro ſecundo ad ſabinum.*

QVi totam [a] hereditatem adquirere [b] poteſt,is pro parte eam ſcindendo adire non poteſt. [c]

II. VLPIANVS *libro quarto ad Sabinum.*

SEd & ſi quis [d] ex pluribus partibus in eiuſdē hereditate inſtitutus ſit : non poteſt quaſdam partes repudiare, quaſdā agnoſcere. [e]

Donec eſt locus inſtituto, excluditur ſubſtitutus.Alexand.

III. IDEM *libro ſexto ad ſabinum.*

QVamdiu prior heres inſtitutus hereditatem adire poteſt, [f] ſubſtitutus non poteſt. [g] †

Eius eſt priuatio, cuius eſt poſitio.Alexand.

IIII. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

NOlle [h] adire hereditatē non videt̃,qui nō poteſt adire.

Mutus,ſurdus,& prodigus cui bonis interdictum eſt, poſſunt hereditatem adire.Alexand.

V. IDEM *libro primo ad ſabinum.*

MVtum, necnon ſurdū, etiā ita natos,pro herede gerere, & obligari hereditati [i] poſſe conſtat.Eum cui lege [k] bonis interdicitur,heredē inſtitutū poſſe adire hereditatem conſtat. [l]

Hereditatem quocunque modo delatam filius adeundo non obligat patrem , niſi præcedat iuſſus: ſed in bonorum poſſeſſione ſufficit ſi ratihabitio ſubſequatur.Bartolus.

VI. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

QVi totam.] CASVS. Titius inſtituit me & Seium heredes.Seius repudiauit ſuā partē. ego autē nolo adire niſi pro mea parte, certe non poſſum hoc facere: imò debeo habere totam,aut nihil.Viuianus.

a *Qui totam.*Pone caſum vt.C.de impub. & al.ſubſt. l.teſtamēto.vt aliquid videatur addere lex ſequēs.nā dicit,ſed & ſi quis &c.Item pone in inſtituto ex aſſe:qui ſi gerit pro herede pro parte,totā hereditatē videtur agnouiſſe:vt.j.eo.l.ſi ex aſſe. & ſecūdum hoc non poteſt pro parte adire & ſucceſſiuè.& facit.j.eod.l. ſi ſolus.§.item puto.&.C.de omni agro deſer.l.iiij.lib.xj.

b *Adquirere poteſt.* ſi tota ſit delata,alioquin ſecus eſſet: vt.j. eo.l.ſi ſolus.§.idem puto.in fi.§.Item hoc ſi per ſe.ſi autem non per ſe,ſed per alium:dic vt.j.eo.l.ſi ego.&.l.ſi ex ſua parte.

c *Nō poteſt.* idē in legato vnius rei:licet in herede legatarij ſit ſec[9]: vt.j.de lega.j.l.legatari[9].&de lega.ij.l.neminē.&.l.grege.ſec[9]ſi plura legata eſſent, nec onus ſit vni iniūctū:vt.j.de lega.ij.l. ſed duob.

SEd & ſi quis.] CASVS. Teſtator me ex pluribus partibus heredem inſtituit:& ego volo habere quaſdam partes, & alias non. certe non debeo audiri.Viuianus.

d *sed & ſi quis.* primo ex tertia.ſ.eſt inſtitutus Titius:& idem Titius ſecundo ex alia tertia:tertio & idem Titius ex alia tertia.

e *Agnoſcere.* imò agnoſcēdo aliquā ex eis.cæteras acquirit: nec eſt opus aliqua aditiōe,etiā ſi nō delatæ eſſent cæteræ partes cū adiit vnā:quia ſufficit ſemel adiuiſſe.& hoc intelligas in eadē pſona: nō tamē per aliū eſt acquirēda hereditas:vt.j.eo.l.ſi ſol[9].per totā.l. qđ ergo dicit hic,&.ſ.l.proxi.nō poteſt.ſ.quin ſit heres in totū. ſed cū partē repudiat,partē adit:cur præualet aditio? Reſpō.quia fauorabilior:arg.ſ.de lib.& poſtu.l.cū quidā.Itē quid ſi partē repudiat,& aditionem aliarum differat?Reſpon.non valet : vt.j.eo.l.ſi ſolus.in princip.& eſt ratio quam dixi.& facit.C.eo.l.quidam.& ibi not.

QVamdiu.] CASVS. Si teſtator me inſtituat,& Seiū mihi ſubſtituat:quamdiu ego adire poſſum,& volo,poteſt adire Sei[9] mihi ſubſtitutus.velle autem meum non poteſt habere locum ſine poſſibilitate.vnde ſi non poſſum adire,non prodeſt mihi ſi adire volo.h.d.cum.l.ſeq.Viuianus.

f *Poteſt.*quod eſt vſque ad.xxx.annos:vt. C. eo. l.ſi curatoris. [a] eſt enim de iure ciuili aditio,ergo ppetua: vt inſtitut.de perpe. & tēp. act.in princ.licet P.dixerit vſq; ad annū,per.l.C. eo.l.cū antiquioribus.Sed ibi de herede heredis qui nō adit poſt annū : ſed ipſe viuēs ſic perpetuo:niſi ſtatutū ſibi tēpus vt adeat,ſit elapſum:vt.j.eo. quamdiu inſtitutus.vel niſi repudiet:vt.C.de repu.here.l.ſicut.Ac.

a] Gloſ corrupte allegat . debuit allegaſſe.l. licet.C.de iure delibe. ſecundum Alexan.

g *Non poteſt.* vt.j.in.d.l.quamdiu.in princ.hoc tamē fallit in caſibus:vt.ſ.de vulg.ſubſti.l.fi.§.ſi Titius. in fi.&.ſ. de hered. inſtit.l.ſi pater.&.j.de bo.liber.l.libertus patrono.Sed hæc vltima poteſt aliter intelligi.& facit.j.de ſecun.tab. l.ij.§. defertur.&.§. primo gradu. &. C. de edic. diui Hadria.tol.l.j.Accur.

† Quia ſubſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio. Bal.in rub. C.de impu. & ali. ſub.dicitur tamen quandoque inſtitutio,in l. ſi quis hereditarium. §.ſi quis heredum.ſ. de here.inſti.

h NOlle. aliàs nolle. &eſt ſenſus:Nō poteſt repudiare q non poteſt adire . ad qđ eſt. j.eo.l. is qui heres. &.l. is poteſt.Alij habēt,velle.q.d.ſi aliquis gerat p herede in bonis viuētis, nō poteſt : vt.j.eo.l.nemine. &.l. qui ſuperſtitis. & eius eſt priuatio, cuius affirmatio, & ecōtra.ſic. j. de regu. iur. l. eius eſt.&.l. qui poteſt. §.quod quis.Accuſius.

MVtum.] CASVS. Ille qui eſt natus mutus & ſurdus,ſi inſtituatur ab aliquo heres, poteſt gerere pro herede,& obligari poteſt hereditati.Quid de prodigo cui bonis interdicit̃, & curator datur?Certè poteſt cū auctoritate curatoris ſui adire hereditatē,ſi inſtitutus eſt. Vi.

i *Hereditati.* quia in aditiōe nō deſideratur niſi volūtas declarata. perfectū eſt enim opus, ſi intelligat [b] quid agat:vt.j.de bo.poſſeſ.infan.ſu.cō.l.fi.& inſtit.de here.quali.& diffe.§,fi.Itē poteſt iuſſu domini adire,aut aliū adire iubere:vt.j.eo.l.pater.§.j.&.ij.& facit.ſ.de hered.inſtit.l.j.§.mut[9].Ac.

b] Sequūtur hanc gloſ. Barto. Bald. Pau. Alexā. & Aret.nam alias eſſet in poteſtate curatoris:&ſic ſolus nō poſſet adire,ſecundū Bar. B.P.& Alexand.

k *Eum cui lege.*id eſt à iudice per legē:vt.ſ.de cura.furio.l.j.in princ.& dic quia prodigus.ſecus ſi propter delictum:vt ſi cōmiſit crimen maieſtatis,vel etiam hæreticus fuit:vt. C.ad.l.Iuliā ma.l.pen. & de hæreti.l.Manichæos.

l *Conſtat.* cum auctoritate curatoris : vt arg. C.de admi.tu.l. cum quidam. Nec obſt.j. de regu. iur.l. furioſi. quia nulla eſt voluntas ſcilicet in alienando:ſecus in acquirēdo.arg.ſ.de rebus cred.l.certi condictio.§.ſed ſi numerauero.&.j.de verbo.oblig.l.is cui.& facit ſupra de teſta.l.filius.&.l.is cui.Accurſius.

QVi in aliena.] CASVS. Seruus vel filius meus fuit heres inſtitutus à Titio:& dictus meus filius vel ſeruus adiuit hereditatē ſine iuſſu meo.nūquid adeūdo poſſum me obligare dictæ hereditati?Dicitur q nō:nec etiā ratū habere poſſum ex poſt facto:licet ſecus ſit in bo.poſ. quam filius vel ſeruus meus agnouit ſine iuſſu meo.quia illā agnitionē bene poſſum habere ratā. Sed & ſi legitima hereditas matris delata ſit filio meo ex ſenatuſcōſulto Orficiano,& adeat eā ſine iuſſu meo:idē eſt,vt poſſim habere ratā aditionē.Sed & ſi nō adierit filius meus hereditatē matris ſuæ,ego tamē diu poſſedi eā:videor adiuiſſe hereditatē.Sed quid ſi filius meus à Titio inſtitutus erat à me emācipatus,& putabat ſe eſſe in poteſtate mea,& ſic iuſſu meo adiuit hereditatē Titij volēs mihi acquiri? certe nō acquirit mihi hereditatē,nec etiā ſibi.Si autē nō erat à me emācipatus,& ego iuſſi q adiret,& ipſe me mortuo adiuiſſet:bene obligaretur hereditati.& hoc ſiue dubitet vtrū ſit filiusfa.an ſit factus paterfa.per mortē meā,ſiue nō dubitet,velit tamē ſibi adquirere adeūdo.Quod autē dictū eſt in prin.huius legis. ſ. q ille q eſt in poteſtate alicuius, nō poteſt eū inuitū hereditati obligare ī qua inſtitutus eſt qui eſt in poteſtate,fallit quandoq;:nā interdū filiifa. etiā ſine aditione adquirūt hereditatē iis in quorū ſunt poteſtate: vtputa ſi nepotē quem habeo ex filio meo, inſtituā mihi heredē: & filiū.i.patrē ſuum exheredē,& decedā:& ita veniat dictus meus nepos inſtitutus in poteſtatē patris ſui. nā etiā ſine aditione faciet dictū ſuum patrē meūmq; filiū heredē neceſſariū mihi.cū enim dictus meus nepos fuiſſet mihi neceſſarius heres ſi nō habuiſſet patrē,bonū eſt vt nūc cum patrē habet,faciat eū mihi neceſſariū heredē,etiā ſine aditione ipſius nepotis,vt dictū eſt.ſecus autē ſi dict[9] meus filius quē exheredaui,adoptaſſet ſibi in filiū poſt mortē meā quendā extraneū quem heredē inſtituerā.nam ille extraneus quē adoptauit,nō faciet eū mihi heredē neceſſariū : iuberi tamē debet per

Qvi in aliena * eſt poteſtate, non poteſt inuitum [a] hereditati obligare eum in cuius eſt poteſtate, ne æri alieno pater obligaretur. [b] Sed in bonorū poſſeſſione placuit [c] ratam haberi [d] poſſe eam quam citra voluntatē adgnouit is qui poteſtati ſubiectus eſt. Sed & ſi legitima hereditas filio delata ſit ex ſenatuſconſulto [e] Orſitiano matris, idē erit probandum. [f]

Ex diuturnitate temporis præſumūtur omnia ſolenniter acta. Bartolus.

Sed & ſi non adierit filius, diu [g] tamen poſſedit pater [h] hereditatem, credendus eſt [i] admiſiſſe hereditatem: vt diuus Pius & Imperator noſter reſcripſerunt.

Qui iuſſu alterius adit, præſumitur ſolū iubenti quærere velle, ſi iuſſum credat valere. ſecus ſi ſciat inualidū, vel ſine iuſſu adiit. Bartolus.

Si is qui putabat [k] ſe filiumfamilias, patris [l] iuſſu adierit: eum neque ſibi, [m] neq; ei qui iuſſit, [n] quæſiſſe hereditatē conſtat: quāquam [o] is quem pater [p] iuſſit adire, & deceſſit, ſi adierit iam mortuo patre, obliget ſe hereditati, vt Iulianus libro trigenſimoprimo Digeſtorū ſcripſit. Nam eū [q] qui dubitat vtrum filiusfamilias, an paterfamilias morte patris factus ſit, [r] poſſe adire hereditatē magis admittit.

Si filius in poteſtate eſt alicui heres neceſſarius: facit patrē neceſſarium heredem. ſecus ſi fuit voluntarius. Bartolus.

Interdum [ſ] filiusfamilias & ſine aditione adquirent hereditatem his in quorum ſunt poteſtate: vtputa ſi nepos ex filio exheredato heres ſit inſtitutus. [t] patrē enim ſuum ſine aditione faciet heredem, [u] & quidem neceſſariū. Sed ſi quis heres inſtitutus [x] adoptetur à filio exheredato, neceſſarium eum non facit: ſed iu-

* Alcia. lib. 4. parad. ca. 2.

per iudicē dicto meo filio, vt ſi vult & adeat hereditatē meā, creditoribus ſatisfaciat. aliàs cōminari ei debet iudex ſe daturum hereditatē creditoribus, ſi intra certū tempus ab eo iudice ſtatutū non adierit: & eſt ratio quare in hoc caſu nō ſit mihi neceſſarius heres filius meus per extraneū à me inſtitutū quem poſtea adoptauit: qa tēpore mortis meæ nō fuit dictus extraneus in poteſtate dicti mei filij: nec eſt in mea poteſtate. vnde cū ipſe nō eſſet mihi extiturus heres neceſſarius, eo ꝙ non erat in mea poteſtate, nō faciet filium meum mihi neceſſarium, imò volūtariū. [CELSVS LIB. XV. DIGESTORVM.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & deceſſit. & cum Seius hereditatem adire nollet, venerunt duo de creditorib⁹ dicti Titij, & dixerūt ei: Si tu non adeas, nos occidem⁹ te. vel nihil ei dicēdo ītulerūt ei timorē iuſtū vel nō iuſtū ad hoc vt adiret. Sei⁹ autē prędict⁹ dixit eis: Expectate me, qa ego reuertar ſtatim ad vos, & adibo hereditatem, ex quo nō pōt eſſe alid. & iuit ad duos ſuos amicos vel ad tres, & retulit eis prædicta, & dixit eis: Ego volo redire ad dictos creditores, & adire tamen qcqd faciā nolo ꝙ aliqd valeat: & ita ſitis teſtes reuerſus fuit ad dictos creditores, & adiuit, fallēdo taliter eos vt dictū eſt. Certè dicit̃ hîc ꝙ ſi dict⁹ Sei⁹ erat liber, nō erit heres. ſi autē erat ſeru⁹, nō faciet heredē dñm ſuū. Viu.

a *Inuitum*. id eſt eum cuius non præceſſit voluntas: vt differat à caſu ſequenti, ſed in bonorum &c. præcedere enim debet iuſſus: vt infra eo. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ſed ſe bene obligat hodie: vt. C. de bo. quæ libe. l. fina. Accurſius.

b *Obligaretur*. ſcilicet inuitus. Accurſius.

c *Placuit*. etiam ſi ab initio non conſentiat.

d *Ratam haberi*. vt &. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. l. j. &. j̃. rem ra. hab. l. bonorum. ſic & Trebellianica reſtitutio poteſt haberi rata: vt. j̃. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. j. ſic & peti poteſt per procuratorem: ſed hereditas non adiri: vt. j̃. e. l. Paulus.[a] Accurſius.

a] Aliàs, incipit, per curatorem. al. per procuratorem.

e *Senatuſconſulto*. vt inſti. ad ſenatuſconſul. Orſi. nam & ea legitima dicitur, licet non ſit ex lege. xij. tabula. vt. j̃. vnde legi. l. ij. §. fina. & l. ſeq. Accurſius.

f *Idem erit probandum*. vt ſcilicet non poſſit adiri. Accurſius.

g *Diu*. id eſt longo tempore: vt. j̃. qui & à quib. l. ſi cum fideicommiſſa. §. Ariſto.

h *Pater*. filio ſciente & non contradicente. idem & ſi poſſediſſet filius: vt. C. de peti. heredi. l. ſi filius. Azo. & arg. s̃. ad Macedonia. l. ſi filius. ex tempore ergo præſumitur ſolennitas obſeruata. ſic. s̃. de vſuris. l. cum de in rem verſo.

i *Credendus eſt*. vterq;, i. pater & filius. Azo. vel dic pater, in quem tranſeunt obligationes ſecundum has. ll. vt. j̃. eo. l. placet. Accur.

k *Si is qui putabat*. Tria dicit. primum, ſi is. ſecundum, quamquam &c. tertiū, nam cum &c. in primo adiuit viuo iubente, in ſecundo eo mortuo: in tertio viuo vel mortuo.[b] Dic ergo ſecundum Ioan. quòd facit differentiā inter errātem, vt in primo caſu, & dubitantem, vt tertio caſu: vt primi aditio nō teneat, alterius ſic: vt. j̃. eo. l. qui putabat. §. qui bona. &. §. fin. Sed arg. cōtra. C. de cōdic. indeb. l. fin. & expreſſe reprobatur dicta diſtinctio. j̃. de cōdit. & demōſt. l. multum. in fin. vbi de errāte & dubitante dicit quemlibet poſſe adire. Et quis erret vel dubitet, dic vt. s̃. de teſta. l. de ſtatu. Diſtingue ergo inter dubitantē & errantē in facto: vt quia credat matrē ſuam fuiſſe vxorē, quæ fuit cōcubina, vt in primo. & eum qui in iure: vt ibi. nam éum &c. & ſecundum hoc ſciebat ibi patrē mortuum, ſed nō credebat per hoc filium fieri ſui iuris. Vel melius, in omni errante vel dubitante attēdas an eius erat propoſiti, vt ſi liber vel paterfamilias eſſet, vellet eſſe heres: an verò iubenti tātùm quæri, nec de ſe aliquid cogitauit. in primo caſu quærit ſibi ſi abſque iuſſu alicuius adiuit, vt ibi, nam eum &c. vt. s̃. tit. j. l. qui iure. in ſecundo non ſibi, quia non voluit: nec iubenti, quia non potuit. ſic infra de reb. dub. l. in ambiguo. Et bene ſic diſtinguitur: quia propoſitum adeuntis dicit lex diſtingui, vt quæratur poſſeſſori. Cur ergo non attenditur vt quærat ſibi ſcienti conditionem ſuam, vel dubitanti, vel erranti in ea: vt īfra de acquirēd. rer. domi. l. homo liber? Et fortè ideo hîc ſic diſtinguitur, adeat cū iuſſu, vel non: quia nō creditur ſibi velle acquirere cum adiuit iuſſu. ſed ſine iuſſu, contra. & hęc omnia cum is qui putabat ſe filiumfam. ſcit ſe non eſſe neceſſariū heredem. alioquin ſi putabat ſe neceſſarium, quāuis ſit extraneus heres, néc adire nec repudiare poteſt: vt infra eo. l. is qui. & l. ſequen. Dic ergo, ſi is qui putabat, errando in facto vel in iure: ſed infra dubitando, ſecūdum primum. Vel dic, qui putabat, ſcilicet errando in facto: ſed infra in iure, ſecundum alium. Vel dic, qui putabat ſcilicet errādo vel dubitando: non tamen ſibi, ſed iubēti acquirere volēs: ſed infra ſibi, ſecūdū tertiū. Ac.

b] Imò verò mortuo Bal. & P. niſi ſaluando gloſ. intelligeres patrē quòd erat naturalis tantùm. Bald.

l *Patris*. putatiui.

m *ſibi*. quia non vult. Accurſius.

n *Qui iuſſit*. quia non potuit.

o *Quanquam*. ab initio iuſſus inutilis aditionem vitiat: vt. s̃. quāquā ille qui ex poſt facto fit inutilis, non vitiat quin quærat adeūti. & eſt ratio,[c] quia ſufficit ſemel fuiſſe vtilem. arg. j̃. de diuer. & temp. præ. l. de acceſſione. in fi. Alij dicunt ideo obligari hereditati filium, quia ſuccedit patri qui tenebatur hereditati ratione iuſſus.

c] Iſta ratio diſplicet Bar. Alex. & Aretin. ideo dic ꝙ ratio eſt ſecundū Bart. quia ſciebat filius iuſſum eſſe reuocatū per mortem patris: nec præſumitur adire ex neceſſitate iuſſus.

p *Pater*. ſcilicet verus. Accurſius.

q *Nam eum*. valet aditio mortuo iubente. nam valet quandoque etiam eo viuo quando adiens dubitabat, ſed non errat ſecundum primum, vel quando errat in iure ſecundum alium, vel quādo ſibi quærere voluit adiens ſecundum tertium. Accurſius.

r *Factus ſit*. igitur de ſua conditione dubitabat. ſecus ſi teſtator: vt infra eod l. ſed ſi de ſua. Item error vel dubitatio facti eſſe poteſt, ſi credebat viuere patrem cum eſſet mortuus. idem iuris ſi ſciebat mortuum, ſed non credebat quòd per hoc filius fieret ſui iuris, & facit. j̃. eod. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & de vſucapio. l. iuſto. Accurſius.

ſ *Interdum*. regulariter cum filius inſtituitur, iuſſus præcedere patris, & ſequi aditio debet, vt patri quærat: vt. j̃. eo. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ſed hîc fallit. Accurſius.

t *Inſtitutus*. ab auo qui vtrumque in poteſtate habebat. Accur.

u *Faciet heredem*. & ita quærit ei. cum enim exheredatus filius habeatur pro mortuo: vt in auth. de hered. & Fal. §. exheredatos. coll. j. nepos fit heres auo ipſo iure, & neceſſarius: vt in fine huius legis, & inſti. de hered. quali. & diffe. §. ſui. quæ videtur contra, ſed non eſt, cum hic pro mortuo ſit. Item per conſequens eadem momēto quærit patri in cuius eſt poteſtate: vt. j̃. eo. l. placet. & neceſſarium facit: vt hîc, & in fine huius legis: quia qđ filius quærit, patri quærit. hodie ſecus: vt. C. de bo. quæ libe. l. fina. & facit. j̃. de caſtren. pecu. l. ex caſtrenſi. in prin. Accur.

x *Inſtitutus*. ab aliquo extraneo, vt locum habeat quod dicit in fine: quia ipſe non eſſet &c. Vel dic à patre ſuo in cuius erat poteſtate inſtitutus. vel retine perſonas ſuperiores: & dic, nepos ab auo, id eſt à patre filij exheredati, qui filius exiuerat de ſui patris poteſtate. alioquin nulla eſſet adoptio, cum mortuo auo nepos in ſui patris caderet poteſtatem: vt inſti. quibus modis ius pat. pote. ſolui. §. j. ſed certè hic vltimus caſus ſtare non poteſt: quia adoptione facta ſtatim & hereditas iam quæſita nepoti, vtpote ſuo heredi, acquireretur adoptanti: vt ſupra de adop. l. ſi pater. in prī. & ſic iam denuo adiri ſeu acquiri poteſt. Item & finis non poſſet bene adaptari. Item nec aliæ duæ poſitiones caſus valent: ſed hæc



UNED

valet,vt dicas quòd Titius filium ſuum exheredauit,& extraneum inſtituit: eóque mortuo antequã adiret,à filio exheredato eſt adoptatus.Azo.

a *In poteſtate*. adoptantis vel patris eius.

b *Nam per eum*. bene dico quòd non facit eum neceſſarium. nam &c. hæc tamen regula fallit infra de caſtren. pecu. l. ex caſtrenſi. & dic vt ibi not.

c *Extiturus*. ſcilicet neceſſarius.

d *Celſus*. aliàs. §. Celſus.aliàs.l.eum.

e *Fallens*. vt quia præſciens ſe cogendum,clã vel coram quibuſdam fuit proteſtatus quòd licet adiret, pro nihilo volebat eſſe. ad quod infra de lega.ij.l.ſi quis. in princi.

f *Non fieri*. imò fit, ſed abſtinet: vt ſupra quod met. cau.l.ſi mulier. §.ſi metum. & infra eod.l. ſi metus.quæ ſunt contra.Solu.hîc fallens: ibi non. Alij dicunt quòd hîc de æquitate, ibi de rigore.Alij ecõtra quòd ibi de æquitate prætoria: hîc de ſtricto iure, id eſt ciuili. Alij, non fit heres, ſcilicet cum effectu, quia abſtinet. prima placet. Item opponitur:metus verborum non fuit iuſtus,ergo nõ impedit fieri heredem: vt ſupra quod metus cauſ.l.v.vj.&.vij.& quibus ex cau. maio. l. metus.Solu.hîc fallens.vnde etiam ſi nullus fuiſſet metus,non tenuiſſet aditio.Item opponitur.C.eo.l.cum aliquis.ſed ibi per iudicem cogitur adire.ſic infra ad ſenatuſconſul.Trebel.l.nam quod. §. qui compulſus.

* Sic Flo. & in manuſcr. ſed aptius videbatur verberum,quãuis,& minarum verbalium metus eſſe poſſit. Taurel.in adnot.

* fallens i. clanculum, quod Græci λανθανόμενος dicunt.

beri debet vel adeat: quoniam mortis tẽpore in poteſtate[a] non fuerit.Nã per eum[b] quis exiſtere neceſſarius nõ poteſt, qui ipſe nõ eſſet exſtaturus.[c]

Proteſtatio præcedẽs actui ſequenti contraria facit vt ſubſequens actus nihil operetur. h. d. ſecundum Dy.Bartolus.

B Celſus[d] libro quintodecimo Digeſtorum ſcripſit, eũ qui metu verborum,* vel aliquo timore coactus,fallens *[e] adierit hereditatem:ſiue liber ſit,heredem non fieri[f] placet:ſiue ſeruus ſit, dominum heredem nõ facere.[g]

Vulgaris ſubſtitutio expirat, ſi per inſtitutũ alteri hereditas acquiratur.Bartolus.

VII. PAVLVS *libro primo ad ſabinum*.

SI quis filiumfamilias[h] heredẽ inſtituerit,& ita ſcripſerit: *Si mihi Titius iſte filiusfamilias heres non erit, Sempronius heres eſto*: filio adeũte iuſſu patris,[i] ſubſtitutus excluditur.

Suus hereditatem patris non agnitam tranſmittit cum beneficio abſtinendi.Bartolus.

Si filius prius quàm ſciret[k] ſe neceſſarium extitiſſe patri heredem, deceſſerit relicto filio neceſſario: permittendum eſt nepoti abſtinere[l] ſe aui hereditate:quia & patri eius idem tribueretur.[m]

Hereditatem agnitam per defunctum, non poteſt heres eius repudiare.Bartolus.

In omni ſucceſſione qui ei[n] heres extitit, qui[o] Titio heres fuit:Titio quoq; heres videtur[p] eſſe, nec poteſt Titij omittere[q] hereditatem.

Qui non poteſt ſe obligare,nõ poteſt adire.Bartolus.

VIII. VLPIANVS *libro ſeptimo ad ſabinum*.

C MOre noſtræ ciuitatis[r] neque pupillus neque pupilla ſine tutoris auctoritate obligari poſſunt.[ſ] Hereditas autem quin[t] obliget nos[u] æri alieno, etiam ſi non ſit ſoluendo,[x] plus quàm manifeſtum eſt. De ea autem hereditate[y] loquimur, in qua non ſuccedunt huiuſmo-

g *Non facere*. hoc poteſt intelligi cum ſeruus ab aliquo compellitur,non à domino.alioquin contra:vt.j.ſi quis omiſ.cau.teſt.l.j.§.j. Azo.& facit ad.l.ſ.de nego.geſt.at qui natura.§. ſi libero. & de tutel.l.qui teſtamento.in fin.& de iudiciis.l.ij.circa princi.& de auct. præſt.l.j.in fi.& de acquir.re.do.l.homo liber. in princi. Arg. contra ſupra de rit.nup.l.ſi patre.

SI *quis filiumfamilias*.] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredẽ Titium filium Gaij:& bene ſciebat dictus Seius dictum Titium eſſe in poteſtate dicti ſui patris: & ita poſtea in eodem teſtamento dixit dictus teſtator:ſi mihi dictus Titius heres nõ erit,Sempronius mihi heres eſto.& poſtea deceſſit dictus teſtator,& poſtea dictus Titius adiuit hereditatem iuſſu ſui patris. nunquid excluditur dictus ſubſtitutus?Et videtur quòd non:quia Titius nõ eſt heres,imò pater ſuus:vt infra eo.placet.ſed certè imò excluditur. nam cum teſtator ita dixit, ſi mihi Titius heres non erit, Sempronius mihi heres eſto &c.intelligitur à iure taliter intellexiſſe: ſi Titius neq; ipſe heres erit,neque alium heredem fecerit, Sempronius mihi heres eſto &c.ſciebat enim teſtator,vt dixi,filiumfamilias eſſe Titium. ſi autem ignoraſſet,haberet locum quod dicitur.ſ.de hered.inſtituẽ. ſi paterfamilias. [SI FILIVS.] Ego habens filium in poteſtate, & ex eo nepotem, inſtitui mihi heredem dictum meum filium, & deceſſi: & ita eſt mihi neceſſarius heres dictus meus filius ipſo iure. ipſe autem neſciens prædicta, deceſſit inſtituto ſibi herede dicto meo nepote, ſuóque filio. vult nunc dictus nepos adire patris hereditatem, & à mea abſtinere. certè bene poteſt hoc facere tanquam heres patris. nam cum pater eius ſi viueret, poſſet beneficio prætoris abſtinere à mea hereditate: ergo & heres ſuus. ſecus autem ſi dictus meus filius extitiſſet mihi heres: quia tunc dictus meus nepos qui adiuit hereditatem patris, nõ poſſet ſe abſtinere à mea. & hoc quidem eſſet in quolibet alio herede heredis.Viuianus.

h *ſi quis filiumfamilias*. alterius, & ſciebat eum filiumfamilias eſſe. alioquin diſtingue vt in ſeruo:vt ſupra de heredi.inſtituen.l. ſi pater.&.l.ſeq.

i *Patris*. licet ergo pater nõ filius videatur eſſe heres: vt.ſ.eo.l.qui A in aliena.§. interdum. non ideo deficit conditio: quia intellexit ſi heres non erit,id eſt ſi hereditatem ſibi vel patri non acquiſierit:vt dicta.l.ſi pater.Accurſius.

k *ſciret*. quid ſi ignorauerit?Reſpon.idem,niſi ſe immiſceret.

l *Abſtinere*. & habere paternam. ſed ſi vellet abſtinere[a] à paterna,& habere auitam, poſſet: vt.C.ſi vt ab hereditate ſe abſtine.l.prima & ſecunda.&. C. vnde libe. l.qui ſe.Azo.

a] Vide de hoc late per Bart.in.l.gerit.7.colum. verſic.ſed quæro.in fi. de acquirẽ. here.

m *Idem tribueretur*.ſi viueret: vt infra eod. l.ei qui.& inſtitut.de heredum quali. & differ. §. ſed his prætor permittit.ergo idem ius habebit eius heres: vt. C.de iur.deliber.l. cum antiquioribus.in fine.& de regul.iur.l. qui ius.item contra infra proxi.§.

n *Qui ei*. puta Seio.

o *Qui*. ſeius.

p *Videtur*. Not. quia heres heredis &c. vt & C.de hered.inſtituen.l. fina. & infra de verbo. ſignifi. l. heredis. & ſupra de petit.heredi.l.iij. §.ſed ſi Titio. & dic vt ibi not. & ad idem. C. de lega. l. in annalibus. & infra de iur. immu.l. iiij. Fallit in caſibus: vt infra de verb. ſig.l. ſciẽdum. & ſupra de vulg. ſubſtit. l. qui libertis. §. fin.&.C.de vſufru.l.antiquitas.& de vulg.ſubſtit.l.ſi filius.& infra de caſtren. pecu. l.j. vno modo litera intellecta.Accurſius.

q *Omittere*. vt ſupra proxi. §. contra. Solu. hîc adierat Titius: ibi non.Accurſius.

M*Ore noſtræ*.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium pupillũ filium Seij quondam,& deceſſi.nunquid adire hereditatem D meam ſine tutoris auctoritate,& æri alieno obligari poteſt? Et dicitur quòd non.& eſt ratio,quia nec pupillus nec pupilla poſſunt obligari ſine tutoris auctoritate. hereditas autem bene obligaret eos æri alieno hereditario,ſi adire poſſent eam,& adirent:etiam ſi ipſa hereditas eſſet non ſoluendo: quia bene obligat maiores qui per ſe adire poſſunt,& adeunt. ſecus autem ſi dictus pupillus quẽ inſtitui, eſſet meus filius vel ſeruus, & ita mihi heres neceſſarius. nam tunc nõ eſſet ei neceſſaria in aditione tutoris auctoritas:quia ipſo iure eſſet heres etiam ſine aditione.ſi autem dictus Titius eſſet filius Seij (vt in primo caſu dixi) & viueret dictus Seius, & iuſſu ipſius Seij adiuerit hereditatem meam dictus Titius, acquirit eam patri ſuo, licet ſit Titius ita parui temporis,vt non ſit cõſilij capax. ſi autem tempore quo dictum Titium inſtitui,pater eius Seius nõ viuebat,vt dictum eſt primo caſu, & dictus Titius erat maior infante:bene poteſt adire hereditatem auctoritate tutoris, quamuis ſimilis furioſo videatur eſſe.&.h.d.cum.l.ſeq.Viuianus.

E r *Ciuitatis*. Romanæ, per excellentiam: vt inſtitu. de iure nat. §. ius autem.quem ſeruamus:vt. ſ.de legi.& ſenatuſconſul.l. de quibus.in princip.

ſ *Obligari poſſunt*. ſcilicet hereditati,vt ſubiicit.&.ſ.de aucto. præſtan.l.obligari.§,hereditatem.eſt ratio,ne habeant damnum:vt inſti.de aucto.tuto.§. neque. & ne vexentur: vt.ſ.de mino.l. minor. xxv.annis.Idem de adulto dicas ſine curatore:vt.C. de admin.tu. l.cum quidam.ſi autem eſt infans,ſolus tutor:vt.C. eo.l.ſi infanti. §.j.Vel dic ſecundò obligari alicui ex pacto:vt ſimilitudinariè ponatur ſcilicet quod ſequitur de hereditate.

t *Quin*. id eſt quòd.Accurſius.

u *Obliget nos*. & ſic obligaret pupillos:vt hîc,&.j.ad Trebel.l.non enim.&.j.qui.ex cau.in poſſeſ.ea.l.iiij.Accurſius.

x *ſoluendo*.vt &,C.eo.l.ſi teſtamenta.niſi fiat inuentarium: vt.C. de iure delibe.l.fi.§.ſi autem.

y *De ea autem hereditate*. vt pupilli eam non adeant ſine tutore.&

di perſonæ quaſi neceſſariæ. [a]

Impubes [b] qui in alterius poteſtate eſt, ſi iuſſu eius adierit hereditatem : licèt conſilij [c] capax non fuerit, ei adquirit hereditatem.

Pupillus poteſt cum tutoris auctoritate hereditatem adire. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro ſecundo ad ſabinum.*

PVpillus ſi fari [d] poſſit, licèt huius ætatis ſit, vt cauſam adquirendę hereditatis non intellegat: quamuis non videatur ſcire huiuſmodi ętatis puer, (neque enim ſcire, neque decernere * talis ætas poteſt, [e] non magis quàm furioſus [f]) tamen cum tutoris [g] auctoritate hereditatem adquirere poteſt. hoc enim fauorabiliter eis præſtatur.

X. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SI ex aſſe heres deſtinauerit partem [h] habere hereditatis, videtur in aſſem pro herede geſsiſſe.

re.& facit infra de condi.& demonſt.l.cum pupillus.& de reg.iur. l.pupillus. Accurſius.

a *Neceſſariæ.* huic enim ipſo iure obligantur licet poſſint ſe abſtinere iure prætorio : vt ſupra l.proxi.§.j.& infra de fideicommiſſ.liber.l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis.item & neceſſarius heres tantùm quâdoq; abſtinet quo ad quid: vt ſupra de hered. inſtitu. l. iiij. §. qui fideicommiſſariâ.quod qualiter intelligendum ſit,dicam infra eodem. l.neceſſariis.& ſupra de mino.l. ait prætor.§.nô ſolum.Azo.

b *Impubes.* maior infante, aliàs ſolus pater: vt. Cod. eodem l.ſi infanti.in princip.Accurſius.

c *Conſilij.* pleni : aliquid tamen habent, vt dixi. & facit infra eod. l.pater.§.finali. Accurſius.

d *Pupillus. ſi fari.* id eſt,maior infante. aliàs ſolus tutor: vt Cod. de iure delibe.l.ſi infanti. §. j. vel infans tutore auctore: vt infra ad Trebellia.l.ſeruo inuito.§.ſi pupillo.ſubaudi ergo hîc, maximè. ſed in hoc differt: quia ſi eſt maior, non poteſt ſol[us] tutor:vt ſtatim dices.

* Alludit ad formulã cretionis,cernitóque, &c.

e *Diſcernere poteſt.* ſic ſupra de iureiurand. l. qui iuraſſe. & de iu. & facti ignoran. l. regula. &.C.de fal.mo.l.j.&.ff. rem pupil.ſal.fo.l.fin.in fine.

f *Furioſus.* ſed in iſto adit ſolus curator: vt.C.de cura.furio.l.fina. §.tali.& infra eod. l.qui ſeruum ſuum.ſed an faciat furioſum heredem,dic vt ibi.at ibi oportet ambos conſentire:vt. C.eod.l.potuit. & ad hoc.ff.de reg.iur.l.in negotiis.

g *Cum tutoris.* vt.ſ.l.proxi.no. At curatoris auctoritas non ſufficit pupillo:vt.ff. de appel.l.cum in vna.§.tutor.ſed adulto ſic : vt.C.de admin.tuto.l.cum quidam.item in bo.poſſeſſ.ſolus tutor : vt.ff. de bo.poſſeſſ.l.tutor. Accurſius.

SI *ex aſſe.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium in omnibus meis bonis,& deceſſi.Titius adiuit pro dimidia,& aliam dimidiam non vult habere. certè oportet malo ſuo velle quòd habeat totam. Viuianus.

h *Partem.* tantùm, vel ſciens ſe in ſolidum heredem, vel credens tantùm de parte quam vult adire.& dic,deſtinauerit,id eſt propoſuerit cum effectu,ſcilicet adeundo : vt ſupra eodem.l.j.& ij.& infra de lega.ij.l.neminem. &. l. ſi cui.& infra eodem. l. qui ſe.& de leg.j.l.legatarius.Sed contra.ff.eo.l.ex ſemiſſe.Solu.vt ibi. Accur.

IMpuberibus.] CASVS. Si impubes ſit heres inſtitutus à patre ſuo, & mortuo patre adiuerit hereditatem ſine auctoritate tutoris, & velit poſtea abſtinere,poterit etiam ſine in integrum reſtitutione. ſua enim aditio nihil valuit ipſo iure.ſi autem eſſet pubes,& ſine curatoris auctoritate adiuerit, non haberet ius abſtinendi, niſi per in integ.reſtit.ſi autem ſe non immiſcuit aliquo modo : poteſt beneficio prætoris abſtinere ſine aliqua in integrum reſtitutione: & ipſo iure poteſt per prætorem abſtinere : non autem eſt neceſſe quòd propter hoc perſonaliter prætorem adeat. Et ex hoc determinatur quæſtio de facto ad poſtulationem duorum qui de hoc quæſiuerunt : vnus quorum vocabatur Oceanus, & alter Victorinus : quæ quæſtio fuit talis:Titius habens filium, & ex eo nepotes in poteſtate, habuit contractum cum Seio, & fuit in eo deceptus, & deceſſit inſtituto ſibi herede dicto ſuo filio . dictus autem filius ſuus noluit donec vixit agnoſcere hereditatem ſuam : nec aliquid de hereditate amouit:nec pro herede in ea aliquid geſſit. & poſtea deceſſit dictus filius inſtitutis ſibi heredibus dictis ſuis filiis qui erant pupilli & nepotes dicti Titij teſtatoris. certè dicti pupilli poſſunt abſtinere ab hereditate auita,& ſic non teneri oneribus hereditariis auitæ hereditatis . & ideo non eſt eis neceſſarium in integrum reſtitui aduerſus dictum contractum in quo fuit deceptus auus:quia ipſo iure non tenentur. poſſunt ergo dicti pupilli habere hereditatem patris eorum, & abſtinere ab hereditate auita:nec eſt eis neceſſe quòd perſonaliter adeant prætorem pro abſtinendo : vt in prin.huius legis, ei qui ſe.& facit optimè ſupra eodem ſi quis filium. §. j. & hic eſt intellectus huius legis cum.l.ſequen . Viuianus.

XI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

IMpuberibus [i] liberis omnimodo abſtinendi poteſtas ſit : puberibus autem ita,ſi ſe non immiſcuerint.

Suus qui ſe non immiſcuit,poteſt abſtinere beneficio edicti prętoris ſine aditione iudicis.Bart.

XII. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

EI qui ſe non miſcuit [k] hereditati paternæ,ſiue maior ſit,ſiue minor, [l] non eſſe neceſſe prętorem adire, ſed ſufficit ſe non miſcuiſſe hereditati. Et eſt in ſemenſtribus * Viuiis Soteri & Victorino reſcriptum, non eſſe neceſſe pupillis in integrum reſtitui ex auito contractu, quorum [m] pater [n] conſtituerat non adgnoſcere hereditatem, [o] neque quicquam amouerat, [p] vel pro herede geſſerat. [q]

Illa hereditas repudiatione amittitur,quæ poteſt adiri.ſecus ſi adiri non poterit.Bartolus.

XIII. IDEM *libro ſeptimo ad Sabinum.*

i *Impuberibus.* per hanc legẽ dicit Paulus [a] non eſſe neceſſariam in integrum reſtitutionẽ impuberibus etiam cum tutore adeuntibus : alioquin idem eſſet in impuberibus, quod in puberibus. nam & puberes reſtituuntur : vt infra eodẽ. l. ſi minor. Sed tu dic quòd hîc impubes ſine tutore, pubes ſine curatore adiuerunt, cum non haberêt tutorem [b] vel curatorem : cuius impuberis aditio non tenet ipſo iure: vt ſupra eod. l.pupillus. ergo ſine reſtitutione deſerit: at puberis tenet cum curatorem non habet:vt.C. de in integr.reſtitu.mino.l. ſi curatorem. & ideo non ſine reſtitutione iuuatur,ſi adiuit: vt hîc, & infra eodem. l. neceſſariis. ſi autem curatorem habet, ſimilis eſt pupillo : vt.d.l.ſi curatorem. Vel ſecundò [c] intellige quòd impuberes vocet minores.xxv.ann.qui iuuantur etiam ſi adierint,vel ipſo iure,vel per reſtitutionem in integrũ: vt ex præmiſſis patet. at puberes vocet maiores. xxv. an. qui nullo modo iuuantur:vt hîc,&.C. de repu.heredi.l.iiij.& ſecundum hoc non facit hæc lex pro Pau . in eo quòd dicit pupillum ſoluentem debitum naturale condicere non præhabita reſtitutione: vt & ſupra de condi.indeb.l.interdum.quia hîc nec ante aditionem tenebatur,nec poſt : cum ſine tutore adiuit. at ibi naturaliter ſaltem tenebatur : & ideo non condicit ſolutam & conſumptam ſine reſtitutione:vt ibi not.& facit.ſ.de mino.l.ait prætor.§.ſed & ſi heredi. &.ff.l.proxi. Accurſius.

a] legẽdum Placẽtinus, eius autẽ opinio reiicitur hic ab Accurſ. & omnib.dd.Cõt.

* Al. Diui Seueri.

b] Imò ſiue pupillus nõ habebat tutorem ſiue habebat, ei[us] auctoritas non interuenit.Cont.

c] Hæc interpretatio iure admitti non poteſt rectéque reiicitur ab interpretibus.

k EI *qui ſe non miſcuit.* erit ergo ſuus:vt in rubr.no.

l *Siue minor.* ſed minor etiam poteſt:vt.ſ.l.proxi.

m *Quorum.* pupillorum.

n *Pater.* cui ſucceſſerant pupilli.

o *Hereditatem.* aui,id eſt,patris ſui.idem ſi deceſſiſſet ignorans delatam :vt.ſ.eo.l.ſi quis.§.j.

p *Amouerat.* quia tunc beneficium abſtinendi amiſiſſet, cum ſit ſuus: vt.ff.eo.l.ſi ſeruum.§.prætor ait.in extraneo ſecus:vt.ff.eod.l.ſi quis extraneus. Accurſius.

q *Geſſerat.* in bonis aui.& facit.C.ſi mi.ſe ab here. abſti. l. j. &.ſ.l. proxi.&.ff.eo.neceſſariis.Accurſius.

IS *qui heres.*] CASVS. Inſtitui te heredẽ, ſi nauis ex Aſia venerit, & deceſſi. tu ante conditionem prædictam exiſtentẽ repudiaſti hereditatẽ meã : & poſtea venit conditio.tu videns quòd locuples erat hereditas mea,volebas eã adire non obſtãte repudiatione.nũquid potes?Et dicitur quòd ſic:nec obſtat quòd lege cauetur,quòd is qui heres inſtitutus eſt,vel cui legitima hereditas delata eſt,repudiatione hereditatem amittit:quia illud verum eſt,ſi in ea cauſa erat hereditas tempore repudiationis,vt adire potuerit, quod in noſtro caſu nõ erat.& idem eſſet,ſi ſub quauis alia conditione te heredem inſtituiſſem,etiã ſub poteſtatiua conditione.Vidiſti ergo vnũ caſum in quo nõ valet repudiatio hereditatis. nũc volo tibi dicere plures alios. Primus eſt,ſi tempore repudiationis dubitet heres viuat teſtator,necne. Secundus eſt,ſi ſubſtitutus repudiet eo tempore quo heres non decreuerat vtrum vellet hereditatem, vel non.

Tertius eſt,ſi filiusfamilias ab aliquo inſtitutus,vel cui legitima aliqua hereditas eſt delata,repudiet ſine patre,vel pater ſine eo. vterque autem eorum ſimul bene poteſt repudiare.Quartus eſt,cũ heres inſtitutus putat ſe neceſſariũ heredẽ, cùm ſit voluntarius. nam nõ poteſt repudiare, nec heres etiã exiſtere,tãquam voluntarius. Quintus eſt, cum heres inſtitutus putat nõ valere teſtamentũ,vel eſſe falſum. ſi autẽ dicitur à quibuſdã teſtamẽtũ eſſe falſum , ipſe autẽ heres certus eſt ꝙ non eſt falſum : bene poſſet repudiare hereditatẽ ſibi ex eo delatam , ſicut & poſſet adquirere ſi vellet. Sextus eſt, cũ heres inſtitutus,idẽmque legitimus repudiauit quaſi inſtitutus.nã nõ amittit propter hoc hereditatẽ quaſi legitimus.ſed ecõtra ſi repudiauit tãquã legitimus, diſtinguitur: qa aut ſciuit ſe heredẽ inſtitutũ, aut ignorauit. primo caſu videtur repudiaſſe vtroq; modo, id eſt,tãquã inſtitut⁹, & tanquã legitimus. ſecũdo in nullo caſu nocebit repudiatio neq; ad teſtamẽtariã, quoniam hãc nõ repudiauit:neq; ad legitimã,quia adhuc nõ fuerat ei delata . patet ergo per prædicta quòd ille poteſt hereditatem repudiare, qui & adquirere poteſt,& nõ alius.Item patet quòd ille qui vult repudiare hereditatẽ vel bonorũ poſſeſſionẽ, vel etiam acquirere : debet eſſe certus teſtatorem eſſe mortuum:& aliàs nõ poteſt adquirere vel repudiare.& hoc dicit vſque ad.l.pro herede.Viuianus.

IS qui heres inſtitutus eſt,vel is cui legitima hereditas delata eſt,repudiatiõe hereditatẽ amittit.Hoc ita [a] verũ eſt,ſi in ea cauſa erat hereditas , vt & adiri poſſet.Cæterùm heres inſtitutus ſub cõditione , ſi ante cõditionẽ exiſtentem repudiauit: nihil egit, [b] qualiſqualis [c] fuit cõditio, etſi in arbitrium [d] collata eſt.

Qui non poteſt propter dubitationem, ſeu inhabilitatem, ſeu conditionis pendentiam adire, non poteſt repudiare.Bartolus.

Si quis dubitet , [e] viuat teſtator , néc ne : repudiando nihil agit. [f] Subſtitutus quoq; ſimiliter ſi antè repudiat quàm heres inſtitut⁹ decernat de hereditate: [g] nihil [h] valebit repudiatio.

Hereditatem delatam filiofamilias, nec ipſe ſine patre repudiare poteſt,nec ecõtra:ſed vterque ſimul.h.d.l.cum ſeq.Alex.

Neque filiusfamilias [i] repudiando ſine patre , neque pater ſine filio alteri nocet:vtrique autem poſſunt repudiare.

XIIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IDem eſt etiam ſi legitima [k] hereditas filiis obuenit.

Si putans ſe neceſſarium heredem, cum ſit voluntarius, repudiet vel adeat:nec repudiatio vel aditio valet. h. d. cum. l. ſequen. Alexander.

XV. VLPIANVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IS qui putat ſe neceſſarium, [l] cũ ſit volũtarius : nõ poterit [m] repudiare. [n] nam plus eſt [o] in opinione,quàm in veritate.

XVI. IDEM *libro vicenſimoquarto ad Edictum.*

ET è contrario [p] qui ſe putat neceſſarium , voluntarius

a *Hoc ita.* ſcilicet ꝙ inſtitutus repudiet. & ſic ad primum nõ proximũ dictum refertur. vel ſic:hoc ita verũ eſt eã eſſe delatã, ſi adi. &c.non ſic, hoc ita ſcilicet delatã poſſe repudiari, ſi in ea &c. quia hæc conuertibilia ſunt, [a] eſſe delatam,& poſſe adiri:vt infra de verbo.ſignifi l.delata.& ſic male loqueretur.Accurſius.

a] hoc falſum eſſe deprehẽditur ex hac &ſex ſequentibus legib.ex quibus apparet non ſatis eſſe,vt adquiri poſſit hereditas,ſi ea ſit delata, ſed præterea oportere nullum erroris aut incertitudinis vitiũ interuenire ex perſona eius qui adire vult. Contius.

b *Nihil egit.* niſi corã iudice creditoribus inſtantibus renuntiet,& ſe nõ aditurum dicat etiam ſi cõditio extiterit : vt.ȷ.de curat.bonis dan.l.j.&.ȷ.eo.l.in pluriũ.in fin.quæ ſunt cõtra.arg.ſ. de orig.iur.l. ij.§.& cum placuiſſet.& de offic.præſi.l.legatus.Item cõtra. ȷ. eo.l. nec is.§.ſed ſi quaſi.Solu.per.l.ȷ.eo.l.illud.Item cõtra. C.de pac.l.j. Solu.vt ibi.Item aliud eſt in bonorum poſſeſſione petenda, quàm in adeunda hereditatis:vt.ȷ.de ſecund.tabu.l.ij.§.ſi ſub conditione. &.§.ſi quis ita.concordant.ȷ.de regu.iur.l.qui poteſt.&. ȷ.de ſucceſ.edict.l.j.§.decretalis.& de leg.j.l.ſi ita ſcriptum.§.j.&.ȷ.eod.l.is poteſt.&.l.ſi quis extraneus.§.ſed ita.

c *Qualiſqualis.* dummodo non impoſſibilis de natura vel iure:quia tunc habetur pro non adiecta.vel niſi ſit talis vt habeatur pro impleta:vt quia non ſtat per heredem:vt.ſ.de condit.inſtit.l.j.&.l.cõditiones.&.ȷ.quando dies leg.ce.l.v.& de condit.& demõſt.l. obtinuit.&.l.aliquando.Accurſius.

d *Arbitrium.* ſcilicet heredis.& ſic eſt poteſtatiua.& dic tacitè,vt ſi decem des,heres eſto.ſecus ſi expreſſe,vt ſi voles:vt.ſ.de cõdit. inſtitu.l.fina.&.l.verba.vel in arbitrium extranei tacitè, nõ expreſſe: vt.ȷ.de condit.& demonſt.l.nonnunquam.hæc autem conditio,ſi ille arbitretur,heres eſto,vel tibi lego,videtur pura: vt.ȷ.de leg.ij.l. j.Item quidam dicunt quòd ſi expreſſit,ſi voles heres eſto, non ſit pro pura, quanquam ſtatim poſſit adquirere . & ſic tunc fallit regula.ȷ.e.l.is poteſt.ſed primò debeo purificare. ſed dic vt prædixi. & not.ſupra de here.inſtitu.l.iam dubitari.

e *Si quis dubitet.* quis dicitur dubitare,dic vt.ȷ.eo.l.cum quidam.§. quod dicitur.Accurſius.

f *Nihil agit.* qa nec adiri poteſt:vt.ȷ.e.l.heres inſtitutus.&.l.ſeq.H.

g *De hereditate.* ſcilicet repudianda.

h *Nihil valebit.* quia nec adire poteſt:vt.ſ.ea.l.in princip.&.l.quãdiu. &.ȷ.eo.l. quamdiu.& facit. C.de cap l.nec nos. &.ȷ. eo. l.qui ſuperſtitis.

i *Neque filiusfamilias.* inſtitutus filius ab aliquo cõtemplatione patris:vt ſic profectitia ſcilicet ſit hereditas:vt.ſ.de vul. ſubſtitu.l. ſed ſi plures.§.in arrogato.vel ſui contemplatione:& ſic aduentitia nõ poteſt repudiari vt patri noceat:ſed iubebit adhuc eũ adire:vt hîc, &.C.de pactis.l.filius. & econtra pater nõ nocet filio:quia nec antea pertinebat ad filiũ:vt.ȷ. eod.l.placet. Vel non nocet : quia poſt mortem patris adire poterit.Sed an ipſi patri?fortè non. Argu.cõtra.ſ.ſolu.matrimo.l.ij.§.denique.At ſequens lex quando ab inteſtato: vt per Orficianũ: vt.ſ.eod.l.qui in aliena. §.ſed & ſi legitima . ſed nouo iure , ſecundũ qđ quæritur proprietas filio, in aduentitia indubitanter obtinet quod hîc dicit:vt.C. de bonis quę lib.l.fin.Alij dicunt hîc à matre filium inſtitutum:&.l. ſequenti ab eadem hereditate delatam ab inteſtato:& dicunt etiam iure iſto eã quæri filio, per.l.ſ. eod. l.qui in aliena. §. ſed & ſi.quod nõ placet, quia primò per Conſtantinum hoc fuit inuentũ: vt.C.de bonis mater. l. j.& licet filio deferatur, ſtatim patri quæritur. Item op.inſtit. per quas perſo. §.j. vbi pater dat cui vult. Reſpõ.poteſt, adquiſitum nunc : quia iam non eſt ſpes filio: ſed ante , quia ſpes eſt filio,ſi fiat ſui iuris, non poteſt pater repudiare, ſicut in ſeruo:vt inſtitu. de heredi. inſtituen. §. alienus. tempore enim aditionis in hereditate conſideratur conditio inſtituti . ſecus in legatis, & in ſtipulationibus:vt ibi not.Item ſecus eſt in domino & ſeruo:vt.ȷ.de leg.j. l.legatum ſeruo.& de ſucceſſ.edict.l.j.§.per ſeruum. & facit. C. de repu.bono.poſſeſſ.l.filio.&.ſ.de iureiur.l.quanto magis.ibi,ipſi autem defen.&c.&.C.eo.l.renitẽte.& de fideicommiſſ.l.ex repudiatione. ADDITIO. Iſtam tenent Bald.& Alexan.tamẽ tenẽt contrariũ Bart. & Pau.qui dicunt bonorum quidem poſſeſſionẽ per dominum poſſe repudiari, non autem hereditatem & rationem diuerſitatis adferunt quia aditio hereditatis conſiſtit in expreſſione animi, at bonorum poſſeſſio non item.Cont.

k I*Dem eſt etiam ſi legitima.* Orficiano : vt ſupra eo.l. qui in aliena. §.ſed & ſi legitima.

l IS *qui. Neceſſarium.* quis ſit ſuus & neceſſarius,vel neceſſarius tãtum:habes inſtit.de hered.qua.& diff.in prin.

m *Non poterit.* in eodem errore conſiſtens . vt ſic verba ad idem tempus referantur:ſicut arbor mala non facit fructus bonos, ſcilicet exiſtens mala.& eſt ratio : quia credens ſe neceſſarium, credit ſe non poſſe repudiare : & quia de iure ſuo non eſt certus ; quod omniũ heredum cõmune eſt. ADDITIO. l. in repud.here.Cõt.

n *Repudiare.* vel adire:vt.ȷ.l.proxi.

o *Plus eſt.* quia in animo conſiſtit aditio:vt inſtitu.de here. quali. & diffe.§.fi.Et not.generale dictum.ſic.ȷ.de iniur.l.eum qui.§.fi.& l.item apud.§.interdum.&.ſ. quibus mo. vſusfr. amit.l.is qui. Sed arg.contra.ȷ.de cri.expil.here.l.fi.& pro emptore.l.ij.§.fi à pupillo. & inſtitut.de lega.§.ſi quis rem. & de ma.vind.l.iiij. ADDITIO. Dic quòd hîc loquitur in aditione quæ conſiſtit in ſolo animo:vbi magis inſpicitur opinio: ibi in his quæ in ſolo animo non conſiſtunt,ſecundum Barto.rectè.tametſi interdum certa ratio huiuſmodi dictorum generalium quæ vulgus Brocardica vocat, reddi non poſſit.Contius.

p E*T è contrario.* ſed in quo eſt econtra,cum idem videatur?Reſpon.ſ.non repudiat,hîc econtra nõ adit:ſed vtrobique erat voluntarius,ſed putabat ꝙ eſſet neceſſarius.Sed nunquid ecõtra ſi in veritate erat neceſſarius tantũ,ſed ſe voluntariũ credidit?Reſpon.ſi neceſſarius tantũ,protinus eſt heres:vt inſtitu.de here.qua. & diff.in principio.niſi in caſu quãdo fit de neceſſario voluntari⁹: vt.ſ.de hered.inſtitu.l.iij.§.qui fideicõmiſſariã.Sed quidam dicunt eum non fieri protinus heredẽ. per hunc caſum huius legis : & in hoc dicit ecõtrario.ſi autem ſuus & neceſſarius eſt, per prætorem voluntarius fit:vt no.ſ.e.l.more.& ideo adire non poterit vel repudiare,cum in ſuo iure errat. ADDITIO. Hanc interpretationem probat.Barto.per omnia.licet Baldus quodammodo impugnet.in l.potuit.C.de.Contius.

Non

a *Non poteſt.* ſcilicet adire hereditatem, etiam ſi velit in errore permanere.

b NEc *is.* aliàs incipit, is qui. & deeſt, nec. & tunc primus & ſecundus caſus idem ſunt. tu habeas, nec, & erunt duo caſus. Accurſius.

c *Repudiare.* vel adire: vt.j.l.proxi.

d *Poteſt.* etiam ſi nolit: quia de iure ſuo eſt incertus.

e *Sed ſi certũ ſit.* puta cũ ipſe heres dicitur falſũ commiſiſſe, tunc certus eſt de iure ſuo: & ideo adire vel repudiare poteſt. ſecus ſi alius dicitur feciſſe falſum: vt hic &.j.eod.l.cum falſum. &.l.cum quidam. in fi. Accurſius.

f *Legitimus.* quia proximior.

g *Non amittit.* poteſt ergo vno iure repudiare. [a] & altero amplecti: ſicut & ille qui iure ciuili & prætorio ſuccedere poteſt: vt not.C.eo.l. puberem. & hoc verũ ſi nulli ſint legatarij: aliàs tenetur ad onera ac ſi ex teſtamento adiiſſet: vt. C. ſi quis omiſ. cau.teſta.l. ij. in princi. Itẽ poteſt hic ratio colligi quod operetur ſubſtitutio duobus extraneis ſubſtitutis, vos inuicem ſubſtituo: cũ iure adcreſcendi ſunt idẽ conſecuturi: quia vno iure repudiare, altero amplecti poterunt.

a] Hoc eſt verum, niſi ſimpliciter repudiaſſet hereditatẽ: quia tunc vtroque iure eſſet repudiata P.&Alex.in gloſ. ſingul.in.l.1. de ſuc. edic.

h *Vtrumque.* i. hereditatem vtroque iure obuenientem. & eſt ſic.j.eo.l.in plurium. Sed cõtra ſ. eodem. l. is qui.ij.reſpon.in eo quòd poteſt hic repudiari legitima quæ nõ eſt delata. Sol. infra.eo.l.illud. ADDITIO. Dic quòd cenſetur eſſe delata propter quendam occultum ordinem, ſecundum Baldum.

exiſtere non poteſt. [a]

Incertus de viribus teſtamenti non poteſt ex teſtamento adire: ſecus ſi ſit certus: licet per alium ſuper viribus teſtamenti quæſtio mota ſit. Alexander.

XVII. IDEM *libro ſeptimo ad Sabinum.*

NEc is [b] qui non valere teſtamentum, aut falſum eſſe putat, repudiare [c] poteſt. [d] Sed ſi certum ſit, [e] falſum nõ eſſe quod falſum dicitur: ſicut adeundo adquirit, ita & repudiando amittit hereditatem.

Repudiatione vnius iuris non videtur repudiatum aliud: niſi repudiatum non potuit ſine illo repudiari. Alexander.

Heres inſtitutus, idémque legitimus, [f] ſi quaſi inſtitutus repudiauerit: quaſi legitimus nõ amittit [g] hereditatem. Sed ſi quaſi legitimus repudiauit: ſi quidẽ ſcit ſe heredem inſtitutum, credendus eſt vtrumque [h] repudiaſſe. Si ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit, neque ad teſtamentariam, quoniam hanc non repudiauit: neque ad legitimam, quoniam nondum ei fuerat delata. [i]

Qui habet ius adeundi principaliter & per ſe nõ impeditum, ad ſui vtilitatem is repudiare poteſt: aliter non. Bartolus & Alex.

XVIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IS poteſt repudiare, [k] qui & adquirere poteſt.

XIX. IDEM *libro quinquageſimonono ad Edictum.*

QVi hereditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem petere volet, certus eſſe debet defunctum [l] eſſe teſtatorem. [m]

B Qui aliquid facit tanquam heres, oneribus hereditariis eſt obligatus, ſecus ſi alio animo faciat: quod apparere poteſt vel ex proteſtatione, vel ex facti qualitate. hoc dicit vſque ad. §. ſi quid tamen. Bartolus.

XX. VLPIANVS *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

PRo herede [n] gerere videtur is qui aliquid facit quaſi heres. [o] Et generaliter Iulian⁹ ſcri-
C bit, eum demum pro herede gerere, qui aliquid quaſi heres gerit. Pro herede autem gerere, nõ [*] eſſe facti, quàm animi. [p] Nam hoc animo eſſe debet, vt velit eſſe heres. Cæterum ſi quid pietatis cauſa fecit, ſi quid cuſtodiæ [*] cauſa [q] fecit, ſi quid quaſi nõ heres egit, ſed quaſi alio iure dominus: apparet non videri pro herede geſſiſſe. Et ideo ſolent teſtari [r] liberi qui neceſſarij exiſtunt, non animo heredis ſe gerere quæ gerunt, ſed aut pie-
D tatis aut cuſtodiæ cauſa, aut

i *Delata.* bona ratio: vt.ſ.e.l.is qui.ij.reſpon.&.j.de ſucc.edic.l.j.§. cũ furioſi. habes ergo quòd adhuc poteſt adiri ex teſtamento: quia non tenuit repudiatio cum ignorabat ſibi delatã. ſed ſi poteſt adire ex teſtamẽto, non eſt locus ab inteſt. quia quamdiu eſt locus teſtamentarię, &c. vt.j.eo.l.quamdiu.&.j.de regu.iur.l.quamdiu.&. C.cõmunia de ſuc.l.antequã.& Cod.vnde li,l.ij.& facit.j.de exce. rei iudi.l.ex ſextante.in princi.&.j.de regu.iu.l.quoties ex duplici.

k IS *poteſt repudiare.* & tunc, quis autem & quãdo poſſit adquirere, dic homo liber paterfamilias compos mẽtis, maior.xxv. [b] annis, qui ſcit teſtatorem mortuum, & ſibi delatam hereditatem. Seruus ergo & filiusfamilias adire nõ poſſunt niſi precedat iuſſus: vt.j.eo.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. Item furioſus non: vt.j.e.l.qui ſeruum.in minore dic vt.ſ.eo.l.more.&.l.pupillus.not. Item ſcire debet teſtatorem mortuum: vt.j.l.prox.& ſibi delatam ſcire debet: quia pure inſtitutus, vel purificata eſt inſtitutio: & hoc ſcit: vt.ſ.eo. l.is qui heres.§.j.&.j.de ſecun.tab.l.j.§.ſcientiã. Item debet eſſe certus quòd teſtator potuerit teſtari: aliàs de virib⁹ teſtamẽti dubitat: vt &.j.eo.l.heres.§.fi. Item quòd nullus eum præcedat, ſcire debet: aliàs de viribus teſtamenti dubitare videtur: vt.j.e.l.cum quidam. §.j. Item ſcire debet qua ex cauſa ad eum pertineat, ex teſtamento, vel ab inteſtato: vt.j.eo.l.ſi is ad quem. Sed regula huius.l.fallit.nã tutor quandoque ſolus adit, vt infanti adquirat: vt.C.eo.l.ſi infanti.§.j.& bonorum poſſeſ.petit ſemper: vt.j.de bono.poſſeſ.l.tutor. &.l.ſi pupillus. ſed repudiare nũquam: vt.d.l.tutor. & infra de ſuc. edic.l.j.§.tutor. Item ſeruus repudiare non poteſt, ſed poteſt nolle adire: vt.C.de heredi.inſti.l.iij.in fin. Quid autem in filiofa. habuiſtis ſupra eod.l.is qui in fin. Item decr. bonorum poſſeſſionem adquirere quis poteſt, non tamen repudiare. & eſt ratio: vt infra de
A ſuc.edic.l.j.§.decretalis. & concor. ſunt.ſ.eo.l.iiij. cum ſuis concor. & infra eo.l.ſi quis extraneus.§.ſed ita.

b] De minore tamen xxv. annis, quidam idẽ defendunt. putóque iure defendi poſſe. Cont.

l QVi *hereditatem. Defunctum.* i. mortuum.

m *Teſtatorem.* & alia quædam not.ſ.l.proxi. & facit.j.eodẽ l. neminẽ.&.l.qui ſuperſtitis. Accurſius.

PRo *herede.* ] CASVS. Si aliquis eſt inſtitutus heres, vel poteſt ſuccedere defuncto ab inteſtato, & incipiat gerere pro herede in bonis hereditariis, obligatur creditoribus hereditariis, & aliis hereditariis oneribus. Quis autem videatur gerere pro herede, & quis non, vult dicere hæc lex. Et certè ille demũ gerit pro herede, qui in hereditate aliquid geſſit quaſi heres, & hoc animo vt velit heres eſſe. ſi autem non eo animo fecit, nõ videtur geſſiſſe pro herede: vtputa ſi quid fecit in hereditate cauſa pietatis, vel cuſtodiæ, vel quaſi alio iure. pietatis autẽ cauſa poſſet feciſſe: puta ſi ſepeliuit patrem ſuum de cuius hereditate tractatur: vel fecit in eo impendium qđ fit circa mortuos: & hoc fecit cauſa pietatis. ſed & hoc poſſet feciſſe eo animo vt eſſet heres: & tũc videretur ſine dubio pro herede geſſiſſe. cuſtodię autem cauſa poſſet feciſſe: puta ſi pauit ſeruos hereditarios: vel iumẽta hereditaria: vel etiam diſtraxit: vel fundos hereditarios vel ædes locauit vel fulſit: vel res tempore perituras diſtraxit: & hoc fecit cauſa cuſtodiæ. nã non videtur pro herede geſſiſſe: quia nõ hoc animo fecit. & idem eſt ſi ideo fecit prædicta circa res hereditarias, quia putauit ſuas: vel quia adhuc deliberabat vtrum vellet eſſe heres vel non: vel quia volebat proſpicere ei qui ſubſtitutus erat ei: vel ei qui ab inteſtato erat heres extitutus defuncto, de cuius hereditate agitur. ſed & prædicta poſſet feciſſe eo animo vt eſſet heres: & tunc videretur ſine dubio pro herede geſſiſſe: & ideo ſolent & debent liberi qui patribus neceſſarij ſunt heredes, coram teſtibus dicere, non animo heredis ſe gerere ea quæ gerunt in hereditatibus patrum, ſed cauſa pietatis vel cuſtodię, vel pro ſuo alio iure quàm hereditario. Viuianus.

[*] Vulg. non tã eſſe. porro tã, deeſt in Pand. Fl. de quo vide Ant Au. lib. 4. Emendat. ca 8.

[*] Gloſ. 1. in ca. qualiter extr. de ele. dicit per hãc.l. quod ſi electus ante confirmationem aliquid diſponat de rebus eccleſiæ vt ſaluæ eſſent, quæ alias eſſent perituræ: non videtur per hæc adminiſtrare: ideo ei non nocet.

n *Pro herede.* aliter accipitur hoc verbum. pro herede, cum tractatur de petitio.hered. vt ſupra de peti.hered.l.pro herede.& per to-
E tum titu. Azo.& aliter cum tractatur de vſucapione pro herede: vt infra pro herede.l.j.& per totum tit.

o *Quaſi heres.* ſic.ſ.famil.erciſcund.l.qui errat.in fine.&.l.& puto. §.ſed & ſi quis. ſic & ſupra de iu.do.l.profectitia.§.ſi pater.

p *Quàm animi.* quàm electiue ponitur. nam ſolus animus ſufficit: vt inſti.de hered.qua. & dif. §. fina. Azo.& infra eod.l.gerit.&.C. eo.l.ſi auia. per factum tamen probatur voluntas: vt. C.de repu.here.l.j. Accurſius.

q *Cuſtodiæ cauſa.* ſic.ſ.de iure delibe.l.ait prætor.&.l.Ariſto.

r *Teſtari.* id eſt, proteſtari coram pluribus. ſic ſupra de nego.geſt.l. Neſennius. Sed an habeat neceſſe, ſcilicet proteſtari? Reſpond.H. non, ſed cauſa tollendæ dubitationis. & pro eis ſupra de relig.l.at ſi qu[illegible].§.plerique. ſcilicet illud funerando, non aliud gerendo. Vnde [illegible]cundum Ioan. & Azo. neceſſe eſſe: aliàs præſumitur eſſe here[illegible] vt infra eod.l.duo fratres.& Cod.de repu.here.l.j.& dicto.§. plerique. nam cum quis aliquid gerit quod ſuo iure facere poteſt,

UNED

magis ſuo iure præſumitur quàm alieno: vt infra eo. l. Iulianus. §. ſi ſeruum. & hoc in ſuis. in extraneis dic vt. ꝟ. in proxi. §. vel dic tertio vt ſtatim ibi dices.

A

a *Pro ſuo.* quia putat rem aliunde ſuam: vel forte maternam: vel aliunde. Azo.

b *Iuſta.* quæ pro ſepeliendo iuſta ſunt fieri. aliàs iuſſa. aliàs buſta: quia olim comburebãtur in rogo cadauera mortuorum. ſic & ponitur ſupra de in ius vocan. l. ij. in fin.

c *Animo heredis.* ſcilicet hoc fecit. & facit. ꝟ. de in offic. teſta. l. ſi vt proponis. §. penul.

d *Quid.* id eſt aliquid. ad quod ſupra ti. ij. l. ait prætor. & l. Ariſto. Sed quis hoc probabit? Diſtinguitur ſuus ab extraneo ſiue emancipato: vt infra eodem. l. Iulianus. §. ſi ſeruum. & C. de repu. here. l. j. & C. de iur. delib. l. j. Sed forte in emancipato eſt ratio, quia de iure ciuili eſt incognitus: vt in ſtitut. de here. quæ ab inteſta. §. emancipati. ſed aditio hereditatis eſt de iure ciuili: ſed in extraneo non videtur quare aliud ſit quàm in ſuo. melius [a] ergo videtur perpendendum ex qualitate heredũ, & perſonarum eorum: & ex qualitate actuum, & rerum quas attigerunt: vt ſic quandoque non habeant neceſſe probare ſe non feciſſe animo adeundi: quandoque ab aduerſario probetur feciſſe animo adeundi. Azo. aliquis tamen actus in ſuo præſumit aditionẽ: quò in emancipato non præſumit: vt manumiſſio. vt infra eo. l. Iulianus. §. ſi ſeruum. & C. de iure delib. l. j.

a] Dic quod poſſet habere verũ vbi non conſtaret de volũtate facientis: vt quia eſſet mortuus ſecundum Bar.

pro ſuo: [a] vtputa patrem ſepeliuit, vel iuſta [b] ei fecit. ſi animo heredis, [c] pro herede geſſit. enimuero ſi pietatis cauſa hoc fecit, non videtur pro herede geſſiſſe. Seruos hereditarios pauit, iumenta aut pauit, aut diſtraxit. ſi hoc vt heres geſſit: pro herede. aut ſi non vt heres, ſed vt cuſtodiat, aut putauit ſua, aut dum deliberat, quid [d] fecit, conſulens vt ſaluæ ſint res hereditariæ, ſi fortè ei non placuerit pro herede gerere: apparet non videri pro herede geſſiſſe. Proinde & ſi fundos aut ædes locauit vel fulſit, vel ſi quid aliud fecit non hoc animo quaſi pro herede gereret, ſed dũ ei qui ſubſtitutus eſt, vel ab inteſtato heres exſtaturus, proſpicit: aut res tẽpore perituras diſtraxit: in ea cauſa eſt, vt pro herede non geſſerit, quia non hoc aĩo fuerit.

B

C

*Si quid.*] CASVS. Si filius petat à liberto patris defuncti operas tanquam heres patris, nunquid videtur pro herede geſſiſſe? Et certe non: quia earum petitio non competit ei eo quòd ſit heres, ſed eo quòd eſt filius. & quòd non competat ei earum petitio tãquam heredi, in promptu eſt ideo, quia ſi eſſet extraneus heres, non competeret ei earum petitio. competit ergo ei earum petitio tanquam filio, id eſt, quaſi ei debitæ, etiam ſi non eſſet heres. nam & creditoribus paternis competit earum petitio qui non ſunt heredes. & nõ ſolum præteritarum operarũ competit petitio creditoribus poſtquam ſint miſſi in poſſeſſ. bono. hereditariorum, ſed etiam futurarum: & dicuntur præteritæ illæ operæ quarum dies ceſſit antequã creditores mitterentur in poſſeſſ. ſcilicet per moram liberti interuenientem: & illæ dicuntur certæ operæ. futuræ autem dicuntur quarum dies ceſſit poſtquam creditores ſunt miſſi in poſſeſſionem. nam niſi dies earum ceſſiſſet, peti non poſſent. cedit autem earum incertarum operarum dies cum indictæ ſunt. Et quod dixi in operis per filium petitis, idem eſt circa ſepulchrum hereditarium. Nam ſi filius intulit mortuum in ſepulchrum patris hereditarium, non videtur propter hoc gerere pro herede: & ideo non eſt exiſtimandus obligari paternis creditoribus: & hoc propter prædictam rationem, quia ius inferendi in ſepulchrum quondam patris, non competit ei tanquam heredi, ſed tanquam filio. [PAPINIANVS SCRIBIT FILIVM.] Titium filium meum mihi heredem inſtitui: & Sticho ſeruo meo libertatem dedi ſub conditione, ſi heredi meo dederit. c. & poſtea deceſſi. dictus meus filius abſtinuit ſe ab hereditate mea: poſtea venit ad eum dictus Stichus ſtatuliber, & dedit ei dicta centum, ſiue de peculiaribus nummis, ſiue de acquiſitis aliunde. nũnquid accipiendo dictã pecuniã dictus meus filius videtur taliter pro herede gerere, vt à creditoribus meis valeat conueniri? Et dicitur quòd ſic. & multo magis eſſet hoc verum ſi ab hereditate mea ſe non abſtinuiſſet. Sed quid ſi dictum meum filium inſtitui cum quodam alio pone Seio, & Seius hereditatem pro ſua parte adiuit, & filius meus abſtinuit, & poſtea à ſtatulibero prædicto pecuniam accepit? Certe non tenebitur propter hoc filius creditoribus prædictis. habent enim quem conueniant, ſcilicet Seium qui adiuit. cum enim filius in poteſtate conſtitutus abſtineret ab hereditate patris iure prætorio permit-

D

E

tente, idem debet conſequi per ius prætorium quod conſequitur emancipatus per ius ciuile: qui emancipatus repudiauit patris hereditatem, ſcilicet vt creditoribus hereditariis non teneatur. quo facto, id eſt, filio in poteſtate conſtituto abſtinente, & poſtea à ſtatulibero pecuniam accipiente, peruenit ſtatuliber ad libertatem dãdo dictam pecuniã dicto filio non heredi: & dictus filius creditoribus non tenebitur. & hoc quando dictus ſtatuliber fuit iuſſus dare nominatim filio, non habita mentione de herede. ſi autem habita fuiſſet mentio de herede, bene obligaretur filius creditoribus accipiendo pecuniam à ſtatulibero. toties enim pro herede gerere filium dicendum eſt, quoties aliquid accepit quod accipere non poterat citra nomen & ius heredis. SI SEPVLCHRI. Filium meum mihi herede inſtitui, & deceſſi. & antequam dictus meus filius ſe immiſceret hereditati meæ, Seius violauit ſepulchrũ meũ ſiue familiare, ſiue hereditarium: & dictus filius accuſauit eum ſepulchri violati. nũquid propter dictam accuſationem videtur filius ſe bonis meis immiſcere? Et dicitur quòd non. & eſt ratio, quia propter hoc nihil videtur accipere ex bonis meis. nec iſta actio ſepulchri violati eſt rei perſecutoria: imò pœnalis & popularis. Viuianus.

In his quæ non transeunt ad heredes extraneos, nomen heredis intelligitur de filio: & ideo ſi illum actum facit vt heres, oneribus hereditariis non obligatur. hoc dicit ſecundum intellectum quem habuit hic iuriſconſ. licet glo. aliter intelligat. Bartolus.

Si quid tamen quaſi heres petit, [e] ſed ex his quæ ad heredem extraneum non tranſeunt: videamus, an oneribus ſe immerſerit hereditariis: vtputa à liberto parentis operas petit: has heres extraneus petere non potuit. [f] hic tamen petendo conſequi poteſt. Et conſtat pro herede eum non geſſiſſe: [g] cum petitio earum etiã * creditoribus [h] competat, † & maximè futurarum. [i]

Sed & qui in ſepulchrum hereditarium mortuum intulit: obligari paternis creditoribus non

* Sũt qui legant & emendent, nõ heredib⁹, quã emendationem nõ admitto.

† al. in manuſc. additur negatiõ.

e *Petit.* ſcilicet filius. Accurſius.

f *Non potuit.* vt quia ſtipulatus eſt [b] patronus ſibi & liberis ſuis: vt infra de verbo. obli. l. quodcunque. §. ij. vel melius erat ſtipulatus incertas: vt infra de ope. lib. l. ſi operarum. ſi autem certas, & ſibi tantum, peteret etiam extraneus heres: vt infra de ope. liber. l. fabriles. & l. à duobus. & l. cum patronus. §. j. non autem placet quòd de obſequialibus in faciendo dicat, quæ ad extraneum heredem non trãſeunt: vt. C. de ope. lib. l. liberti. quia creditoribus non datur earum petitio, cum nihil proficeret eis. & facit infra eo. l. ſi quis non quaſi. & ꝟ. ad Trebel. l. ſi patroni filius.

b Diuinas ſecundum Alexand.

g *Non geſſiſſe.* ſatis reſpondet quæſtioni, cum hæc duo ſint paria pro herede gerere, & hereditati obligare: vt ſupra eod. l. more. Et no. quòd quidam habent, quaſi geſſiſſe, ſine non. [c] pro quo eſt ſupra in princ. huius. §. vbi dicit tamen, quaſi ſuperioribus aduerſetur: & vbi dicit, quaſi heres. & infra eo. l. gerit. in fin. & infra l. proxi. §. j. & ſecundum hoc quod ſubiicit, earum, ſcilicet incertarum. Accurſius.

c] Et male. Bartol & Alexand.

h *Creditoribus.* ſcilicet patris.

d] Iſta lectura diſplicet B. P. Alex. & Areti.

i *Maximè futurarum.* ſcilicet poſt dictam aditionem filij. [d] quaſi ſic faciendo approbet ſe teneri creditoribus. vel antequam adiret, erat dubium an creditores erant habituri aliquod ius in eis. & not. plus dari creditoribus quàm extraneo heredi, cui earum incertarum petitio non daretur. ſed hoc ideo eſt, quia eſt qui aduerſetur, ſcilicet filius. hic autem non poteſt reſiſtere. vtpote heres. Alij habent, nõ geſſiſſe, ſed tũc eſt contra. d. l. gerit. & infra. l. proxi. §. j. & ſupra in princip. §. j. ſed dic petiit, ſcilicet ipſe quaſi heres, id eſt, nõ vt exheredatus, [e] qui petere non poſſet: vt infra de ope. lib. l. ſi operarum. in fi. ſecus ſi vt heres petiiſſet, licet nõ hereditariam: vt in. d. l. gerit. & ſic vna poſitio non eſt alij contraria. Item ſecundum hanc dic creditoribus, ſcilicet filij. & ita eſt bona ratio, vt ſuo non hereditario iure habeat eas filius. Et quod dicit, maximè futurarum, id eſt. earum quarum dies ceſſit poſtquam ipſi creditores filij miſſi ſunt in poſſeſ. bonorum filij non defenſi. nam in eis potius ius habent creditores quàm in primis: vt argu. infra quæ in frau. credi. l. qui autem. §. ſciendum. Nam niſi dies earum ceſſiſſet, peti non poſſent. Cedit autem cum indictæ fuerint, & non ante. & hoc in incertis, de quibus loquitur hic ſed operarum certarum cedit dies ſtatim cũ petitę ſunt. [f] id eſt, cum fuerit in mora. & probantur hæc. ꝟ. de oper. lib. l. ſi quis hac. §. iudicium. & l. cum patronus. in principio. & l. quoties certa. Vel dic [g] de creditoribus paternis hoc modo, cõpetit petitio

e] Iſta expoſitio deſtruit text. ſecundum B. Alexan. & Arc. ideo dic aliter ſecũdum eiſdem.

f] Imò dic quòd dies cedit à die ſtipulatiõis, & non conſtituitur quis in mora niſi lapſo tempore quo potuerunt præſtari, & non ſunt præſtitæ ſecũdum Alexan.

g] Sequitur eã P. reprobat tamen eam Alexã.

titio creditoribus paternis : nec per hoc fiunt heredes : multo fortius in filio. & ſecundum hoc mutet caſum, & dicat de certis, quæ ad heredes tranſeunt : vel etiam de incertis, quarum dies ceſſit viuo patre, & pecunia erat deducta in condẽnatione : aliàs non trãſirent ad heredes extraneos : vt infra de oper. liber. l. ſi operarum. &. l. qui libertinos. §. & non ſolum. & l. à duobus. Et quod dicit, futurarum, id eſt poſtquã creditores ceperint conuenire patrem viuentẽ. Sed ſi hic de incertis dicit, quomodo aliis dantur quàm patrono : vt arg. ſupra de condictio. indeb. l. ſi nõ ſortem. §. libert⁹. & de oper. liber. l. operæ. §. j. & ſecundo? Reſpon. hoc fit propter inopiam vel neceſſitatem : vt no. in diſtinctione operarũ quæ eſt ſuper. d. §. libertus.

a *Non eſt exiſtimandus.* quia exheredatus etiam infert : vt. s. de relig. l. vel quod. Azo. & dic quod inferre poteſt etiã ſi nolit eſſe heres : vt in ſtipulatione operarum : vt. s. proxi. §. dicitur.

Sentẽtia humanior tenenda eſt.

b *Humanior.* ergo tenẽda : vt. C. de iudic. placuit.

c *Papinianus.* hoc eſt, ſi filius ſolus eſt heres inſtitutus, & ſtatuliber rogatus eſt dare decẽ heredi, nõ eſt dubiũ quin videatur ꝓ herede geſſiſſe accipiendo à ſtatulibero conditione impleta. Idem eſſet & ſi non facta eſſet mentio heredis, ſed dictum eſt vt det filio. ſi autem habet filius inſtitutus coheredem : tunc diſtinguitur quibus verbis vſus eſt teſtator. nam ſi dixit heredibus : tunc filius accipiẽdo pro herede gerere videtur. ſi vero dixit vt filio daret : filius accipiendo non obligat ſe hereditati, ſecundum Io.

eſt exiſtimandus, [a] vt Papinianus ait. quæ ſententia humanior [b] eſt, licet Iulianus contra ſcripſerit.

Si filius etiam ſe abſtinuit, recipiendo tamen cauſa conditionis implendæ à legatario, cenſetur abſtẽtionem reuocaſſe, & ſe immiſcuiſſe ſi erat ſolus inſtitutus, vel ſi habebat coheredem qui nondum adiuit : & omnis actus qui geri non poteſt citra ius & nomen heredis, inducit aditionem. h. d. vſque ad. §. ſi ſepulchri. Alexander.

Papinianus [c] ſcribit, filium heredem inſtitutum, qui ſe bonis paternis abſtinuit, vulgò putare [d] quoſdã, ſi à ſtatu libero pecuniã accepit, à creditoribus [e] conueniendum, ſiue nũmi peculiares [f] fuerint, ſiue nõ fuerint : quia ex defuncti voluntate accipitur, quod conditionis implẽdæ cauſa datur. Iulianus autem, etſi nõ abſtinuit, [g] idem exiſtimauit. Ita demũ [h] autem pro herede geſſiſſe [i] ait Papinianus, ſi ſolus heres ſit. [k] Cæterùm ſi coheredem habeat, & coheredes adiit : non eſt cogendus (inquit) is qui accepit à ſtatulibero, actiones creditorum ſuſcipere. Nam cũ ſe filius abſtinet, idem debebit conſequi iure prætorio, [l] quod emancipatus conſequitur qui hereditatem repudiauit : quo facto [m] ſtatuliber filio nominatim [n] pecuniam dare iuſſus, potuiſſet non heredi [o] dando ad libertatem peruenire. Itaque tunc pro herede geri dicendum eſſe ait, quotiens accipit quod citra nomen & ius [p] heredis accipere non poterat.

Qui agit actione perſonali cõpetenti ad vindictam, licet pro re hereditaria : non cenſetur ſe gerere pro herede. Alexan.

Si ſepulchri violati * filius † aget, [q] quãuis hereditarij : [r] quia nihil ex bonis [ſ] patris capit, non videtur bonis immiſcere. hæc enim actio pœnã & vindictã quã [t] * rei perſecutionem continet. [u]

* Pœnã violati ſepulchri à Solone impoſitã refert Cice. lib. 2. de legib.

† An. Aug. lib. 2. c. 1. putat eſſe Grecĭſmũ. ego nullũ græciſmum hîc agnoſco.

* Vulg. potius quàm. Vide Anto. Augu. lib. emend. 4. c. 8.

d *Vulgo putare.* ſed male. imò bene : quia licet abſtinuit, tamen & iterũ adire poteſt : vt. C. de repu. here. l. finali. Sed argu. cõtra infra eod. l. ſi ſeruum alienũ. §. finali. Sed ibi ſurripiendo : hic accipiẽdo : vt. j. l. proxi. in principio. Item arg. cõtra ſupra de mi l. iij. §. Seio.

e *A creditoribus.* paternis. Et no. quòd quidam habent non conueniendum : ſed male ſtat non : vt patet per ſequentia.

f *Nummi peculiares.* in hoc caſu magis : quia pecunia eſt hereditaria : vt ſupra de pe. here. l. nec vllam. §. planè. Et not. quòd permittitur ſtatulibero dare cauſa implendæ conditionis quod iuſſus eſt dare vndecunque etiam de peculio inuito herede : vt. s. de condict. cau. da. l. dedi. §. finali. & ibi not. Si quæras, an in Falcidiam computetur datum cauſa implendæ conditionis, dic vt. C. ad legem Falc. l. penul. & ſupra de donatio. cau. mor. l. quod ſtatuliber. & l. quod conditionis. H.

g *Abſtinuit.* multo magis. & facit. C. arbi. tu. l. eum.

h *Ita demum.* non debet hic eſſe. §. quia continuatur cum ſuperiori, & ex eo pendet.

i *Geſſiſſe.* ſubaudi, eum.

k *Si ſolus heres ſit.* tunc enim quia accipiendo pecuniam voluit vt haberet libertatem : ergo & id voluiſſe videtur ſine quo libertas eſſe non poteſt : ſed cum ſolus ſit, ſi ipſe heres non ſit, non valet libertas. ſecus ſi coheredẽ habet. tũc enim & ſine eo valere poteſt. Azo. Sic ergo no. ꝙ cum aliquid volo, id videor velle ſine quo id primum velle non valet. ſic. j. rem ra. ha. l. iij. §. fin. & C. de rel. l. ij.

l *Iure prætorio.* nam prætor dedit ei beneficium abſtinendi : vt. j. eo. l. neceſſariis. & inſtit de here. qualita. & diffe. §. ſed his. nõ tamen ideo neceſſe habent adire prætorem viuũ : vt. s. eod. l. ei qui. & facit infra ad Trebel. l. ita. §. qui ſuſpectam.

m *Quo facto.* id eſt emancipato repudiante, vel ſuo abſtinente.

n *Nominatim.* ſecus ſi ſimpliciter. tunc enim non niſi vt heres accipere poteſt : vt infra de ſtatulib. l. ita. & l. qui pecuniam. habeat vel non habeat coheredem.

o *Non heredi.* ſed emancipato qui repudiauit, vel ſuo qui abſtinuit. Hug.

p *Circa nomen & ius.* id eſt effectum heredis habet ille cui reſtituitur hereditas per Trebellianum. Item bonorum poſſeſſor. Item is cui bona ſunt addicta cauſa libertatum conſeruandarum. Item nomen ſolum habet qui reſtituit : vt inſtit. de fideicommiſſ. heredi. §. reſtituta. Item qui abſtinuit : vt infra de fideicommiſſ. lib. l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. Item qui per reſtitu. in integ. dimiſit : vt ſupra de mi. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. & tamen conſtat quòd qui reſtituit hereditatẽ, accipiet à ſtatulibero qđ datur cauſa implendę cõditionis : licet quãdoque debeat reſtituere fideicõmiſſario, quãdoque non : vt infra de condit. & demon. l. qui heredi. §. cum hereditas. & ſupra de petitio. here. l. nec vllam. §. plane. Itẽ bonorum poſſeſſori datur cauſa implendæ cõditiõis : vt infra de lega. præſtan. l. is cui. §. finali. de condit. & demonſt. l. iiij. in prin. Item ei cui bona ſunt addicta cauſa libertatũ conſeruandarũ : vt infra de fideicõmiſſ. lib. l. iiij. §. ſi ſub conditione. Item ei qui omiſit ex teſtamẽto, & adiuit ab inteſtato : vt. j. ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. qui autem. §. fin. ius & nomẽ heredis habet qui directo eſt heres iure ciuili ex teſtamento vel ab inteſtato. Et not. quòd cum quis facit aliquid quod nõ poteſt facere niſi ſit heres, videtur id velle facere vt ſit heres.

Concordat c[illegible] l. 22 tit. 6 [illegible] ſemejante de[illegible] et nota bene [illegible]

q *Aget.* actione in factum, quæ pecuniaria eſt & popularis : & ex primo capite datur inquantum iudici ęquum videtur, ei ad quẽ ea res pertinet : alij poſtea in. c. aure. ex ſecundo vero in. cc. aureos ſine delectu perſonarum. & infamiam irrogat : vt. j. de ſepul. viola. l. ij. in princip. & §. j. & §. fin. & l. de ſepulchro. Azo.

r *Hereditarij.* quia liberorum, etſi heredes non ſint, ſunt tamen iura ſepulchrorum. & ideo dicit hereditarij, quia tunc videbatur magis ſe non immiſcere quàm ſi eſſet familiare. ſed tamen idem eſt in vtroque : vt. s. de relig. l. vel quod. & ſupra hac. l. §. ſi quid tamen. in fin.

ſ *Bonis.* hereditariis.

t *Quàm.* electiue ponitur, vt patet ex prædictis. & j. de ſepul. violato. l. ſepulchri. in prin. & l. pe. in fin. Azo.

u *Continet.* mala ratio. nam ſi furti actio intẽtatur quę ſolam pœnam continet, adire videtur : quia citra ius heredis facere non poteſt. ſed certe imò bona : quia hæc non datur quia abſit aliquid de noſtro patrimonio, ſed actio furti ſic. & licet hæc actio propter hereditatem contingat, nihil tamen ex defuncti capitur voluntate : vt infra de ſepul. viola. l. penul. Item ſignatur contra ſupra de minino. l. iij. §. Seio. ſed non eſt contra : quia ibi adiuit : item accepit vt heres : ſed reſtituitur : quia ex ſequentia prioris lapſus incidit in ſecundum : vt ibi not. Item nec eſt bona ratio : quia nihil &c. vt infra. l. proxi. §. j.

SI *quis extraneus.*] CASVS. Titium mihi extraneum inſtitui mihi heredem. me autem mortuo dictus Titius tenet aliquã rem ex hereditate mea : quam rem ſurripuit volendo expilare hereditatem meam. nunquid videtur propter hoc gerere pro herede? Et dicitur quòd non, imò propter dictum delictum videtur declarare ſe nolle heredem eſſe. Secundo dicit quòd aliquando ſolus animus obligat heredem hereditati, puta ſi vtatur re non hereditaria quaſi heres : ſed quandoque facto & animo interueniente non obligatur hereditati : puta ſi hereditas non eſt ei adhuc delata. ſicut enim non poteſt repudiare non delatam, ita nec acquirere. Quid autem ſi ignoret ex qua parte eſt inſtitutus? Certè nihilominus poteſt gerere pro herede. ſi tamen inſtitutus eſt ſub conditione, oportet hoc eum ſcire ad hoc vt poſſit gerere pro herede : & oportet quòd conditio prædicta extiterit ſciente eo vel ignorante. non enim nocet ei ſi ignoret conditionem inſtitutionis ex-

titiſſe : ſicut & non noceret ei ſi ignoraret an portio coheredis ſui cui ſubſtitutus eſt, ſit ei delata propter repudiationem ipſius coheredis. Viuianus. A

a *Si quis extraneus.* ſecus in ſuo: vt infra eod.l.ſi ſeruum quis.§. ait prætor. ſuus enim facilius amittit priuilegiũ abſtinendi, quàm extraneus ius cõmune repudiãdi. Azo. Item ſuus accipit id quod eſt quaſi ſuũ : vt ſupra de libe. & poſtum. l. in ſuis. & ſic non delinquere, ſed immiſcere ſe creditur. Accurſius.

b *Expilans.* hereditatẽ.

c *Admiſſum.* id eſt delictum.

d *Declarat.* ſcilicet ꝙ nolit eſſe heres. ſic & infra eo.l. fuit.

e *Non hereditaria.* quam putabat hereditariã : vt infra eod.l.gerit. magis autẽ ſi erat hereditaria: & ecõtra ſi hereditaria fuit vſus vt nõ hereditaria, nõ fit heres: vt infra eod.l. cũ bonis. & hoc ideo, quia animus inſpicitur & opinio: vt &.C. eod.l.ſi auia. & infra eodem.l. ſi ſeruus.§.penulti. Sed argu. cõtra infra de cri.expi.here.l. fina.

f *Agere.* aliàs ageret: & tunc eſt.§. ſciendũ. aliàs agere: & tũc eſt.§.ſi quis partẽ. & facit ſupra eo. l.is qui heres.§.j. & infra de verbo.ſigni.l.delata.

g *Ignorauit.* quia erat inſtitutus ex maiori q̃ putaret. ſecus ſi putaret ſe inſtitutum in maiori quàm eſſet in veritate : vt arg. infra eo.l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mãdatũ.&.l. pater.in prin. & ſupra eodem.l. ſi ex aſſe. & infra eod.l. qui putat. in princi. ſed hoc nõ valet, per.l.infra eo. l. ex ſemiſſe. quæ eſt cõtra. Dic ergo attendendum, an eius propoſiti erat & voluntatis, vt ex quacunque vel ex quantacunq; portione eſſet inſtitutus, vellet adire: vt tunc ſit heres, & nihil noceat error : vt hic. an non, & tunc nihil agit: vt.d.l. ex ſemiſſe. pro qua ſolutione eſt.ſ̃. tit.ij.l. qui iure. verum cum eſt inſtitutus ex maiori quàm putat : veriſimile eſt tũc eum velle adire. Vel pone, inſtitui quotcũque mihi nati eſſent, & Lucium. nam adibit Lucius, quamquam ſuam partem ignoret: vt ſupra ſi pars here. peta. illud. in fin.

h *Non ignorat.* quandoque tamen & ſi ignoret : vt infra eodem.l. qui putat. in princip. ſed non videtur ibi ignorare, ſed ſcire, licet quantitatem ignoret.

i *Extitit.* aliàs ſecus : vt ſupra eo.l.is qui heres.§.j.

k *Extitiſſe.* quæ verè extitit. Accurſius.

l *Puto poſſe.* in caſuali non habet locũ: vt infra de condi.& demõ. l. multum.cõtra.nec in poteſtatiua: vt infra de condi.& demon.l. ij.in fi. contra. Solu.hæc ſecundũ illam, multum. & de conditione iuris intelligatur, nõ facti. Vel ſecundũ Io. hæc lex loquitur quãdo quis pro parte pure, & pro parte ſub cõditione, puta ſi coheres non erit, vel ſub alia eſt inſtitutus. nam licet alterius partis ignoret conditionem extitiſſe, adire poteſt. Et ſecundũ hoc quod ſubiicit, quemadmodum &c. ponitur exẽplificatiuè, non ſimilitudinariè. ſed ſecundum primũ caſum ſimilitudinariè ponitur. Vel dic, duplex eſt ignorantia. vna quæ habet ſecũ vehementem opinionem quòd cõditio extiterit, licet verũ ignoret: & hæc non nocet, vt hic. alia quæ nõ habet: & illa ſic: vt ibi. Item contra.ĩ.l.proxi. Solu.ibi.

m *Ei.* id eſt ſibi.

Animus delinquendi eſt cõtrarius animo adeundi. Bartolus.

XXI. IDEM *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SI quis extraneus [a] rem hereditariam quaſi ſubripiens vel expilans [b] tenet, non pro herede gerit: nam admiſſum [c] cõtrariam voluntatem declarat. [d]

B Si quaſi heres rẽ hereditariam attingat, adire videtur ſi fuerit ei delata. Bartolus.

Interdum autem animus ſolus eum obſtringet hereditati: vtputa ſi re nõ hereditaria [e] quaſi heres vſus ſit. Sed ita demum pro herede gerendo adquiret hereditatem, ſi iam ſit ei delata. Cæterum ex quibus cauſis repudiãtem nihil agere diximus, ex iiſdẽ cauſis nec pro herede gerendo quidquã agere [f] ſciendum eſt.

C Ignorãs portionem ex qua inſtitutus eſt, non prohibetur adire. idem eſt ſi ſcit ſe ſub cõditione inſtitutũ, licet ignoret conditionem extitiſſe, dummodo opinetur illã extitiſſe. & qui ſcit partem ſibi tãtùm eſſe delatam, poteſt adire, licet ignoret aliã partem ſibi fore delatam. h.d. ſecundum magis communem intellectum. Alexand.

Si quis partẽ ex qua inſtitutus eſt, ignorauit: [g] Iulianus ſcribit nihil ei nocere quo minus pro herede gereret. quod & Caſſius probat, ſi cõditionem ſub qua heres inſtitutus eſt, non ignorat: [h] ſi tamen extitit [i] cõditio ſub qua ſubſtitutus * eſt. Quid tamen ſi ignorat conditionem extitiſſe? [k] Puto poſſe [l] adire hereditatem: quemadmodũ ſi ignoret an coheredis cui ſubſtitutus eſt, repudiatione portio ei [m] delata ſit.

*inſtitutus

Ignorantia circa cauſam acquiſitionis, ex qua ſcilicet cauſa delata eſt hereditas, vitiat aditionem. Alexand.

XXII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI is ad quem legitima hereditas pertinet, putauerit defunctum ſeruum ſuum eſſe, & quaſi peculium [n] eius nactus ſit: placet non obligari [o] eum hereditati. Idem ergo dicemus, vt ait Pomponius, ſi quaſi libertini ſui, cum ingenuus eſſet, bona eius occupauit. [p] Nam vt quis pro herede gerendo, obſtringat ſe hereditati, ſcire debet qua ex cauſa [q] hereditas ad eum pertineat : veluti [r] adgnatus proximus iuſto teſtamẽto ſcriptus heres, antequam tabulæ proferantur, [ſ] cum exiſtimaret inteſtato patremfamilias mortuum, quãuis omnia pro domino [t] fecerit, heres tamen non erit. [u] Et idem iuris erit ſi non iuſto [x] teſtamẽto ſcriptus heres, prolatis tabulis, cum putaret iuſtum eſſe: quamuis omnia pro domino adminiſtrauerit, hereditatem tamẽ non adquiret. [y] D

Sicut in aditione quis debet eſſe certus, ita etiam in repudiatione. Alexand.

A SI *is ad quem.*] CASVS. Hæc lex ponit vnam regulã, cui dantur quatuor exempla. Et regula eſt talis : Si aliquis gerit pro herede in hereditate alicuius, nõ adſtringit ſe oneribus hereditariis, niſi ſciat qua ex cauſa hereditas ad eum pertineat. Et primũ exemplum dictæ regulæ eſt tale: Titius ad quẽ ab inteſtato pertinebat hereditas Seij, nactus fuit eam quaſi peculiũ dicti Seij putans dictũ Seium defunctum ſuum ſeruum fuiſſe. certè non obligatur hereditati dicti Seij: quia neſcit qua ex cauſa hereditas ad eum pertineat. Et idẽ eſt ſi occupauit bona dicti Seij quaſi libertini ſui, cum eſſet ingenuus. Et idem eſt ſi fuit ſcriptus heres à dicto Seio ſuo proximo adgnato, & ipſe Titius exiſtimãs ab inteſtato eum deceſſiſſe, eo ꝙ tabulæ nõ erant adhuc in publicũ prolatę, omnia loco domini in eius hereditate fecerit. nam non erit heres propter dictã regulam. Et idem eſſet ſi dictus Seius inſtituiſſet eum heredẽ in teſtamento nõ iuſto, & cum Titius heres putaret teſtamentũ iuſtum eſſe, omnia loco domini adminiſtraſſet. nã nec in hoc quarto caſu hereditatem acquiret.

n *Peculium.* nã non poteſt ſeruus habere heredẽ niſi in caſib⁹: vt not. C. communia de ſuc.l. ſeruus. ADDITIO. præcipua ratio eſt, quia errat in conditione defuncti.l. ſed ſi de ſua.ĩ. eod. Cont.

o *Non obligari.* quia ignorat cauſam ex qua poſſunt bona ad eũ pertinere : vt infra eo.l.pater.&.ĩ.in hac.l.

p *Occupauit.* iure patroni cum eſſet heres vt agnatus: & ſic errauit in cauſa, & occupauit ab inteſtato. fuit etiam error in conditione teſtantis, qui nocet: vt infra eo.l.heres.§.fin.Accurſius.

q *Quæ ex cauſa.* domini, vel heredis: agnati, vel vt patroni. Item ex teſtamento, vel ab inteſtato : vel inſtitutionis vel ſubſtitutionis iure: vt hac. l. & infra eo.l.ſi quis mihi bona. §. aliter atq;. &. l. pater. Sed contra ſupra.l.proxi. in fi. Sed non obſt. quia bene ſciebat ibi ex qua cauſa ad eũ pertinebat hereditas: quia ex teſtamẽto, licet ignoraret cõditionẽ extitiſſe : qua de cauſa nihil adiicit ad cõditionem, & econtra nec aliquid habet vnum cõmune cum altero.

E r *Veluti.* addit tertium exemplum prout eſt hic.§.veluti.

ſ *Proferantur.* id eſt adducantur in propatulum.

t *Pro domino.* id eſt pro herede: vt inſtitu. de here. quali. & diffe.§. fina.&.ſ̃.de libe.& poſtu.l.in ſuis.Accurſius.

u *Non erit.* quia ignorat cauſam, & quia eius conditionem faceret deteriorem: vt infra eodem.l.ſi quis mihi.§. aliter. adhuc ergo adibit ex teſtamento, cum non videatur ob hoc repudiaſſe : vt ſupra eodem.l.nec is.§.heres.& de inofficioſo teſta.l.mater.&.ĩ. eo. l. illud.&.l.in plurium.

x *Si non iuſto.* econtra ad ſuperiorem.& eſt quartus caſus legis.

y *Non adquiret.* nec repudiare videtur ab inteſtato, vt in ſuperiori caſu dixit. & facit infra eodẽ.l. pater. & ſupra de pac.l. ſi cum te ex cauſa. & no.hac.l.quòd adeũdo ex cauſa putatiua nõ fit heres, licet ſi ex vera adiiſſet, eſſet heres. ſic iudex ſi ferret ſententiã ex cauſa falſa, non valet ſententia cum effectu: licet motus veris probationib⁹ poſſet eandẽ ꝓtuliſſe, & valere: vt.C.ſi ex falſis inſtrumẽtis.l.iij.no.

Sentẽtia ex cauſa falſa lata, non valet.

*In repudianda*

IN *repudianda*. Pone hîc caſum vt poſui.ſ.eo.l.is qui heres.

a *In repudianda*. ſic etiam in adeunda:vt.ſ.l.proxi.ad paria enim iudicantur repudiatio & aditio:vt.ſ.eo.l.is poteſt.

b *Certus*. vehemẽti opinione:vt infra eodem.l.cum quidam.§.primo.ſecundum Ioan.& ſic accipe dictionem illam legis ſuperioris, ſcire debet.

c *Repudiat*. cum ignorat ſibi delatam, ſi repudiat,nihil agit:vt ſupra eod. l. is qui heres. per totam.& ſequentibus vſque ad.l. qui hereditatem.& arg. C.de don. l. nec ignorans.& ſupra de inofficio.teſta. l.mater decedens.in fi. &.l.nihil.§.ſi cum.& de pact.l.ſi cum te.

XXIII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum*.

IN repudianda [a] hereditate vel legato certus [b] eſſe debet de ſuo iure is qui repudiat. [c]

Si quis accepit pecuniam vel promiſſionem vt repudiet,nõ videtur adire. aliàs ſi hereditatem adeat, videtur pro herede gerere. Bartolus.

B

XXIIII. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Sabinum*.

FVit quæſtionis,an pro herede gerere videatur qui pretiũ hereditatis omittendæ cauſa † capit. [d] Et obtinuit hunc pro herede quidem non gerere, qui ideo accepit,ne heres ſit: [e] in edictum tamen prætoris incidere. [f] Siue igitur à ſubſtituto non heres accepit, ſiue à legitimo : mortis cauſa accepiſſe videtur. Idémque erit & ſi non accepit, ſed promiſſa ſit ei pecunia. nam & ſtipulando [g] mortis cauſa capit.

C

FVit *quæſtionis*.] CASVS. Titius inſtituit ſibi Seium heredẽ, & ei ſubſtituit Gaium, & deceſſit dictus Titius. Venit Gaius ſubſtitutus, & dedit pecuniam Seio inſtituto ad hoc vt Seius omitteret, ſicque eã haberet Gaius. vel propter hoc accepit ab eo promiſſionem pecuniæ, & ipſe Seius omiſit hereditatem. nunquid videtur dictus inſtitutus propter hoc gerere pro herede? Et dicitur quòd non : incidit tamen in edictum,ſi quis omiſ.cau.teſta.vnde tenetur legatariis & fideicommiſſariis:vt.ĩ.tit.ij.l.j.&.ij.Viuianus.

† Adde q̃ non comprehenditur in ſtatuto de vltimis voluntatibus donatio cauſa mortis:quãuis codicillus ſic.Baldus.in.l.hac conſultiſſima.4.colũ. C. qui teſta. fa.poſſunt.

d *Capit*. dicitur enim mortis cauſa capere quod occaſione alicuius mortis ad eum obuenit:ſiue ex voluntate eius,ſcilicet defuncti, ſiue non : vt.ĩ. de do.cau.mor.l.qui pretio.&.l.mortis cauſa capitur.in prin.&.§.ſi donaturus.Azo.

e *Ne heres ſit*. ſic ſupra eo.ſi quis extraneus.in prin.

f *Incidere*. ſi omiſ. cau.teſtamenti : vt.ĩ.ſi quis omiſ.cauſa teſta.l.j. §.j.&.l.ij.&.C.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.j.

g *Stipulando*. vt infra de dona.cauſa mort. l. mortis cauſa capitur. &.l.mortis cauſa donatio.&.l.ſenatus.in fi.& arg.C.ad leg.Fal.l.fina. Accurſius.

SI *quis mihi*.] CASVS. Stichus ſeruus Titij mihi bona fide ſeruiens, vel in quo ſolum vſumfructum habebam, fuit heres inſtitutus à Seio,& meo iuſſu adiuit hereditatem. certè non acquiret mihi.Secundò dicit,quòd ſi ſeruus municipum vel collegij vel curiæ ſit ab aliquo heres inſtitutus, & poſtea ſit manumiſſus à municipibus vel curia vel collegio,adibit hereditatem ſuo proprio arbitrio. ſi autem ſit alienatus à municipibus vel curia vel collegio,adibit heredi.iuſſu noui domini. Si autem ſeruus fiſci ſit heres inſtitutus ab aliquo,adibit hereditatem iuſſu procuratoris Cæſaris.Si autem ſeruus pœnæ ſit heres inſtitutus:nõ valet inſtitutio.[IVSSVM EIVS QVI.] Dictum eſt ſupra eod.l.vj.quòd ille qui eſt in poteſtate ſiue filius ſiue ſeruus alicuius, debet habere iuſſum patris vel domini in acquirenda hereditate.nunc autem dicit quando: & dicit quòd præcedere debet iuſſus aditionem : & poteſt intercedere dictus iuſſus per nuntium vel per epiſtolã miſſam à patre filio. ſpecialiter tamen intercedere iuſſus debet de adeunda hereditate certi hominis mortui.nam ſi ita iubeat pater filio,quæcunque hereditas fuerit tibi delata, adeas eam:non valet iuſſus. vel ſi ita dicat vel mittat dicendum filio, adeas hereditatem Lucij Titij : qui quidem viuit : non valet iuſſus. plane ſi rumor fuit Lucium Titium prædictum deceſſiſſe, poterit mandare pater filio vt ſi dictus Lucius Titius ſcripſit dictum filium heredem, adeat filius. quo caſu mortuo poſtea Lucio Titio poterit adire filius ex iuſſu patris prædicto, ſed ſi Lucius Titius mortuus inſtituit filium Seij heredem in ſolidum, & non ſunt adhuc apertę tabu.teſtamenti,& ſic ſit incertum an dictus filius ſit heres ſcriptus,& pater mandet ei vt adeat hereditatẽ: apertis poſtea tab.adire poterit filius. Sed quid ſi pater mandauit filio ab aliquo inſtituto, vt colligat hereditatem? nunquid videtur ei mandaſſe vt adeat? Et dicitur quòd ſic. & idem eſt ſi mandet ei vt petat bono.poſſ.vel vt rem hereditariam diſtrahat. Item idem eſt ſi pater habeat ratam bono.poſſ.per filium petitam, & mox filius hereditatem adiuit.Item idem eſt ſi pater mandauit filium gerere pro herede,& filius adiuit hered. Idem eſt ſi pater ita ſcripſit filio ab aliquo inſtituto:Scio fili quòd pro tua prudentia inuigilabis hereditati Lucij Titij delatæ tibi. Item idem eſt ſi ita mandauit pater filio : adeas ſi expedias adire. vel ſi putas expedire adire : vel coram Titio adeas: vel arbitrio Lucij Titij adeat. ſecus ſi mandauit quaſi ex aſſe inſtituto, & inueniatur filius inſtitutus ex parte tantùm : quia non valebit aditio. ſed ſecus eſſet econtrario. tunc enim bene valeret aditio filij. Item non valeret aditio filij ſi pater mandauit vt adiret ab inteſtato, & ipſe adiuit ex teſtamento.ſed ſecus econtrario. tunc enim bene valeret aditio, ſicut & valeret ſi quaſi inſtituto filio præcepit vt adiret,& inueniatur dictus filius ſubſtitutus:vel econtrario. Sed quid ſi Lucius Titius ſubſtituit filium meum filio ſuo impuberi:& ego mandaui dicto meo filio vt dicti filij hereditatem adiret? Certè nõ valet dictus meus iuſſus : & per conſequens nec aditio.ſecus autem ſi in prędicto proximo caſu ita iuſſiſſem filio meo, ſi qua ex teſtamento Lucij Titij defeeratur tibi filio meo hereditas,adeas eam.nam tunc adeũdo ex ſubſtitutione impuberis valebit aditio. Sed quid ſi pater iuſſit filio vt adiret, & prius quàm filius adiret,pœnitentiam de iuſſu egit pater? Certè nihil valet filij aditio. & idem eſt ſi pater qui iuſſit filium adire,dedit ſe alij ad arrogandum prius quàm filius adiret. hoc dicit tota lex. Viuianus.

A

Seruus alienus bona fide poſſeſſus vel fructuarius adeundo hereditatem ſibi delatam iuſſu poſſeſſoris uel fructuarij, non adquirit illis : ſed vero domino vel proprietario. Alexand.

XXV. IDEM *libro octauo ad Sabinum*.

B

SI quis mihi bona fide ſeruiat ſeruus alienus: iuſſu meo hereditatem adeundo nihil promouebit, [h] nec adquiret mihi : nec fructuarius [i] quidem ſeruus.

Seru⁹ vniuerſitatis iuſſu rectoris,& ſeruus fiſci iuſſu procuratoris adibunt hereditatem:& ſeruus pœnæ non eſt capax. Bart.

Seruus municipum vel collegij vel decuriæ heres inſtitutus, manumiſſus vel alienatus adibit hereditatem. [k] Si fiſci ſeruus ſit, iuſſu procuratoris Cęſaris adibit hereditatẽ, [l] vt eſt ſæpe reſcriptũ.

C

Si quis planè ſeruus pœnæ fuerit effectus, † ad gladium vel

† De ſeruis pœnæ Cælius Rhodiginus lib.13. lect.Antiq., ca.53.

h *Promouebit*. quia mihi non quærit.Sed contra infra eo.l.aditio.§.& quod à quibuſdam.quæ eſt contra. Solu.ibi loquitur in libero homine bona fide poſſeſſo : qui ſuam conditionem ſciens voluit mihi quærere: & ſic adiuit me iubente:& ſic mea & ſua ibi cõcurrit voluntas : & in alio ſeruo eadem ratione non mea tantùm, ſed veri domini exquiritur voluntas:& ſic non obſtat.& cogitur tunc dominus,ſi mei contemplatione eſt inſtitutus,iubere adire:vt infra eo.l.aditio.in fine.

D

i *Ne fructuarius*. ſeruus quærit hereditatem fructuario iubenti: vt infra eodem. l. aditio. §. præterea. & infra de acquiren. rerum dom. l. fructuario. Sed contra ſupra de vſufruct.l.ſi ſerui.&.l.ſequen. Solu.ibi dominus [a] iubet,vt hîc:ſed mihi reſtituit per conditionem ſine cauſa : vt infra de ſtipu. ſer. l.penul.& ſic mihi quęrit in contrariis quaſi ex re mea : vt infra eodem.l.aditio.in fin. & ſupra de vulg. ſubſtitu.l.ſed ſi plures. §. in arrogato. & ad hoc poteſt agi:vt ibi plenè not.in.l.ſi ſeruus.ſed legatum quod mihi quæritur,etiam ſine iuſſu alicuius quæritur.& eſt ratio,quia nulla opera eſt in eo : vt infra de acquirendo rerum do.l.liber homo. Item ſecundum hoc intelligitur inſtitu. per quas perſo. no. acqui.§.de his.

E

k *Adibit hereditatem*. Primo caſu ſuo arbitrio,ſecundo iuſſu domini noui:vt inſti.de here.inſti.§.ſeruus.& infra eodem.l. Antiſtius.§. j.at ſi in ſua cauſa permanſerit, iuſſu curiæ municipum vel collegij adibit : & ei acquiret . [b] Nec obſtat quòd vniuerſitas dicitur non poſſe conſentire : vt argum.ſupra de dolo.l.ſed ſi ex dolo.§.j.& infra de lib.vni.l.j.quia ſub.ibi,facile:vt probatur ſupra quod metus cauſa. l. metum. §. j. & infra de acqui.poſ.l.j.§.fina.&.l.ſequ.& ſupra de orig.iu.l.ij.§. omnium.vel adibit iuſſu eorum per quos vniuerſitas regitur.argum.infra de condit.& demonſt.l.municipibus. & hoc intellige cum collegium eſt licitum : quod eſt tunc demum aliqua lege conceditur : vt infra de colle.illi.l.iij.& ſupra quod cuiuſque vni.l.j.Si ergo eſt illicitum,non poteſt ei acquiri:vt.Cod.de here.inſti.l.collegiũ.& infra de reb.du.l.cum ſenatus. Et no.quòd ſeruus vniuerſitatis non eſt ſingulorum : vt ſupra de rerum diui.l. intantum.§.j.

l *Hereditatem*. opulentam [c] vt ſupra de offic.procur.Cæſa.l.j.in fin.

a] Minimè. ſed ipſe fructuarius,vt rectè putãt Iacob de Aren. Cynus, Raymund. Bal.Ioan. de imola. licèt Bartol. & Caſtrenſ. hãc gloſſam perperã defendant. Contius.

b] Id puto falſum cum nulla lege permiſſum ſit.arg.l.j.ĩ. de lib. vniuerſ. opus fuit lege etiam in cęteris cauſis. Cont.

c] Iſta glo. eſt nota.ſecundũ Bald. hic:nec reperitur alibi ſecũdum eundem.

&.l.ij.& infra de iure fiſci.l.j.§.an bona.&.l.aufertur.§.ſeruus.& dicitur opulenta:quæ affert opes ſine vexatione: ſed locuples quæ etiam vexationem habet.Item in alio procuratore ſecus:vt infra eo.l. per procuratorem. nec tamen iſte repudiat : vt ſupra de officio procuratoris Cæſaris.l.j.§.j.

A

ad beſtias vel in metallum damnatus:[a] ſi fuerit heres inſtitutus, pro nō ſcripto[b] hoc habebitur. ídque diuus Pius reſcripſit.

Iuſſus præcedere debet, auctoritas ſequi.h.d.Barto.& Alexan.

Iuſſum[c] eius qui in poteſtate habet, non eſt ſimile tutoris auctoritati,quę interponitur perfecto negotio:[d] ſed præcedere debet,[e] vt Gaius Caſſius libro ſecundo iuris ciuilis ſcribit: & putat vel per internuntium fieri poſſe,[f] vel per epiſtulam.

Iuſſus debet ſpecialiter interponi reſpectu hereditatis : licèt per iubentem dubitetur de cauſa acquiſitionis. Bartolus.

Sed vtrum generaliter *quæcunque tibi hereditas fuerit delata*, an ſpecialiter?[g] Et magis placet, vt Gaius Caſſius ſcribit, ſpecialiter[h] debere mandare.

C

An nominatim de viui hereditate mādari poſſit, quæritur. Sed ego non puto recipiendum, vt de viui[i] hereditate mandetur. Planè ſi rumor[k] fuit Lucium Titiū deceſſiſſe : poterit ei mandare, vt ſi ſcripſit eum,[l] adeat:aut ſi cluſę adhuc tabulæ ſunt,& ſit incertum an filius ſcriptus ſit[m] heres.

Iuſſus intelligitur quocumque modo, & per quæcunque verba, ſi de voluntate pręcedente patris appareat.Bartol.& Alexand.

Sed quid ſi mādauit vt hereditatem colligat, an videtur mandaſſe vt adeat? Quid ſi vt petat bonorum poſſeſſionē, aut vt rem

B

hereditariam diſtrahat? aut quid ſi petitam[n] bonorum poſſeſſionem ratam habuit:mox filius adeat[o] hereditatem? vel quid ſi pro herede gerere[p] mandauit, filius adiit hereditatem? an iuſſu videatur adiſſe, dubitari poteſt. Imò verius eſt, ex his omnibus aditionem eſſe introducendam.[q]

Pater filio ita ſcripſit : *Scio fili quòd pro tua prudentia inuigilabis hereditati delatæ tibi Lucij Titij.* Puto iuſſu patris adiſſe.[r] Quid ſi mādauit,[ſ] *ſi expedit adire, adito : ſi putas expedire adire, adito?* erit iuſſu aditum.

Pater poteſt iuſſum limitare vel in numero vel in quota : quā limitationem non licet egredi ſi per eum conditio fieret deterior: ſecus ſi melior.Bartolus.

Si coram Titio[t] iuſſit adire:

a Damnatus. ſic enim ſtatim fit ſeruus: vt hîc & infra de pœ.l.qui vltimo.& inſti.quib.mo.ius pat.po.ſol.§. pœnæ. non ſic in deportato,[a] qui liber remanet : vt. C. de bonis proſcrip. l. ij.cōtra. licèt ciuitatem & ius capiēdi ex teſtamento perdat: vt infra de pœn.quidam.&. C. de here.inſtitu.l.j. Item gladium dic, non alio ferro : vt. ĩ. de pœnis.l. aut damnum. Item nemo hodie bene natus, &c. vt in authēt.de nupti.§. quod autem.coll. iiij. Item ad beſtias dānatus olim efficiebatur ſeruus : hodie verò nemo bene natus,&c.

b Pro non ſcripto. & ſic remanet penes ſubſtitutum vel coniunctum, vel venientes ab inteſtato vt olim:& ita hodie : vt. C.de cadu.tollen.§.in primo.Item bene dicit pro nō ſcripto haberi:quia non eſt ſeruus fiſci, nec Cæſaris, ſed pœnæ.& hoc intellige ſiue primò fuerit damnatus,& poſt inſtitutus:ſiue ecōtra. idem in legato niſi ad alimēta:vt infra de iure fiſc.l. in metallum. & infra de iis quę pro non ſcript.ha.l.ſi in metallum.&.ĩ.de ali.leg.l.is cui. de pecu. leg. l. quidam. & ſic in priuati ſeruo tenet legatum ad alimenta : vt.ĩ.de alim.leg.l.ſeruos.

c Iuſſum. aliàs iuſſum,& in neutro:& aliàs,iuſſus ſimilis.& dic loqui in profectitia hereditate,ſi contemplatione patris:vel aduentitia,ſi contemplatione filij ſit inſtitutus : quia in vtraque ſcilicet hereditate hoc iure omnia quærebātur patri:vt inſtitu. per quas perſo.no.acquir.§.j. Accurſius.

D

d Perfecto negotio. ſubaudi,etiam.nam ante conſtat quòd poteſt:vt infra de vſucap.l.nunquam. ſed hîc innuit quòd etiam poſt cōtractum : & ſic ſunt contra. ſ.de auct.tu.l.obligari.§.tutor.& infra de vſuca.l.nunquam.in prin.& inſtit.de aucto.tu. §. tutor. Sol. interponitur,perfecto negotio:ſed perperam, quod nihil eſt. vel perfecto,id eſt,ad perficiendum negotium,licèt ſub conditione.contrahitur enim:vt ſupra de aucto.tu.l.etiam ſi non.ſed dic perfecto,incontinenti tamen,[c] vt hîc:non ex interuallo,vt in contrariis:vt no. inſti.d.§.Et no.hîc argu.quod conſenſus patris poſt ſententiam nō valet:vt no.Co.de bo.quæ lib.l.fi.§.j. Item nota.quòd Py.[d] dicit ꝙ etiam ſtatim poſt,iuſſus interueniens ſufficit: & ſic in matrimonio filij:vt inſtit.de nup.in prin.Et not.quòd in filio& ſeruo hîc loquitur,qui poteſt non parere:vt.C.de here.inſti.l.iij.in fine.licèt ſit cōtrarium argum.infra ſi quis omiſſ.cau.teſta.l.j,§.primo.dic vt ibi.

E

e Præcedere debet. ſcilicet iuſſus.ſic aliàs mandatum. ſed & fideiuſſor præcedit & ſubſequitur:vt ſupra man.l.ſi verò non remunerādi.§.ſi poſt.Sed in caſibus non oportet interuenire iuſſum ſi caſtrēſis hereditas ſit:vt infra de caſtren.pecu.l.quinta.Item in alio ſupra eodem.l.qui in aliena.§.interdum.Item in alio infra eodem.l. cum heres. Item & aliàs ſupra eodem.l.qui aliena.§.ſed & ſi nō adierit. & aliàs,vt Cod.de petitione hereditatis.l.ſi filius.Itē hodie[e] in aduentitia filius ſine patre, & pater ſine filio adit : vt Co.de bo. quæ lib.l.finali.Item no.hæc ſpecialia in iuſſu vt præcedat: aliàs tantum valet ſequens ratihabitio quantum præambulum mandatum : vt Cod.ad Macedon.l.finali.& infra de aqua plu.arcen.l.ſi autem.

f Fieri poſſe. ſcilicet iuſſum. ſecus in auctoritate tutoris:vt inſtitut. de auct.tu.§.tutor contra.quod verum eſt quantum inter tutorem & pupillum. ſed ſecus eſt quantum inter tutorem & cōtrahentem cum pupillo:vt ſupra de auct.tut.l.obligari.§.fin.

g An ſpecialiter. ſcilicet exigimus interuenire iuſſum.

h Specialiter debere. No.ſpeciale mādatum.ſic ſupra de min.l.illud. §.primo.& de ritu nupt.l.generaliter.&.ĩ. ad Trebellia.l. qui ita.§. etiam. & ſupra ſi quis cau.l.ſed & ſi. §. quæſitum.& quod cuiuſque vniuer. nomine.l.item. §.ſed ſi ita decreuerit.& infra de iniur.l. item apud. §. hoc edictum.& ſupra de procura.l. Pōponius.in principio. & l.non ſolùm. in fine. & l.qui duos. Sed regulariter contra : vt ſupra quod iuſſu.lege.j.§.j. & ſupra manda.l.j.de adminiſtra.tuto. l. ſi duo. &.ff. pro ſoc. l. verum. &. l. actione. §. renuntiare.Accurſius.

i De viui. quia nō debet eſſe ſolicitus de hereditate viuentis:vt ſupra de vulga. ſubſt. l.ij. §.interdum. & facit infra eodem.l.neminem. &. l. qui ſuperſtitis.igitur hoc caſu poſt mortem iterum erit mandandum.

k Si rumor. falſus:quia viuebat. ſic ſupra de heredi.inſtit.l.finali.

l Eum. ſcilicet heredē, & tenet iuſſus dummodo tempore aditionis deceſſerit, & hoc ſciat adiens:vt infra eodem. l.heres. in principio. & ſupra eodem. l. is qui heres. §. ſi quis dubitet. &. l. qui hereditatem. &.C.de cap.l.nec nos.

m Scriptus ſit. ſubaudi,poterit mandari prædicto modo:dummodo hic tempore aditionis ſciat ſibi delatam: licèt tabulæ apertæ nō ſint.aliàs adire non poteſt,niſi ſciat ſibi eſſe delatam,& qualiter:vt ſupra eodem. l. is qui heres.j.reſpon.& infra eodem.l.heres.§.j.erit ergo incertum tempore mandati, ſed non aditionis : vel incertum patri,non filio . Et not.ſecundum Azo.quòd inſolidum inſtitutus etiam clauſis tabulis adire poteſt,pro parte,eis apertis demum,niſi ſit ſuus heres : vt ſupra de iur. & fac.igno.l.j.in fin. & Cod.de iur. delib.l.ſi fratris.& Co.de cadu.tol.l.j.§.j.hodie ſecus : vt in.§.in nouiſſimo.C.eodem.

n Petitam bonorum poſſeſſionem. ſed non decretalem : & ideo poterat filius deſiſtere : aliàs non poſſet: vt infra de ſucceſ.edic.l.j.§. decretalis.Sed oppon.nonne petendo gerit ſe pro herede:& ſic quęrit? quomodo ergo amplius adeundo denuo quærit:vt.Cod.eod. l.puberem? Reſpon. ibi fuit decreta vel habita pro decreta per iura Cod. ſecundum quæ ſufficit ſola agnitio : vt. Cod. qui admitt. ad bono.poſſ.l.pen.&.l.fina.hîc non : & ſic ratihabitio non operatur hic ad bono. poſſ. quæ poſſet operari ſi decreta eſſet : vt infra ad Trebellia.l.ſeruo inuito. §. fina. ſed operatur iuſſum ad ſequentem aditionem. ADDITIO. Quod hîc reſpondet Accurſius ad obiectionem ex l.puberem,reiicitur à Doctoribus. qui rectius(ni fallor,reſpondent illic agi de eo qui etiam poterat ſolus adire aut gerere pro herede,quod non poterat filius in hac ſpecie. Contius.

o Adeat. ſolo verbo vel animo : quod ſufficit:[f] vt inſtit. de here. quali.& diff.§.fin.vel mandauit vt adiret iure ciuili:& ipſe petiit iure prætorio per bonorum poſſ.vel econtra.

p Gerere. id eſt,de facto adminiſtrare.

q Introducendam.ſi poſt hoc adeat.

r Adiiſſe. ſi adeat poſt hoc.& facit ſupra de tute.l.ſi filius. & infra eodem.l.eum qui duobus.§.j. Et no.quòd iuſſus importat hîc neceſſitatem. Sed argu.contra inſtitu.de Attil.tut.§.penul. & in auth. vt nulli iudi.§.& hoc verò.colla.ix.

ſ Mandauit.ſcilicet hoc modo ſi ex,&c.

t Titio. id eſt, filio iuſſit quòd adeat : & in tempore aditionis debeat

a] Qui banito noſtri temporis ęquiparatur. gl.in.l. relegati. inſtitu. quibus modis ius pat. ſol. Barto.in l.illicitas.§. vniuerſas.ſ. de offic. præſi.

b] Fl.eſt l. ſunt quidā. 17.ĩ.de pœnis.

c] Recte.

d] Pileus nitebatur argumēto ex l.quid ergo. ſ.de infam. & ex.§.ſed quid ſi ibi, aut quid ſi petitum.ĩ. e l. & inde dicebat ratihabitionē æquari iuſſui, vt & in nuptiis in quibus iura requirūt iuſſum, ſed recte eius ſententia exploſa eſt vt latius demonſtraui in cōmē.ad hunc tit Contius.

e] No.gl.ſecundū Bald. quòd iura antiqua quę loquūtur de iuſſu in hereditate aduētitia ſunt correcta.

f] Minimè ſufficit.ſed illū animū vel verbis expreſſis demōſtrari oportet,vt illam hereditatē amplector.vel ex aliis verbis illū animū tacite colligi oportet, vt in l. ſi auia.C. e.cū pater duas vncias ſibi à matre relictas ad filios pertinere decernit.tunc.n. his verbis tacite indicat ſe agnoſcere maternam hereditatem. Contius.

beat Titius eſſe præſens: vel quòd adeat arbitrio Lucij Titij. Accur.
a *Recte puto*. ſed quid ſi adiuit ſine eius conſilio? Reſpon. nulla eſt A aditio: vt argu. ſupra de inſti. act. l. ſed & ſi pupillus. §. cōditio. & de exerci. l. j. §. ſi plures. & ſupra de admini. tuto. l. ſi Titium. in princi. & ſupra man. l. idem. §. ſi quis. Azo.

ſi arbitrio Lucij Titij: rectè puto [a] iuſſiſſe.

Iuſſus reſpectu paternæ hereditatis non porrigitur ad pupillarē: ſecus ſi ſimpliciter iuſſit reſpectu teſtamenti. Bartolus.

Sed ſi mādauit quaſi ex aſſe inſtituto, & inueniatur ex parte: nō puto ex iuſſu adiſſe. Quòd ſi ex parte [b] iuſſit, poteſt ex aſſe [c] adire. B Aliter atque ſi mādauit quaſi ab inteſtato, & ex teſtamento [d] adiit. nam non puto quicquam egiſſe. At ſi ex teſtamento mādauit, poterit [e] & ab inteſtato: quoniam non fecit deteriorem conditionem patris. Idémque & ſi quaſi inſtituto præcepit, & inueniatur ſubſtitutus, [f] vel contra. [g] Sed ſi mandauit vt patris adiret, ſit autē & impuberi ſubſtitutus: non ſufficit [h] iuſſum. Planè ſi ſic mandauit, ſi qua ex teſtamento C Lucij Titij deferatur hereditas: poteſt defendi iuſſu adiſſe. [i]

Nuda pœnitentia iubentis reuocatur iuſſus: item mutatione ſtatus eius cui iubetur. Bartolus.

Sed ſi poſtea quàm iuſſit, pœnitētiam egit [k] prius quàm adiret: nihil agit [l] adeundo. Item ſi ſe adrogādū dederit [m] prius quàm filius adiret, non eſt adquiſita [n] hereditas.

Qui vult portionem ſibi delatā per aliū, videtur velle etiam ſuā. Bart. Bald. & Alex. Cōſenſus mediat⁹ trahitur ad immediatū: Bal.

b *Si ex parte*. ſcilicet quaſi inſtitutum.
c *Poteſt ex aſſe*. ſed cōtra. ſ. eod. l. ſi quis ex. §. ſciēdum. Sed hic error fuit: ibi ignorantia, quæ non nocet: vt. j. eo. l. ex ſemiſſe. Dic ergo vt ibi not. & facit. j. e. l. eū qui duobus. §. fi. & l. pater.
d *Ex teſtamento*. in quo legata erāt plura: & ſic deterior cōditio patris fieret.
e *Poterit*. adire. Accur.
f *Subſtitutus*. & ita adiuit ex ſubſtitutione. acquirit enim ex ſubſtitutione hereditatem.
g *Vel contra*. præcepit vt adiret ex ſubſtitutione, & nō erat ſubſtitutus, ſed inſtitutus: & ita adiit ex inſtitutiōe. Sed quid ſi ab inſtituto ſunt relicta legata, à ſubſtituto nulla, vel cōtra? forte ſic ideo dicit, quia ad ea quæ, &c. vt. ſ. de leg. & ſenatuſconſul. l. nam ad ea. vel forte erit diſtinguēdum: faciat meliorem cōditionem patris, vel non. Azo. & facit ſupra man. l. diligēter. in fin. & ſupra quibus modis pign. vel hypo. ſolu. ſicut. §. ſed ſi pmiſerit. & infra ad Trebell. l. ſed & ſi ante.
h *Non ſufficit iuſſum*. quia pupilli hereditas poteſt eſſe grauata legatis.
i *Iuſſu adiſſe*. etiam pupillarem: quia teſtamētum pupillare pars eſt paterni: vt inſti. de pupil. ſubſti. §. liberis. Azo. poſſet & planè legi quòd nulla fuerit pupillaris: ſed tunc nulla eſſet dubitatio.
k *Pœnitentiam egit*. ſcilicet pater. idem ſi furere cœpit: vt. j. eod. l. qui ſeruum. & l. ſequen. ſed ſecus ſi obierit: vt. ſ. e. l. vj. §. quanquam. Et no. quòd non oportet certum fieri filium huiuſmodi pœnitentiæ. ſic infra de ma. vind. l. iiij. & ſ. de diuor. l. ſi pœnituit. & ſi certū petatur. l. eius qui. §. quas vero. Sed argumen. contra. j. de acquirenda poſſeſſione. l. fundi. §. fi. & de ſol. l. vero. §. ſed & ſi. & inſti. man. §. rectè. & j. de aqua plu. arcen. l. in diem. ADDITIO. Dic quòd ibi vertitur damnum mandatarij: hic non, ſecundum Dy. & Bar.
l *Agit*. filius.
m *Dederit*. ſcilicet pater.
n *Non eſt adquiſita*. quia iuſſum eius expectari oportet cui eſt quęrenda: vt. j. e. l. Antiſtius. §. j. & inſti. de her. inſti. §. ſeruus. & §. alienus. & ſ. e. l. vj. §. fi. & de here. inſti. l. ſi ſeruus communis.

SI *ego & ſeruus*.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes me & filiū meum vel ſeruū, & deceſſit: & ego iuſſi dicto meo filio vel ſeruo vt pro eorum parte adirēt hereditatē. certe non ſolum ſiue ſtatim heres ſum ex eorum parte hereditatis, ſed etiam ex mea. Viuia.
o *Heres inſtitutus ſit*. ſubaudi, pro parte.
p *Pomponius ſcribit*. Cur ſecus econtra, vt infra eo. l. ſi ex parte ſua? Reſpon. quia cum iuſſu videor velle & meam partem habere, quā ſola voluntate expreſſa vel præſumpta habere poſſum: vt inſtit. de here. qua. & diff. §. fi. igitur eam habeo. ſed ſi primo meam adiui, nō videor velle habere partem ſerui, cum ſine iuſſu quæri non poteſt. ſed certè imò poſſum habere voluntatem, & habere partem filio vel ſeruo delatam. Dic ergo quòd hæc eſt ratio: quia cum iubeo, A volo habere partem ſerui: ergo totam quæro, quicquid velim de mea: vt. ſ. eo. l. ſi ex aſſe. at econtra ſi meam adeo, non poſſum aliam habere: cum iuſſus præcedere, & aditio ſerui vel filij debeat ſequi, quicquid velim: vt ſupra eo. titu. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & facit ad hoc infra. eo. l. ſi ſolus. in fi. Item bene facit lex iſta ad id quod dicit Paulus. j. eod. l. per procuratorem.



XXVI. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum*.

SI ego & ſeruus meus vel filius heres inſtitutus ſit: [o] ſi iuſſero filio vel ſeruo adire, ſtatim & ex mea inſtitutione me heredem eſſe Pomponius ſcribit. [p] Idem & Marcellus probat, & Iulianus.

B Ad hoc vt quis poſſit pro herede gerere, neceſſe eſt mortuū eſſe illum in cuius bonis geri debet. Alexand.

XXVII. POMPONIVS *libro ſecundo ad Sabinum*.

NEminem pro herede gerere poſſe viuo eo [q] cuius in bonis gerendum ſit, Labeo ait. [r]

Rationes defuncti poſſunt peti vt videatur cauſa deliberationis: nec per hoc videtur hereditas adiri. hoc dicit. cum. l. ſeq. Bartol. & Alexand.

C XXVIII. VLPIANVS *libro octauo ad Sabinum*.

ARiſto exiſtimat, prætorē aditū [s] facultatē facere debere heredi, rationes defuncti ab eo petere [t] penes quē depoſitę ſunt, deliberāti de adeūda hereditate.

XXIX. POMPONIVS *libro tertio ad ſabinum*.

QVi heres inſtitut⁹ prohibeatur ab eo qui vnà [u] inſtitut⁹ iam hereditatem adiit, tabulas, literas, rationes inſpicere mortui, D vnde ſcire poſſet an ſibi adeunda eſſet hereditas, non videtur [x] pro herede gerere.

q *NEminem pro here. Viuo eo*. Verè, vel opinione heredis: vt. j. eo. l. heres. Azo.
r *Labeo ait*. Quia viui hereditas nulla eſt: vt. ſ. de here. vend. l. j. & facit ſupra. e. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & j. eod. l. qui ſuperſtitis. & ſ. eo. l. qui hereditatē. & j. pro herede. l. j. & j. titu. j. l. ij. §. ſi dubitetur. & C. de cap. l. nec nos. — Viui hereditas nulla eſt.

ARiſto.] CASVS. Aliquis heres deliberans de adeunda hereditate, ſi interim adeat prætorem, & petat ab eo vt conſtringat quēdam apud quē defunctus rationes ſuas depòſuit, demōſtrare dictas rationes: prætor debet ei concedere: & heres qui petit dictas rationes ſibi edi, nō videtur propter hoc gerere pro herede, ſiue petat à coherede ſuo, ſiue ab alio qui habeat. hoc dicit cū l. ſequen. Viuianus.
s *Aditum*. quem adiuit heres. Azo.
t *Petere*. i. petendi efficaciter. & dic vel per edictum quemadmodū teſta. ape. vel per interdictū de tabu. exhi. vt. j. titu. j. l. ij. in fin. Sed quidam dicunt officio iudicis, quaſi videretur gerere pro herede ſi dictis edictis ageret: ſed non eſt verum: vt. j. l. pxim. qui heres. Plus me mouet quòd non eſt heres: & ſic inſtrumentum ad ſe non pertinēs petit: vt ſupra de iure delibe. l. Ariſto. Dicam ergo dari in factū extra ordinem, quæ ex variis figuris datur: vt. C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus. vel officium iudicis. & eſt mirū quod hic dicit: ſed propter fauorem vltimæ voluntatis. Accurſius. — Quod verius eſt. Bart. Cont.
u QVi *heres. Vna*. i. inſimul.
x *Non videtur*. imò magis vt deliberet videtur hoc petere exhiberi: non autem ideo adit. ſunt enim exhibenda ſibi vt deliberet: vt. ſ. l. proxi. Ariſto. & ſ. de iure delibe. l. iiij. [a] Accurſius. — a] eſt. l. v.

CVm *quidam*.] CASVS. Titius prouincialis habens filiū in prouincia fuit miſſus in legationem in Italia: & interim filius ſuus E fuit ab aliquo heres inſtitutus. pater autem non potuit ei iubere vt adiret hereditatem, eo quòd aberat cauſa legationis: & ſic filius deceſſit antequam adiret, & patri acquireret. modo quæritur, vtrum patri reuerſo ſubueniatur vt habeat hereditatem? Et dicitur quòd ſic: & hoc ideo, quia aberat cauſa reipublicæ. [QVOD DICITVR PROXIMVS.] Titius habens vxorem prægnatem, fecit teſtamentum, & inſtituit me extraneum heredem: & ventrem pręteriit. modo quæritur, an ego poſſim adire heredit. antequam venter naſcatur? Et dicitur quòd non, quia quædam regula reperitur in iure in qua ita continetur: proximus heres à filio poſtumo: id eſt poſt filium poſtumum, non poteſt adire heredit. dum mulier prægnas eſt, aut putatur eſſe prægnas, etiam ſi non eſt. ſed ſi dictus heres poſtumi ſcit non eſſe prægnatem mulierē, poteſt adire. quæ regula habet locum ſi venter pariturus eſt ſuum heredem, vt fuit in caſu quem poſui. & idem eſſet ſi dictus Titius ab inteſta. deceſſiſſet. nam non potuerunt adire heredi. ſuam venientes ab inteſta.

Impeditus iubere propter abſentiam ſui filij, reſtituitur ad cō modum hereditatis, vt habeat eam ac ſi adiuiſſet ſuo iuſſu. Alexander.

XXX. VLPIANVS *libro octauo ad ſabinum.*

CVm quidam legationis cauſa abſens [a] filium heredem inſtitutum [b] non potuiſſet iubere adire [c] in prouincia agentem, diuus* Pius reſcripſit cōſulibus, ſubuenire ei [d] oportere mortuo filio, eo quòd reipublicæ cauſa aberat. [e]

Venter qui pariturus eſt poſtumum qui aliis antefertur, impedit ſequentes adire: ſiue ſit plenus venter, ſiue putetur. ſecus ſi venter eſt vacuus: & ſic opinio adeuntis eſt communis. hoc dicit.

Quod dicitur, [f] *Proximus à filio poſtumo* [g] *heres. dum mulier prægnas eſt, aut putatur* [h] *eſſe, adire hereditatē non poteſt:* [i] *ſed ſi ſcit* [k] *non eſſe prægnatem, poteſt*: accipe, proximus à ventre qui [l] ſuum [m] heredem pariturus [n] eſt. Et non ſolùm ad teſtatos [o] hæc verba, verùm ad inteſtatos quoq; pertinent. Et in eo ventre idem accipias, [p] qui legitimum [q] vel conſanguineum [r] pariturus [ſ]

* huius meminit.l.86.j. eod.

dum vxor defuncti prægnas eſt, aut eſſe putatur. Et quod dixi in ventre qui ſuum pariturus eſt: idem eſt in eo ventre qui pariturus eſt legitimum defuncto, id eſt agnatum, vel eſt pariturus conſanguineum defuncto, id eſt fratrem ex eodem patre tantum cum defuncto natum. nam ſemper illi qui ſunt defuncto poſt dictum legitimum vel conſanguineum, non poſſunt adire hereditatem defuncti dum mulier eſt prægnas, vel eſſe putatur: quia ille qui eſt in vtero vxoris tempore mortis defuncti, facit ſibi locum quantum ad faciendam moram in adeundo illis qui ſunt inferiores defuncto quàm ipſe. nam ſi fuerit poſtea editus, retro pro iam nato habetur. ſicut autem hereditas interim per inferiores adiri non poteſt: ita nec bon. poſſeſ. peti de iure prætorio: imò prætor interim mittit in poſſeſſionem ventrē prædictum qui eſt pariturus ſuum defuncto. & eſt ratio: quia interim in eo ſtatu eſt teſtamentum à defuncto factum, vt rumpatur nato poſtumo, niſi eſſet venter inſtitutus vel exheredatus. [QVOD DICITVR SI PVTETVR.] Quod autem dictum eſt non poſſe interim adiri hereditatem defuncti ſi vxor eiuſdem defuncti putetur eſſe prægnas, ita intelligendum eſt ſcilicet, ſi ipſa dicat ſe prægnatem: & idem eſt ſi ipſa neget ſe prægnatem, alij autem dicant, puta obſtetrices. ſed & ſi ipſe heres ſequens poſtumum putet vxorem defuncti non eſſe prægnatem etiam iuſta ratione ductus, non poteſt adire. ſecus autem ſi putat eam non eſſe prægnatem ſecundum multorum opinionem: quia tunc bene poteſt adire. Sed quid ſi heres putabat eam non eſſe prægnatem cum eſſet prægnas, & hereditatem adiuit, & mulier poſtea abortum fecit? Certe nihil valuit aditio. toties ergo proficit heredi ad hoc vt adire poſſit, ſua præſumptio qua credit non eſſe prægnatem vxorem defuncti, quoties cum veritate concurrit. Sed quid ſi defunctus inſtituit heredem vxorem ſuam non prægnatem? nunquid ipſa poteſt adire? Et certe ſic, niſi ipſa ſe putaret prægnatem: quia tunc adire non poſſet. & hæc omnia habent locum extraneo herede inſtituto à defuncto. Si autem eſſet heres ſuus, & vxor defuncti non eſt prægnas, ex aſſe heres eſt ſine aditione, etiam ſi putet prægnatem eſſe uxorem defuncti. Si autem eſt prægnas vxor defuncti retento eodem caſu, & habet vnum in ventre: ſuus heres defuncti prædictus etiam ignorans eſt heres defuncto pro dimidia. Dictum eſt ergo in principio huius. §. quòd proximus heres defuncto poſt filium poſtumum non poteſt adire hereditatem dum vxor defuncti prægnas eſt, aut putat eam prægnatem dictus heres poſt poſtumum. ſi autem dictus heres ſciat eam non eſſe prægnatem, poteſt adire. Pone ergo quòd dictus defunctus inſtituit heredem filium meum vel ſeruum, & ego pater vel dominus puto vxorem defuncti prægnatem eſſe, filius autem vel ſeruus meus prædictus ſcit eam non eſſe prægnatem, & adiuit hereditatem defuncti dictus meus filius vel ſeruus: nunquid acquirit mihi hereditatem? Et certe ſic: quia potius debemus inſpicere ſcientiam dicti filij mei vel ſerui inſtituti, quàm meam opinionem. Sed econtrario ſi dictus meus filius vel ſeruus putat prægnatem eſſe vxorem defuncti, ego autem ſcio eam non eſſe prægnatem, & dictus filius meus vel ſeruus adeat hereditatem defuncti, non acquiret mihi: quia non valet aditio propter credulitatem dicti filij mei vel ſerui, qui (vt dictum eſt) credebat prȩgnatem eſſe vxorem defuncti. Occaſione autem prædictæ ſciētiæ inſtituti ponit in fine. l. de alia ſcientia. Pone ergo quòd Titius inſtituit me heredem, & deceſſit: vicini mei dicunt quòd teſtamētum dicti filij eſt falſum, vel irritum, vel ruptum: ego autem ſcio quòd non eſt verum: nunquid poſſum adire here. dicti Titij? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

a *Abſens.* ſcilicet pater. aliàs eſt abſentem filium &c.

b *Inſtitutum.* ab aliquo.

c *Adire.* hereditatem.

d *Subuenire ei.* nam ita bene ſubuenitur in lucro, vt in damno: vt ſupra ex qui.cau.ma.l.Iulianus.&.l.nō ſolum.in prin.&.§.j. &.l.& ſiue.&.l.ſi quis Titio.&.l.ſi quis ſtipulatus. petet ergo reſtitutionē pater, & eo reſtituto adibit, quamuis ipſe non fuerit inſtitutus. nā & aliàs adit pater, ſcilicet filio infante inſtituto: vt. C.e.l.ſi infanti. ADDIT. Imò adquiret hoc caſu ſine aditione vt Caſtrēſ. ait Cōt.

e *Aberat.* pater. ſed hic erat abſens pro ſua ciuitate: ergo non reipublicæ cauſa: vt.j.de verbo.ſigni.l. eum qui vectigal.&.s̄.quib.ex cau. ma. l. ſed & ſi per prætorē.§.fi. Reſpō. verum non eſt vt ex clauſula iuuetur qua iuuātur abſentes cauſa reip. ſed iuuatur per generalem: [a] vt.s̄.ex quib. cau. ma.l.j.in fi.&.l.ij.&.l.legatis. Vel ĩproprie hoc dicit cauſa reipub. ſic.j̃. de publica.l. ſed & ſi.§. præterea. Vel reip. cauſa abfuit, ad principem puta, & filium domi in prouincia dimiſerat: vt C. ex quib. cau. ma. l.j. Sed econtra pone filiū fuiſſe abſentē? Reſpon. idē erit. & pro hoc eſt, ſi habeas hic literā, abſentem. & ſecundū hoc pater iuuatur per filiū. Et ſic eſt cōtra.s̄.de mino.l.iij.§.ſed an hoc auxilium. Solu. plus iuuatur pater per filium maiorem, quàm per minorem. nam præſens contra abſentem reſtituitur, vel econtra: vt.s̄. ex quib.cau.ma.l.j. ergo præſens per abſentē. Item patet plus maiori ſuccurri: vt.s̄.de mi.l.auxilium.&.s̄.ex quib.cau.ma.l. ſi qua mihi. ſed ſi habeas abſens, d.l.de mino. non obſtat.

a] Qua cauetur vt abſenti caſu reipublicæ ſubueniatur ad omnia commoda quæ habuiſſet præſens. l.Iulianus.§. fin.& ibi Bartol.s̄. ex quibus cau.ma.

f *Quod dicitur.* tota hæc lex amodo & inferior tractant de vna materia, præter vltimum.§.huius legis.

g *A filio poſtumo.* id eſt poſt filium poſtumum, inter quem & iſtum nullus eſt medius: licet poſt illum nulli alij ſequantur: vt infra vnde cog. l.j.§. proximus.& infra de verborum ſignificatione. l.proximus. Azo.

h *Putatur.* communi opinione: vel ſua, id eſt heredis: licet non ſit: vt infra apparebit.

i *Non poteſt.* pendet vſque illuc, non ſolum &c. Et ex eo quod dicit adire, no. quòd in extraneo dicit vſque ad.§. ſuum. cum adire ſit extraneorum: vt inſtitu. de hered. qua. & diffe.§. extraneis. vt dixi.

k *Sed ſi ſcit.* multorū opinione qui hoc ſcire poſſunt: & hæc ſciētia cum veritate cōcordat: vt.j̃.eo.quid ergo.in ſuo ſecus: vt.§.ſuū. & hoc non facto teſtamento. aliàs idem in extraneo quod in ſuo, ſi fuit inſtitutus cum poſtumo: vt ſupra ſi pars here.pe.l.illud.

l *Qui.* ſcilicet venter. Accurſius.

m *Suum.* defuncto. ſed proximus non eſt ſuus.

n *Pariturus.* ſi quem pariturus eſt. & facit.j̃.de ſuis & legi. l.in teſtamento.§.vtique.& de contra tabu.l.illud.in fi.&.l.ſeq. &.j̃.eo.l. ventre.&.s̄.ſi mulier ven.no.l.j.§.ſub prætextu.

o *Ad teſtatos.* præterito poſtumo: vt hic, & infra.§.ſiue igitur. ſi autem inſtitutus, aut ſolus poſtumus: tunc idem, vt hic. ſi cum alio: tunc alius ſtatim habet dimidiam, quicunque ſit: vt ſupra ſi pars heredi.peta.l.illud.& infra, l.proxi. Item ſi exheredatus. ſtatim admittitur inſtitutus per eandem. l. illud. & tunc non habet locum quod hic dicitur.

p *Idem accipias.* vt ſequentes differant.

q *Legitimum.* id eſt agnatum.

r *Conſanguineum.* id eſt cognatum, ſcilicet defuncto: licet tertio vel quarto gradu. nam ſequentes differunt: quoniam &c. vt &.s̄. de ſta.ho.l.qui in vtero.&.l.fi.& ſupra ſi pars here.pe.l.antiqui. & infra de ven.in poſſ.mit.l.vbicunque.& vnde cognati. l.j. §.ſi quis proximum.& de ſuis & leg.l.inteſtato.§.vtique. Item dicunt quidam, legitimi & conſanguinei ad diuerſas perſonas referri, quaſi non poſſit aliquis eſſe legitimus conſanguineus. ſed certe imò poteſt, cum omnis agnatus ſit cognatus: ſed non conuertitur. Itē dicunt quidam legitimum tantum ſequētibus, ſed defuncto ſuum. propter hoc quod poſtea dicit de ventre in poſ. mit. & ponunt quòd deceſſit Titius relicta vxore prægnate, & fratre ad quem partus erat futurus legitimus. vel relicto filio vel nepote emancipato ad quem partus erat futurus conſanguineus. nam differunt donec partus ſperatur. ſed certe hic caſus erat ſupra in princi.§.nec obſtat quod dicit poſtea de ventre in poſſeſſionem mittēdo, quia ibi mutatur caſus.

ſ *Pariturus eſt.* ſcilicet ſiquem pariturus eſt.

Inferioribus

a *Inferioribus.* paribus ergo, id eſt ſecum inſtitutis non obſtat: vt d.l. illud. Item aliis ſuis: vt.j.eo.§.ſuum. Idem in remotioribus, vt poſtumus faciat partem aliis in eodem gradu conſtitutis: non autem faciat in totum differre: vt.j. de ſuis & leg.l.inteſtato.§. vbicunque. Sed in quo differt à ſuo? Reſpon. quia ſuus in totum eſt heres, ſi nullus eſt in vtero. hic pro quarta tãtùm: vt.l. antiqui.&.j.§. ſuum.&.j.de ſuis& leg. l. inteſtato.§. eſt autem. Item ſi vnus eſt in vtero: ſuus pro dimidia, ſecundum Pomponiũ: hic pro quarta ſecundũ omnes: vt.§.quòd ſi vnum.

b *Per bonorum.* q. d. ſicut proximus à poſtumo non poteſt iure ciuili adire: ita nec bo. poſ. accipere iure prætorio: niſi quando eſt eodem gradu quo poſtumus: vt not.j.§.quòd ſi vnum. vbi emancipato datur contra tabu.

c *Edictalem.* ſi habeas edictalem: incipit verſus, denique &c. ſi habeas talem, incipit verſus, talem &c. & ſemper dic quòd redit ad poſtumum ſuum. nam aliàs nõ fieret miſſio ex edicto de ventre in poſ. mit. vt.j. de ven.in poſſ. mit.l.j.§.j. Itẽ dic quòd bonorum poſſeſ.alia eſt edictalis [a] quæ defertur edicto prętoris mortui: de qua dicitur infra de bo. poſſeſ.l.iij.§. proinde.& hæc repudiari poteſt, cum competat alia decretalis: & illa nõ nocet nec ante decretam, nec poſt. & eſt ratio: vt infra de ſucceſ. edi.l.j.§. decretalis. Item quod dicit per bonorũ poſſeſ. edic. id eſt propter. nam propter edictalem petitur decretalis. Vel dic decretalem quæ non tribuit ius, ſed per decretum datur ipſa poſſeſ. vt Car.& ventris.& illa hic datur. Item edictalis dicitur quę tribuit ius: vt vnde liberti. hîc quidem non datur. & ſic largè etiam pro decretali ponitur hîc edictalis. Sed quid ſi Titius eſt mihi in gradu quarto, & venter Seiæ ſimiliter in quarto gradu, an differt? non videtur, vt hîc.

a] Et quibus caſibus ſit neceſſaria, docto. maximè Bald. in.l. certũ. per diſcurſum totius.l.C. vnde cogna & l. omniũ. C. de teſta.

eſt: quoniam mortis tempore qui in vtero eſt, quãtum ad moram faciendam inferioribus, [a] & ſibi locum faciendum ſi fuerit editus, pro iam nato habetur. Idemq; & per bonorum [b] poſſeſſionem edictalem. [c] Denique prætor ventrem mittit in poſſeſſionem. Siue igitur putẽ [d] prægnatem, ſiue ſit re vera prægnas, quæ eum paritura [e] eſt qui ſuus heres futurus eſt, adire hereditatem non poſſum: [f] quoniam in eo eſt, vt rumpatur teſtamẽtum: niſi ſi proponas ventrem [g] inſtitutum vel exheredatum.

Exponit illa verba poſita ſupra proxi.§. ſcilicet, Siue igitur putem prægnatem &c.

Quod dicitur, *ſi putetur eſſe prægnas*: ſic accipiendum eſt, ſi dicat ſe prægnatem. Quid ergo ſi ipſa non dicat, ſe neget: alij dicant prægnatem eſſe? adhuc adiri hereditas non poteſt. Finge obſtetrices [h] dicere. Quid ſi ipſe putat [i] ſolus? ſi iuſta [k] ratione ductus, non poteſt adire: ſi ſecundum multorum opinionem, poteſt. [l] Quid ergo ſi prægnas fuit, cum putaret [m] heres non eſſe prægnatem, & adiit, mox abortum factum eſt? Proculdudio nihil egerit. [n] Totiens igitur ei

d *Putem.* licet non ſit reuera prægnas, quicquid ergo putem.

e *Paritura eſt.* ſemper dic, ſi quem paritura eſſet.

f *Non poſſum.* qui ſum in gradu remotiori.

g *Ventrem inſtitutum.* tunc enim non rumpitur teſtamẽtum: vt inſtitu. de exhere. libe.§. poſtumi. in princi. Sed an interim alius adire poſſit? Quidam dicũt quòd non, ſed tu dic vt not.s.§. non ſolum. hic ergo.§. loquitur cum inteſtatus deceſſerit vel teſtatus, ſed poſtumo præterito. Accurſius.

h *Obſtetrices dicere.* eam eſſe prægnatem: quæ probabilius debent ſcire quàm aliæ perſonæ: vtpote familiares. ſic.j.de Carbo.edic.l. iij.§. duæ autem. &.C.de repu.l. conſenſu.§. ſuper plagis. & ſupra de ven. inſpi.l.j.

i *Quid ſi ipſe putet.* ſcilicet non eſſe prægnatem, nec eſt.

k *Iuſta.* aliàs ſi non iuſta: & plana eſt. aliàs ſine non, & tunc ſubaudi, propria tamen, non communi, vt differat à ſequẽti. aliàs dic, ſi, pro quamuis.

l *Poteſt.* ſcilicet adire.& ad hoc infra de fun.inſtru.l.cum de lanionis.§. aſinã. in fi. & ſupra de offi. præto.l. Barbarius Philippus. & C.de teſta.l.j. & inſti.de teſta. §. ſed cum aliquis.

m *Cum putaret.* communi opinione, vel non cum erat prægnas.

n *Nihil egerit.* adeundo. Nec obſtat inſti.de exhere. libe.§. poſtumi. vbi non nocet aditioni partus abortiuus: vt infra de verb.ſignifi.l. qui non mortui. vbi pro non natis habentur: quia verũ eſt quo ad hoc vt modo poſſint adire ſi velint poſt abortum, non ante. nec

ff. Infort.

A ante obſtabat ſibi niſi communis opinio quæ erat eam eſſe prægnatem, & in veritate erat.

o *Proficit.* ſed nec tunc ſemper: ſed ita, ſi communis opinio ſit: vt ſupra.§. quòd ſi ipſe. Et no. quòd quantumcunque ſe inuoluat, hæc eſt ſumma, quòd tria cõcurrere debent vt poſſint adire: ſcilicet propria opinio: itẽ communis: & veritas. quorũ ſi quid defuerit, non tenet aditio: vt hîc, &.s.&.j. dicitur.

ſua præſumptio proficit, [o] quotiens concurrit cum veritate. Sed & ſi ipſa mulier heres inſtituta ſit, [p] quæ ſe prægnatem fingit: [q] adeundo adquiret hereditatem. Per contrarium non adquiret, ſi ſe putet prægnatem, cũ non ſit. [r]

B Lex ſemper certa eſt de eo qđ eſt: ideo incertitudo hominis non vitiat aditionem quæ per legem inducitur. Bartolus.

Suum [ſ] heredem certum eſt ex aſſe heredem eſſe, etſi [t] putat eſſe prægnatem mulierem quæ non eſt prægnas. Quid ſi vnum in vtero habeat, an ex parte dimidia ſit heres? [u] ſiue inſtitutum poſtumum proponas, [x] ſiue inteſtatum patrem deceſſiſſe. Quod & Sextum Proponium * opinatum C Tertyllianus libro quarto Quæſtionum refert. Putaſſe enim, ſicuti cum vacuo vtero ſuus ex aſſe heres eſt, ita & cum vnum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare poteſt, (quod quidem poſt certum tempus [y] conceptionis eueniet) ex parte dimidia [z] & ignorantem fore heredem, nõ ex quarta, vt Iulianus putat.

Adeuntis ſcientia inſpicitur, non patris vel iubentis. Bart.

*Pōponium

p *Heres inſtituta ſit.* præterito poſtumo: vt.s.ea. l.§. non ſolum. qui ſperabatur naſciturus: nullus tamen erat. Azo.

q *Fingit.* cum contra putet communi opinione. Azo. alioquin aliud eſſet. H.

r *Cum non ſit.* cum, pro quamuis, vel cauſatiuè.

ſ *Suum.* prædicta omnia ſunt in extraneo herede vel inſtituto vel legitimo: hoc caſu in ſuo. imò idem in extraneo videtur: vt ſupra de peti.here.l. illud. ſed certè verum eſt vbi venter eſt inſtitutus vel exheredatus: vt ibi dicit: ſed ſecus vbi eſt præteritus: vt.s. dixi.& dic ſuum natũ.

t *Etſi.* id eſt quamuis.

u *Sit heres.* ſuus natus.

x *Proponas.* vnà cum nato.

y *Poſt certum tempus.* id eſt poſt.xl.dies. Ioan.& hoc ex eo percipit. quia quãdoq; in.xl. die poſt partum primum denuo peperit: [a] vt ſupra ſi pars hered. peta.l. antiqui. ergo tantò ſerius concipitur, cum certo tempore tantùm portetur in vtero: vt in authen. de reſti. & ea quæ pa.§. vnũ. colla.iiij. D & poteſt dici quòd Pomponius tunc demum voluit hunc eſſe heredem pro dimidia, cum iam certum eſt in rerum natura quòd alium concipere non poteſt: quia clauſæ ſunt cellulæ, quæ ſunt ſeptem: [b] vt infra de ſol.l. ſi pater.

a] De ſuperfœtatione (quam hic tangit) pulchre Bud. s. ſi pars here. peta.l. antiqui.

z *Dimidia.* ſic ſupra de peti.here.l. illud. Sed contra in eod. titu.l. antiqui. in fi. & de iudi. ſed & ſi reſtituatur.§. fi. vbi approbatur ſententia Iuliani. Sol. hæc eſt ſententia Pompo. quæ ibi reprobatur. Vel dic vt.d.l. antiqui. nota. Sed cum Iulianus fateatur hunc in ſolidum, cum nullus eſt in ventre: quare non habet partem pro dimidia cum in ventre eſt vnus? Reſpon. quia facilius eſt ſcire an ſit prægnas, quàm ex quo eſt, & quot ſint. Vltimò diſtingue: quia vel deceſſit inteſtatus qui ventrem reliquit, aut teſtatus. primo caſu ſi habet ſuum natum, ille habet ſtatim totum ſi nullus eſt in vtero: aliàs virilem ſecundum Pompo. ſed ſecũdum Iulianum quartam: quod præualet, vt hîc. ſi autem natus, erat emancipatus, E habet ſtatim quartam: vt.d.l. antiqui. quæ videtur indiſtinctè loqui etiam in emancipato. Sed quidam dicunt eum non admitti in aliquo de iure ciuili: ſed per bo.poſſ. vnde liberi. & dicam in quarta, ſi autem eſt remotior, interim tacet dum poſtumus ſperatur: vt.s. §. quod dicitur.& infra vnde cog.l.j.§. antepen. Vbi autem teſtatus deceſſit: aut inſtituit ſuum, aut non ſuum. ſi ſuum natum, adit, etiam præterito poſtumo: & etiam ſi eſt grauida, vt hîc. nam admittitur ab inteſtato vt interim adeat, multo magis inſtitutus. ſi autem poſtumus eſt inſtitutus cũ nato vel exheredatus, nõ eſt dubium: vt not.s.e. non ſolũ. emãcipatus autẽ vel alius nõ ſuus poteſt adire ſi venter eſt inſtitutus cũ eo, vel exheredatus. ſecus ſi præteritus: vt no.s.§. non ſolũ. Quod dixi emancipatũ inſtitutum non poſſe adire poſtumo præterito, verum eſt iure ciuili. ſed habet cõtra tabu. quaſi aperta ſibi via per poſtumum præteritum, etiam antequam naſcatur: vt infra de contra tabu.l. illud.§. fi. &.l. ſeq. & de Carb.edic.l. ſcriptus. & ad Sil.l. ſi quis graui.§. eleganter. &

b] Imò quinque dumtaxat: vt ex ſententia Ariſto. tradit Iulianus in dicta l. ſi pater ff. de ſolutionibus.

infra eod.l.ventre. Item & hîc dixi ventrem obſtare inferioribus, non paribus.

a *Inſtituti ſunt.* præterito poſtumo:vt.ſ.eo.§. non ſolùm.

b *Certum eſſe finge.* hîc,finge, præcedentia determinat. & dic certum.ſ. non eſſe prægnantem communi opinione, nec eſt.

Scientia autem vel opinio, ſi filiusfamilias vel ſeruus inſtituti ſunt,[a] vtrum ipſorum, an domini vel patris accipienda ſit? finge patrem putaſſe prægnatem, filiũ certũ eſſe finge,[b] & ſic adire, an adquirat hereditatẽ? Puto adquirere: ſed cõtra,[c] non adquirere.

Qui eſt certus per ſeipſum, nõ redditur dubius per litem. Bar.

Si certus ſum non eſſe falſum teſtamentum, vel irritum, vel ruptum, licèt dicatur eſſe,[d] poſſum adire hereditatem.

Portio deficiẽs adcreſcit etiam ignoranti eam defectam. Bart.

XXXI. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

HEredi cum poſtumo[e] inſtituto reliquæ partes[f] adcreſcunt, quæ poſtumo datæ ſunt, ſi certum ſit[g] non eſſe prægnatem, licèt heres ignoret.[h]

Ignorantia mortis teſtatoris, vel exiſtentiæ conditionis, & dubium an teſtator fuerit ſui iuris, impedit aditionem, niſi in omnem partem dubietatis teſtamẽtum eſſet valiturum. h. d. cum.l. ſeq. Bart. & Alexand.

XXXII. VLPIANVS *libro octauo ad Sabinum.*

HEres inſtitutus ſi putet teſtatorem viuere, quamuis iam defunctus ſit, adire hereditatem non poteſt.[i] Sed & ſi ſcit ſe heredem inſtitutum, ſed vtrũ purè, an ſub conditione, ignoret: non poterit adire hereditatem, licèt purè[k] heres inſtitutus ſit. & ſub conditione,[l] licet paruerit conditioni. Sed & ſi de conditione teſtatoris incertus ſit, paterfamilias an filiusfamilias[m] ſit, non poterit adire hereditatem, etſi eius conditionis ſit in veritate vt teſtari poterit.[n]

c *Sed contra.* ſcilicet ſi filius putet prægnãtem, pater non. in contractibus aliter diſtinguitur: vt not. ſupra de contrahen.emp l.in huiuſmodi. & de ædil. edict. l. cum mancipium. & facit infra pro emp.l.ij.§. ſi ſeruus. Item arg.contra.ſ.de iuriſdi. om. iudi.l.ſi quis id.§.penul.& de eo per quẽ fac. erit. l.j.§.j. ADDITIO Dic quod ibi inſpicitur factum vtriuſque, ſcilicet mãdantis, & mãdatarij: ſed dic ꝙ ſolus filius eſt heres, & ſolus adiit: & ideo eius inſpicit' ſciẽtia vel ignorãtia. ſed in contrario mandatũ fuit iniuſtum: & ideo inſpicitur ſcientia mãdantis, ne ſuũ maleficiũ remaneat impunitũ, ſecundũ Dyn. & Bartolum hîc.

d *Dicatur eſſe.* etiam communi opinione. licèt ſecus no. in alio caſu.ſ. ea. l. §. quid ſi ipſe putet. certus autẽ poſſum eſſe: vt quia dicitur quòd ego id falſum eſſe fecerim: vt &.j.e.l. cum falſum. &.ſ. eo.l. nec is. ij.reſpon. Accurſius.

HEredi cũ.] CASVS. Titius vxorẽ quã putabat prægnantem, inſtituit ſibi heredem: filium ex ea naſciturum in tribus vnciis purẽ: & in tribus ſub conditione: & me in ſex vnciis: & deceſſit. ego autem coheres credebã eam eſſe prægnantẽ, cũ in veritate nõ eſſet. certè mihi etiã ignoranti accreſcunt dictæ partes poſtumo relictę: & ita ſum heres dicti Titij in ſolidũ & in totũ. Vi.

e *Heredi cum poſtumo.* qui ſperatur: ſed non eſt.

f *Reliquæ partes.* id eſt reliqua pars. plurale pro ſingulari. ſic.ſ. de orig. iur.l.ij.§. exactis. Vel dic quòd plures portiones erant datæ poſtumo vna poſt aliam: vel alia purè, alia ſub cõditione. ſic ſupra eo.l. ſi ſolus.in princi.&.C.eo.l.quidam. Accurſius.

g *Certum ſit.* ſ. in rerum natura, in qua omnia certa ſunt: vt.ſ. de iudic.l.ſed & ſi.§.fi.& inſti.de verb.obli.§ conditiones. Hug.

h *Ignoret.* ignoranti ergo accreſcit. nam cum etiam inuito, ergo ignoranti: quod eſt.j.quaſi in fi.gl.vt.C. de cad. tol.§. his ita. &.j. eo.ſi quis heres.&.l.ſi duo. niſi in milite: vt.ſ.titu.j.l. ſi duobus. & niſi ſuam repudiet: vt infra eo.l.cum hereditate. ergo ignoranti: vt infra de reg.iur.l.qui poteſt. Item cõtra infra de lega.j.l. ſi duobus. in prin. dic vt ibi. & facit infra eo.l.fi.§.fi.

HEres inſtitutus.] CASVS. Titius inſtituit me heredem, & deceſſit. ego autem putabam eum viuere. certè eius here.adire non poſſum. ſed & ſi ſcio me ab eo inſtitutum, ſed ignoro vtrum purè vel ſub condit. me inſtituerit, non poſſum adire: ſiue inſtitutus fui purè, ſiue ſub condit. & ego iam impleui condit. Sed & ſi incertus ſum vtrum dictus Titius ſit paterfami.an filius, non poſſum adire eius heredi. licèt fuerat paterfa.

i *Non poteſt.* non enim credit eſſe hereditatem, cum nihil aliud &c.vt.j.de verb.ſigni.l.nihil.& viuentis nulla eſt hereditas: vt.ſ.de heredi. ven.l.j. Hug.

k *Licet purè.* inſpecta potius ſua dubitatione quàm rei veritate: vt ſupra eo.l.ſi quis extraneus.§. ſciendum.Accur. Floren.

l *Sub conditione.* ſcilicet inſtitutus verè. & ſub. cum putet ſe inſtitutum purè, adire nõ poterit, licet &c.quia fato implet: quod non ſufficit. Vel noli ſubaudire quòd putet ſe inſtitutũ purè, ſed ignorabat purè vel ſub conditione: vt ſupra, licèt eſſet verè purè, vel licèt eſſet verè ſub conditione, & potuiſſet. nam pro certo ſcire debet conditionem inſertam: vt.ſ.eo.l. ſi quis extraneus.§. ſciẽdum. &.j.de condit.& demon.l.ij. vel putare: vt infra eod.l. ſed & ſi de ſua.§.ſed & ſi eum.& ſic nõ ob.j.eo.l.ſed & ſi de ſua.§.penult.& vlti.R.

XXXIII. PAVLVS *libro duodecimo ad Plautium.*

QVod ſi dubitet, apud hoſtes deceſſit,[o] an ciuis Romanus: quoniam vtroque caſu[p] eſt ius adeundi, & in re[q] eſt vt poſſit adire: dicendum eſt poſſe adire.

Error in conditione perſonæ adeuntis aditionem non impedit: quia per hoc de cauſa aditionis non dubitatur. Bartol.

XXXIIII. VLPIANVS *libro octauo ad Sabinum.*

SEd & ſi de ſua cõditione quis dubitet, an filiusfamilias[r] ſit: poſſe eum adquirere hereditatem iam dictum eſt.[ſ] Cum autem, ſi ſuam ignoret conditionem, adire poteſt: ſi teſtatoris, non poteſt? Illa ratio eſt, quòd qui cõditionem teſtatoris ignorat, an valeat teſtamentum

m *An filiusfamilias.* qui teſtari non potuiſſet: vt ſupra de teſta.l. qui in poteſtate.

Hinc videtur ſumpta regula cãcellariæ de veriſſimili notitia.

n *Teſtari potuerit.* quia verè erat ſui iuris. ſic ergo not. quod hîc & ſuperioribus caſibus inſpicitur potius opinio quã veritas. & ſic eſt argu. cõtra.j.pro emp.[a] l.ij.§. ſi ſub conditione. ſed aliud in acquiſitione aliarum rerum quàm hereditatis. Item ad fi.huius legis eſt contra. C. de edi. diui Hadria. tol. l.ij.Solu.ibi poſſeſſorio, hîc petitorio: vt. C. de petit. heredi.l. liber. vel vt ibi. Item facit ſupra de teſta.l. de ſtatu. & ſi pars here.peta.l.illud.& infra de ſecun. tab.l.j.§. ſcientiam.& infra vnde legi. l.ij.§. penult. & ad Tertyl.l. fin.in princip. Accurſius.

a] Adde ꝙ hoc eſt verũ regulariter: vt not. gloſ. in Cle.2.§1. & ibi Cardi. q.5.de pœni. & remiſ.

QVod ſi dubitet.] CASVS. Ego dubito an teſtator Titius deceſſerit in ciuitate, an apud hoſtes. certè poſſum adire eius heredi. & eſt ratio, quia vtroq; caſu eſt ius adeundi, id eſt ſiue deceſſit in ciuitate, ſiue apud hoſtes. licèt enim per captiuitatem Titij ſit ruptum teſtamentum ſuum in quo me inſtituit, tamen ſi mortuus eſt in captiuitate, fingitur prima hora captiuitatis mortuus: & ita per mortem ſuam reconualeſcit teſtamentum.

o *Deceſſerit.* conſtabat tamen eum deceſſiſſe. aliàs contra: vt.ſ.eo. l. qui hereditatem. &.C.de cap.l. nec nos.

p *Vtroque caſu.* quod non eſt in ſuperiori.l.in fi.cum qua hæc continuatur: & hæc præualet altero caſu per.l. Corne.

q *In re.* id eſt in veritate. ſic infra pro empto.l.ij.§. ſi à pupillo. & ſupra de iureiuran.l. quoties.

SEd & ſi.] CASVS. Ego à Titio inſtitutus dubito an ſit paterfa. vel filius. certè adire poſſum: quamuis ſi dubitem vtrum teſtator ſit paterfami. vel filius, adire non poſſum: vt dictum eſt. & eſt ratio, quia qui conditionem teſtatoris ignorat, dubitat an valeat teſtamentum. qui autem de ſua condi.dubitat, de teſta. poteſt eſſe certus vtrum valeat vel nõ. Sed quid ſi putaui me inſtitutum ſub conditione, cum eſſem inſtitutus purè, & impleui condit. putatiuam, & poſtea heredi. adiui? certè valet aditio. & idem multo magis eſſet ſi putaui me inſtitutum ſub condit. & putauit impletã eſſe conditionem, & adiui, cum eſſem inſtitutus purè. nam in his duobus proximis caſibus nihil nocet mihi mea credulitas de conditione. Viuianus.

r *An filiusfamilias.* ſub. vel non. ad quod facit.j. de vſucap.l. iuſto. §.filiusfamilias. &.j. de condit. & demon.l. multum. in fi. idem ſi ante ſit liber: vt.j. eo.l. qui putat.§.fi. & facit.j.e. qui ſe pupillum. Sed nónne præſumitur pater viuere? ergo & hic filius adire non poteſt? Reſpon.iuſtis præſumptionibus mouebatur patrem mortuum credere.

ſ *Dictum eſt.* vt ſupra eo.l.vj.§. nam eum. Sed contra.ſ.eo.l.is qui putat.&l.ſeq. Sol. refert vtrum in omnem euentum velit acquirere, quod poteſt, vt hîc: an non, vt ibi, & vt plenè not. in.d.§. nam eum. Vel hîc in acquirẽdo: ſed contrariũ in repudiando. nã aliquis

acquirit

acquirit quod non repudiat : ſed non econtra : vt ſupra eo.l.is poteſt. ADDITIO. Tu ſolue aliter, & melius, ſecundum Bar. hîc ꝙ hîc dubitabat vtrum eſſet filiusfami. ſcilicet alterius quàm illius de cuius hereditate agitur, ibi an eſſet filius eius de cuius hereditate agitur. & ſic dubitabat an eſſet ſuus vel voluntarius. vt ibi per eundem. Barto.

a *Dubitat.* vnde nõ adit: vt.j̃.eo.l.cum falſum. &.s̃. eo.l. cum quidam. §.fin.&.l. nec is.in prin. quod eſt verũ cum dubitat deceſſit paterfam. vel filiusfami. ſeruus vel liber, vel an fecerit teſtamẽtum vel non. ſed ſecus ſi dubitat deceſſit in ciuitate vel apud hoſtes, & ita ciuis vel ſeruus : quia tunc bene poteſt eſſe certus de teſtamento, valeat, an nõ valeat. & ſi certus eſt, adire poteſt: vt ſupra eo.l. heres. in fi.&.l.ſequen. Hug.

b *Qui de ſua*. ſcilicet conditione dubitat.

c *Certus eſt*. id eſt eſſe poteſt.

d *Sub conditione*. poteſtatiua ſi daret.x. vt differat à ſequenti.

e *Impleta*. à ſe vel ab alio pro ſe, cum ſit poteſtatiua. Accurſius.

dubitat :[a] qui de ſua,[b] de teſtamento certus eſt.[c]

Inſtitutus purè qui putat ſe inſtitutum ſub cõditione, ea purificata nõ impeditur adire. Bar.

Sed & ſi cum eſſet purè inſtitutus, putauit ſub conditione :[d] & impleta[e] conditione quam iniectam putauit, adiit : an poſſit adquirere hereditatẽ? Conſequens eſt dicere, poſſe eum adire: maximè cum hæc ſuſpicio nihil ei obfuerit, nec periculum adtulerit. Facilius[f] quis admittet, ſi quis purè inſtitutus putabit ſe ſub cõditione[g] inſtitutum, conditionemq; impletam,[h] quam in euẽtum[i] putabat. nam in nullo hæc ſuſpicio obfuit.[k]

Ei qui adiuit partem, alia ſibi delata adcreſcit inuito. Bar.

XXXV. IDEM *libro nono ad ſabinum.*

f *Facilius*. cur non dicit eodem modo ? Reſpon. quia poteſtatiua eſt à ſciente adimplenda: vt infra de condi. & demon.l.ij. caſualis etiã inſcio herede impleta proficit: vt.s̃.eo.l. ſi quis extraneus.§. ſciendum. Sed certè imò oportet quòd eo ſciente: vt.j̃..de condi.& demon.l. multum. Sed fortè aliud eſt cum fuit verè appoſita : & aliud cũ putatur, & non

a] Dic cõditionẽ poteſtatiuã facilem, quãdo ꝑ ea implẽda quis non exponit ſe periculo maris vel terræ: aliàs dicitur difficilis. Ange. & Imola. in.l.fi.s̃. de condi.inſti. Alexan.cõſi. 95.4. parte.

eſt. Vel dic ideo facilius,[a] quia in iſta non deſideratur factum vel voluntas heredis in ea implẽda : in ſuperiori ſecus. nam non fato, ſed per ſe vel per alium pro eo eſt implenda, vt dictum eſt.

g *Sub conditione*. caſuali: vt ſubiicit. & ſic differt à præcedenti. R.

h *Impletam*. putabat, repete, non curo ſit impleta vel non. Vel melius ſubaudi, ponas. id eſt verum ſit eam impletam : & ſciebat eam impletam eſſe. Accurſius.

i *In euentum*. ſcilicet fortunæ poſitam, & ita erat caſualis vel mixta: vt.s̃. de heredi. inſtituen.l. ſuus. & de condi. inſtit.l.fi. &.C. de inſtitu. & ſubſtitu.l.ſi pater. Accurſius.

k *Obfuit*. impleta enim conditione ſe purè inſtitutum putat: vt.s̃. de condi.inſti.l. ſi pupillus. quæ opinio veritati cõſonat. ſic etiam verè fuit inſtitutus. At in contrario.s̃.eo.l. heres. ibi, & ſub condi. &c. à veritate diſſonat : ideoque non adit. ar.s̃.eo.l.cum quidam.§. quid ergo. Vel dic quòd ibi ignorabat purè vel ſub conditione eſſet inſtitutus, & ſic non applicabat animum ſuum ad vnum magis quàm ad aliud : ſed hîc bene putabat ſe inſtitutum ſub cõditione. Sed hoc nihil aliud eſt dicere quàm quòd hîc ignorabat, ibi dubitabat. quã reprobauimus ſupra eo.l.vj.§. non enim. Vel dic quòd ibi fuit cõpleta conditio eo inſcio, ſcilicet fato : hîc à ſe ſciente poteſtatiua, vel eo ſciente caſualis. Vel ibi eſt caſus econtra : quia ibi ſub conditione inſtitutus putauit purè : hîc econtra.

SI *quis heres.*] CASVS. Gaius inſtituit heredem ſibi Semproniũ in dimidia, & Titium in alia dimidia : & poſtea dictum Sempronium ſubſtituit dicto Titio, & poſtea deceſſit dictus Gaius teſtator. Sempronius autẽ geſſit pro herede in ſua parte antequam ex cauſa ſubſtitutionis deferretur ei pars Titij, id eſt antequã Titius repudiaret ſuam partem : & poſtea dictus Titius repudiauit ſuam partem. nunquid Sempronio accreſcet dicta pars Titij ? & dicitur ꝙ ſic, etiam inuito: & ita erit Sempro. heres in totum. Sed pone quòd dictus Sẽpronius cum Titio inſtitutus erat meus filius vel ſeruus, & iuſſu meo adiuit here. dicti teſtatoris pro ſua parte, & poſtea manumiſi dictum ſeruum, vel emancipaui filiũ : & poſtea Titius eorũ coheres repudiauit ſuã partem, & poſtea dictus meus filius vel ſeruus olim adiuit partem Titij ex cauſa ſubſtitutionis. nunquid erunt heredes pro parte Titij ? Et dicitur quòd ſic : licèt ego pater vel dominus eorum habeã eorum partem. ſi autem non adiuiſſent ex cauſa ſubſtitutionis partẽ Titij, obueniret dicta pars Titij mihi patri vel domino : quia ea quæ obueniunt ex ſubſtitutionibus, ſiue ſubſtitutiones, ſunt appendices præcedentis inſtitu-



tionis. partem cuius inſtitutionis ego pater vel dominus habeo ex
A perſona dicti filij mei vel ſerui qui iuſſu meo adiuerunt ex inſtitutione, vt dictum eſt. & ita in hoc caſu cum filius meus vel ſeruus non adiuerunt ex ſubſtitutione: eſt idem quantũ ad ius accreſcendi, quod in primo caſu huius legis. Sed quid ſi dictus Gaius inſtituit filium meũ purè in ſex vnciis, & me in aliis ſex ſub condit. ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum, & defecit dicta cõditio, & ego iuſſi dictum meũ filium adire ſuam partem, & ita mihi acquiſita eſt pars filij mei ? nunquid propter hoc accreſcet mihi dicta mea pars? Et dicitur quòd nõ : credo tamen quòd eam habebo quaſi accreuerit filio meo. Itẽ quid ſi dictus Gaius inſtituit duos meos filios, & ego vnum adire iuſſi, & ſic ſua pars mihi quæſita eſt? certè ad hoc vt per alium meũ filiũ mihi ſua pars acquiratur, debeo eum iubere adire: & aliàs nõ acquiritur mihi per eum ſua portio. credo tamen ꝙ ſi ipſe nolit adire, quòd iure accreſcendi mihi acquiratur. Viuianus.

†] Huc pertinet exemplũ quod diffuſè tractat. M. Cice. lib. 2. de inuent. rhet. vbi cõſtitutionem negocialem explicat.

SI quis heres inſtitutus ex parte, mox Titio[l] ſubſtitutus, antequam ex cauſa ſubſtitutionis ei deferatur hereditas, pro herede geſſerit: erit heres ex cauſa quoque[m] ſubſtitutionis: quoniam inuito quoque ei adcreſcit portio. Idem dico & ſi filiusfamilias vel ſeruus iuſſu domini
B vel patris adierint hereditatem, mox emancipatus vel manumiſſus ex cauſa ſubſtitutionis adeãt. erunt namque heredes.[n] ſunt enim appendices præcedentis inſtitutionis. †

Adquiſitione partis nõ adquiritur alia eo iure quo deficit, nec debet adquiri per alium, niſi noua aditio interueniat. Bartolus.

Si excluſus[o] per conditionem ſibi datam pater filium
C iuſsit adire, dicendum[p] erit

l *Titio.* coheredi.

m *Ex cauſa quoque*. q.d. non ſolum in parte in qua eſt inſtitutus, ſed & in parte in qua eſt ſubſtitutus. & dic, heres erit ea delata, nõ prius, & etiam ſine alia conditione. ſecus vbi per alium fit heres: vt infra eo.l. ſi ſolus. in fine. Sed quid ſi vult habere vt coheres iure accreſcendi, non vt ſubſtitutus ? Dicunt quidam quòd poteſt : & hîc ſubaudiunt, ſi voluit : quod euidentius oſtenditur in hoc exẽplo vbi ſunt tres heredes, & vnus ſolus alteri ſubſtitutus : quo decedente, ſi iure ſubſtitutionis veniat, ſolus habet. ſi iure accreſcendi, non : imò & alter cum eo venit. imò certè videtur quòd etiam ſi nolit, habeat iure ſubſtitutionis, & iure accreſcendi. nam poſtea dicit ꝙ accreſcit quoq; ei inuito. q.d. ignorãti accreſcit ſubſtitutio, quia & ei inuito : vt infra de reg.iur.l.qui poteſt.& facit.C. de impu.& aliis ſubſti.l. teſtamento. & de iure deliberan.l. quidã. & ſupra de vulga.ſubſti.l.ſed ſi.§.filio. Vel dic, ex cauſa quoq; ſubſtitu-
D tionis, non ſolùm iure accreſcendi, & ignorans in vtroq; : quia & inuitus: vt ſubiicit. Item facit infra de ſuis & legi.here.l.ſi ex pluribus. ADDITIO. Vulgo putãt gloſſam hãc putare ſubſtitutũ hoc caſu adquirere vtroq; iure ſcilicet tã ſubſtitutionis, quã adcreſcẽdi. idem etiã putant Cyn. oldrad. caſtrenſ. Bald. & Imola. & vt putat Bartho. ſed mihi vidẽtur Bartho. & Accurſ. hoc tantùm velle vt ex cauſa tantũ ſubſtitutionis non etiã inſtitutionis adcreſcat pars deficiens. Contius.

legendum, aditione. Contius.

n *Erunt nanq; heredes*. pater & dominus. & ſecundũ hoc bene dicit, idem: & bene ſequitur, ſunt enim &c. ſed hoc eſt falſum: imò manumiſſum[b] & emãcipatũ ſequitur: vt.j̃.e.l. ſolus.§.j. quæ eſt cõtra. Dic ergò, erunt heredes, ſcilicet filius & ſeruus. Ratio autẽ quæ ſequitur, ad ſubauditũ refertur, hoc modo : dixi vbi adierũt, ſecus vbi non adierũt. Tunc enim dicimus idem qđ ſupra, ſcilicet quòd habeat ſubſtitutionem qui habet inſtitutionem, erũt nanq; &c. &
E quod dixit, appendices. q.d. applicentur ſubſtitutiones eis qui habent inſtitutiones. Non autẽ dicas ꝙ pendeat ſubſtitutio ex inſtitutione : vt vbi vna valeat, ibi & alia: & vbi non vna, nec alia: quia quãdoq; valet vna, & non alia: vt.s̃.de libe.& poſtu.l.iij.§.fina.

b] Recte & ita omes interpretãtur. Cont.

o *Si excluſus*. dic patrem & filium inſtitutos: ſed pater ſub conditione, filius purè. Accurſius.

p *Dicendum erit*. hoc ideo, ne ſemper euitaret implere conditionẽ: quod faceret, ſi ſine ea iure accreſcendi alia portio ſibi daretur. & ſecundũ hoc in poteſtatiua ponitur.[c] ſed melius eſt dicere quòd pater iubendo filiũ adire, non acquirat hoc ipſo ex ſua perſona ſuã portionem : quia defecerat conditio. alioquin ſecus eſſet: vt.s̃.eo.l. ſi ego. ſed bene ſibi acquirit ex perſona ſerui iure accreſcendi, quaſi accreuerit ipſi ſeruo, ne alioquin inueniatur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: quod eſſe non debet, niſi in milite: vt inſtit. de heredi.inſtit.§. non autem. Alij hîc dicunt patrem inſtitutum ſub conditione poteſtatiua, & filium ſubſtitutum.

c] Tam de poteſtatiua quàm de caſuali intelligi debet vt rectè Caſtrẽ. hîc. Cont.



UNED

a *Eum.* filium, vel dic patrem.
b *Suam.* ſcilicet patris. Accurſius.
c *Vnum iuſſerit.* ſcilicet adire. Accurſius.
d *Alium.* vt per illum fiat heres, pui tamen poteſt nolle adire: vt. C. de hered. inſti. l. iij. & tunc habet iure accreſcendi: vt. C. quando nõ pe. par. l. j. & facit. ỹ. l. proxi.

*S I ex ſua.*] CASVS. Gai⁹ inſtituit me & filium meũ vel ſeruum: & ego adiui pro mea parte. certè nõ poſſum habere partem filij vel ſerui mei niſi iubeã eos adire, & ipſi adeant.

e *Neceſſariũ.* ſecus in cõtrario caſu. & eſt ratio vt. s̃. eo. l. ſi ego. cõtra. & facit. s̃. l. proxi. in fi. ADDITIO. Dic ꝙ non acquiritur patri iure inſtitutionis, ſed accreſcẽdi. & ita intelligit iſta glo. & facit. ỹ. de leg. ij. l. ſi mihi pure. ſecundum Barto. hic.

*H Eres in omne.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredẽ Seium, & deceſſit. certè Seius ſuccedit ei nõ tãtùm in dominiũ ſingularũ rerũ ſuarũ, ſed etiã in omne ius quod ipſe Titius habebat. vnde etiã ea quæ in nominibus ſunt, trãſeunt ad dictum Seium iure hereditario. Viuia.

f *In omne ius.* ſi eſt vn⁹. aliàs nõ in omne, ſed in vniuerſum ius mortui: vt infra de verb. ſigni. l. nihil. & de regu. iur. l. nihil. & l. heredem. & dic in id ius quod poteſt ad heredem tranſire. non ergo vſuſfructus vel alia iura quæ cum perſona finiuntur. & facit. ỹ. de bo. poſſeſ. l. j. & ij. & iij. in princi. & §. j. & iij.

erit eum a non quæſiſſe ſuam b portionem. Sed ſi ex duobus filiis vnum iuſſerit, c debebit & alium d filium iubere adire.

XXXVI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI ex ſua parte dñs vel pater adierit, neceſſariũ e eſt iuſſu, vt fili⁹ vel ſeru⁹ coheredes adeãt.

XXXVII. IDEM *lib. quinto ad Sabinũ.*

HEres in omne ius f mortui, nõ tãtùm ſingularũ rerũ dominiũ ſuccedit, cum & ea quæ in nominib⁹ ſint, ad heredẽ trãſeãt.

Qui vult vnã partẽ, videtur velle alteram adcreſcentem. Bart.

XXXVIII. VLPIANVS *libro quadrageſimotertio ad Edictum.*

SI duo ſint neceſſarij g heredes, quorũ alter ſe abſtinuit, h alter poſtea quàm prior abſtinuit, immiſcuit ſe: dicẽdũ eſt hũc nõ poſſe i recuſare quo min⁹ tota onera hereditaria ſubeat. Qui enim ſcit aut ſcire potuit, k illo abſtinente ſe onerib⁹ fore implicitũ, ea cõditiõe adire videtur. l

XXXIX. IDEM *libro quadrageſimoſexto ad Edictum.*

A nõ dari ſecundum tab. quamdiu habet locum cõtra tab. nõ dixi ꝙ de iure ciuili adiri nõ poſſit: vnde fortè, adibit. Sed contra hæc. d. l. illud. in fine. & facit ad hãc. l. ỹ. de reg. iur. l. quamdiu. & s̃. eo. l. nec is. §. fina. & ỹ. eod. l. illud. & l. in pluriũ. & l. quamdiu. & C. com. de ſucc. l. antequã. & ỹ. ſi ta. teſta. nul. ex. l. j. §. j. & in authẽ. de hered. & Fal. §. ad hæc. coll. j. & s̃. de teſta. tu. l. ſi quis ſub conditione. in princi.

QVamdiu poteſt ex teſtamẽto adiri hereditas, ab inteſtato non defertur. m

Qui repudiat paternam, poteſt adire pupillarẽ hereditatẽ ſi habet coheredem: aliàs ſecus. Bar.

XL. IDEM *libro quarto Diſputationum.*

B QVæſitũ eſt, an licet quis paternæ hereditatis nihil attĩgat, aliquid tamẽ propter patris voluntatẽ habeat, n vel faciat: an creditoribus paternis cogatur reſpondere: vtputa ſi impuberi fuerit ſubſtitutus. In qua ſpecie Iulianus libro viceſimoſexto digeſtorũ ſcripſit, incidere eũ o in edictũ, p ſi ſe immiſcuerit impuberis hereditati. q Nã † qui r iudiciũ parẽtis oppugnauerit, ſ nõ debet ex eadẽ hereditate quicquã cõſequi. t Sed Marcellus ele C gãter diſtinguit, multũ intereſſe vtrũ ex aſſe fuerit inſtitutus in patris teſtamento, an ex parte: vt ſi ex parte, potuerit ſine metu remota patris ſucceſſione, impuberis hereditatem amplecti. u

*Q Væſitũ.*] CASVS. Filium impuberẽ & Titium inſtitui mihi heredes, & poſtea ita di xi: Si filius meus adiuerit pro ſua parte, & in pupillari ætate deceſſerit: ſubſtituo ei dictum Titium. & poſtea deceſſi: & poſtea dictus me⁹ filius adiuit pro ſua parte, & in pupil. ætate deceſſit. Titius autẽ vult ei ſuccedere ex ſubſtitutione: nõ autem vult partem in qua ego eũ Titium inſtitui. veniũt modò creditores mei, & conueniunt dictum Titiũ pro parte ſua Titij quam ipſe Titius nõ adiuit. nũquid poſſunt? Et dicitur quòd ſic, ac ſi adiuiſſet hereditatem meam pro ſua parte. & idem eſt ſi dictum Titiũ ſolum inſtituiſſem, & filium meum exheredaſſem, & eidem filio dictum Titium pupillariter ſubſtituiſſem. nã non poterit Titius habere impuberis hereditatem ſine mea. & hic caſus colligitur in litera, licet non nimis planè. ſecus autem eſſet ſi inſtituiſſem Titium & Sempronium, & filium meum prædictum exheredaſſem, & pupillariter ei ſubſtituiſſem dictum Titium, & Sempronius adiuiſſet pro ſua parte. nam mortuo eo poſtea in pupillari ætate bene poteſt Titius adire ex ſubſtitutione hereditatem impuberis, & dimittere partem meæ hereditatis. & idem eſſet ſi dictus Titius quem inſtitui cum Sempronio, eſſet meus filius. & hoc vult dicere cum. l. ſequen. Viuianus.

† Concor. ca. ex eo. extra de reg. iur.

*S I duo ſint.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes duos meos filios, & deceſſi: & vnus eorum abſtinuit ſe ab hereditate mea prætoris beneficio. alter autem poſtea ſe immiſcuit. certè ille qui ſe immiſcuit, omnia onera hereditaria ſubire debet, ſiue velit, ſiue nolit. & ratio planè redditur in litera. Seq. l. planiſſima eſt.

g *Neceſſarij.* & ſui. Accurſius.
h *Abſtinuit.* quod potuit: vt infra eo. l. neceſſarij: ſed neceſſarius tantùm non: vt inſti. de hered. qua. & diffe. §. j.
i *Non poſſe.* etiã ſi velit ſuã portionẽ recuſare: quia eſt ſibi imputãdũ ſi adiuit ſciẽs aliũ abſtinuiſſe: ſecus ſi nondũ abſtinuiſſet: vel abſtinuiſſet, ſed hic ignorat quãdo habet locũ [vt] ỹ. e. l. cũ hereditate.
k *Scire potuit.* conſulendo peritiores. ſic. ỹ. de bo. poſ. l. in bonorũ. & s̃. de iuris & fac. ign. l. regula. §. ſed iuris. & hoc cũ facilè ſcire potuit: vt. d. §. ſed iuris. & arg. ỹ. de verb. ſigni. l. Nepos Proculo. Item no. ꝙ iuris ignorantia nocet hîc in damnis. & ſic eſt contra. s̃. de iuris & facti igno. l. error. in fi. & l. iuris ignorantia. & l. regula. Sol. hîc fallit: vt & aliàs in. ll. illis no. Vel dic fingitur hic ſcire, tum quia originem habet à lucro, tum quia agnoſcebat in ſua parte ſciẽter, fingatur idẽ velle in accreſcente, vt hic ſubiicit. ſed quidam reddũt rationem quaſi potuerit conſulere peritiores.
l *Adire videtur.* vt omnibus ſatisfaciat, nec admittitur probatio in contrarium: quia eſt fictio, non præſumptio. & facit ad hoc quòd inuito accreſcit. C. quando non pe. par. l. j. & iij. & l. ſi quis heres. in prin & C. de impu. & ali. ſubſti. l. teſtamento.
m *Vadiu. Non defertur.* fallit hęc regula. s̃. de here. inſti. l. ſi quis.[a] QVItẽ nõ ob. ỹ. vnde lib. l. pen. qa ibi nõ poterat adiri ex teſtamẽto, vtpote deficiẽte cõdit. inſtitutionis, quæ erat [b] ſi emãcipatetur intra decẽ dies. Item quid eſt quod aliãs dicit lex, ꝙ quamdiu poteſt dari cõtra tabu. nõ dabitur ſecundũ tabu. vt. ỹ. de ſecun. tab. l. æquiſſimũ. in princ. & §. j. & de cõtra tab. l. illud. §. fi. nam contra tab. datur ab inteſtato: vt. C. de col. l. vt liberis: Reſpõd. non dari ab inteſtato eam, ſed ex teſtamẽto: vt. C. de col. l. filiæ dotem. & inſti. de bo. poſ. §. ſunt autem. & ỹ. de bono. poſſeſ. l. ſed quũ. §. ij. nec eſt dicẽdum dari eam ab inteſtato, niſi cum nullus adit ex teſtamẽto. nam & tunc datur: vt. ỹ. de cõtra tabu. l. illud. in prin. Itẽ quod dixi

a] Eandem exceptionẽ faciunt Græci interpretes. Cont. b] id ex verbis colligi non poteſt & nihilominus deficere potuit non addito tempore ſi tempus petende b. poſſeſ. ex teſtam. præterierat. Cont.

D ADDITIO. Hæc Viuiani ſpecies non poteſt ſaluis cæteris legibus & harum trium legum verbis, conſiſtere, ideo fingenda eſt ſpecies in extraneo cum alio æquè extraneo coherede inſtituto. item fingendum eſt filium impuberem à primo gradu fuiſſe exheredatũ, tam in hac. l. quæſitum, quàm in. l. ſeq. ex ſententia Baldi & Caſtrenſ. & Imol. Cont.

n *Habeat.* ex ſubſtitutione facta filio.
o *Eum.* ſubſtitutum. Accurſius.
p *In edictum.* fortè illud, ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. j. quanquam illud non videatur proſpicere creditoribus, ſed legatariis & fideicommiſſariis. Vel dic quod aliud edictũ erat quod non habemus, quod creditoribus paternis ſubueniebat hoc caſu vt paterna videatur adita. ADDITIO. Poſterior Accurſij ſententia eſt verior. ſed dicere poſſumus hîc intelligi edictum de rebus auct. iud. poſſ. quo prætor cogebat eos qui geſſiſſe videbantur pro herede, reſpõ E dere creditoribus hereditariis, & ni hoc facerent mittebat creditores in poſſeſſionem. argu. l. paterfamil. infra de reb. iudi. auct. poſſid.
q *Hereditati.* ſpreta paterna hereditate.
r *Nam qui.* q. d. ex quo non vult paternam, dimittat & pupillarem & ſuam, vel vtranque, vel nullam. & eſt ad hoc. ỹ. ad Trebel. l. ita. §. qui ſuſpectam. & de contra tabu. ſub cõditione. §. fi. & de iis qui. vt indig. l. v. §. qui principale. & de leg. præſt. l. qui filium. §. omnib⁹. & §. non ſolum. & s̃. de vulga. ſubſti. l. is qui.
ſ *Oppugnauerit.* ſpernendo hereditatem patris.
t *Conſequi.* ratione pupilli.
u *Amplecti.* ſi ex aſſe, non: quia cũ nullus adiit paternã, ergo vitiatur teſtamentũ, & per cõſequentiã pupullare: vt. s̃. de vulga. ſubſti. l. ij. §. adeo. habebat igitur hic coheredẽ qui adiuit. Et dic extraneũ, non pupillum: quia tunc ſecus: vt. s̃. de vulga. ſubſti. l. ſed & ſi. §. filio. quæ eſt contra. Et dic diſtinctionem quæ eſt. C. eo l. quidam.

Filius

a F*ilius. Abſtinuit.* in qua erat inſtitutus.
b *Fratris.* cui fuit ſubſtitutus:vt in fi.l.& hoc potuit fieri: vt inſti A tu.de pupil.ſubſti.§.non ſolum.
c *Obtinere.* imo cum non ſit adita ex paterno, non tenet pupillare:vt ſupra de vulg.ſubſtit.l.ij.§.adeo.& ſupra.l.proxi.in fin. Solu.& hîc alius cum filio fuit inſtitutus, qui adiuit. Vel dic ſpeciale in filio abſtinēte: quia adhuc videtur eſſe heres: vt.j̃. de fideicommiſſ. l.cum quaſi.§. ſed & ſi quis. Vel illud fauore libertatis: & ſic tenebis primam. Vel dic ſpeciale alia ratione: quia ab inteſtato erat habiturus eam. Nō eſt ergo ei inuidendum ſi ex ſubſtitutione habeat quod inteſtato erat habiturus. Sed in cōtrariis extraneus erat ex aſſe inſtitutus. ad quod ſupra de vulg.ſubſtitu. l. ſi filius. Accurſius.

Exiſtentia ſui heredis confirmat tabulas pupillares ad commodum filij abſtinentis. Bart.

XLI. IVLIANVS *libro vicenſimoſexto Digeſtorum.*

FIlius qui ſe paterna hereditate abſtinuit, [a] ſi exheredati fratris [b] hereditati ſe immiſcuerit, & pro herede geſſerit: poterit ex B ſubſtitutione hereditatem obtinere. [c]

Exiſtentia ſui heredis confirmat tabulas pupillares ad commodū filij cui facta eſt ſubſtitutio. Bartolus.

XLII. VLPIANVS *libro quarto Diſputationum.*

* IVlianus libro vicenſimoſexto Digeſtorum ſcripſit, ſi pupillus [d] paterna hereditate ſe abſtinuiſſet, [e] deinde ei aliquis heres extitiſſet, non eſſe eum [f] cō- C pellendum creditoribus paternis [g] reſpondere:niſi ſubſtitutus ei [h] fuit. Inclinat [i] enim in hoc, vt putet [k] ſubſtitutum [l] etiam patris [m] onera ſubiturum. [n] Quæ ſententia à Marcello rectè notata [o] eſt. Impugnat [p] enim vtilitatem pupilli, qui [q] ipſe ſaltem [r] poteſt habere ſucceſſorem. [ſ] Metu enim onerum patris timidius quis [t] etiam impuberis [u] hereditatē adibit. Alioquin [x] (inquit [y]) & ſi frater [z] fuit, omiſſa cauſa teſtamēti ab inteſtato poſſidebit [a] hereditatem, & quidem impune. Nec enim videtur [b] voluiſſe fraudare edictum, [c] qui ſibi proſpicit ne oneribus patris pupilli hereditas [d] implicaretur. Sed quod in fratre ſcripſit, credo ita intellegendum, ſi non impuberis frater fuit, ſed teſtatoris. [e] Cæterùm [f] vtique ſi frater

*In vulg. incipit.l. Si pupillus.

S*I pupillus.*] CASVS. Filium meū impuberem & Titium mihi heredem inſtitui,& deceſſi. Titius adiuit hereditatem meam pro ſua parte: impubes autem abſtinuit: & poſtea deceſſit dictus impubes, & Sempronius extitit ei heres. nunquid ille Sempronius pro dimidia debet reſpōdere creditoribus meis?& dicitur quòd non. & hoc fuit primum dictum Iuliani,& bonum. Secundò dixit Iulian. quòd ſi ego ſubſtituiſſem dicto impuberi dictum Sempronium retento eodem caſu, quòd ipſe ſubſtitutus debet ſuſtinere onera hereditatis meæ pro ea parte qua impuberem inſtitui. mea enim voluntate ſucceſſit filio meo impuberi prædicto:licet impubes à mea hereditate abſtinuerit. & hoc vſque ad verſi. quæ ſententia &c.Tertiò dicit Iuli.in verſi.alioquin &c.quòd ſi dictus Sempronius quem ſubſtitui filio meo impuberi,eſſet frater, bene poſſet onera heredi.meæ euitare, ſcilicet omittendo cauſam teſtamenti pupillaris,id eſt ſubſtitutionis quam de eo feci filio meo impuberi,& ab inteſtato hereditatem impuberis poſſidendo:& ſine pœna poteſt hoc facere.nam non videtur dictus Sempronius voluiſſe D fraudare edictum,ſi quis omiſ.cauſa teſta.proſpiciendo ſibi ne pupilli hereditas implicaretur oneribus hereditatis meæ patris. dominus autem Mar.reprehendit in verſic.quæ ſententia &c.ſecundum dictum Iul.in quo dixit Iulia. vt dictum eſt, quòd ſubſtitutus impuberi debet ſuſtinere onera hereditatis teſtatoris pro ea parte qua impubes fuit inſtitutus, etiam ſi impubes abſtinuit ſe ab heredi. & dicit quòd etiam eo caſu non tenetur dictus ſubſtitutus: quia illud quod dixit Iulianus, eſſet contra vtilitatem impuberis: quæ vtilitas eſt vt habeat ſucceſſorem: qui pupillus de iure poteſt habere ſucceſſorem, etiam ſi ipſe pupillus non ſit heres patris. quis enim vellet eſſe ſucceſſor impuberis, ſi timeret quòd propter ſucceſſionem impuberis deberet ſuſtinere onera hereditatis patris, à cuius heredi. abſtinuit ſe impubes: vt dictum eſt? q. d. nullus. ſiue ergo Sempronius prædictus ſuccedat impuberi ab inteſtato, vt in primo caſu Iul. ſiue ex ſubſtitutione, vt in ſecundo caſu: non debet ſuſtinere onera heredi. patris, cum E impubes ſe abſtinuerit à patris hereditate, vt dictum eſt. Tertium autem dictum Iulian. remanet firmum, cum determinatione tamen domini Vlpian. cuius eſt hæc. l.dicit enim dictus Vlpianus eſſe intelligendum dictum tertium Iulia. in fratre teſtatoris, & nō in fratre impuberis.ſi enim eſſet dictus Sempronius frater impuberis,& eſſet ſubſtitutus impuberi,vt dictum eſt:& eſſet Titius inſtitutus cum impubere, vt dictum eſt: & adiuiſſet Titius pro ſua parte,vt dictum eſt: & impubes abſtinuiſſet pro ſua parte, vt dictum eſt: & poſtea deceſſiſſet dictus impubes, vt dictum eſt: & ſubſtitutus vellet de iure ciuili omittere cauſam teſtamenti pupillaris, & ab inteſtato hereditatem impuberis poſſidere, ſicque ſibi proſpicere,vt oneribus heredi.patris impubes non teneatur: non poteſt hoc facere, cum ſit ſine dubio neceſſarius heres patris de iure ciuili quantum ad ſuſtinenda dicta onera hereditatis. & hoc dicit à verſi.ſed quod in fratre &c.vſque ad.§.ſi in ſocietatem. credo tamen quòd ſicut impubes per prætorem habet ius abſtinendi ab hereditate patris:ita & frater ſuus ei ſubſtitutus. [SI IN SOCIETATEM.] Titius filius meus me viuo inchoauit ſocietatem cum quibuſdam, & poſt mortem meam perſeuerauit in eadem ſocietate. nunquid propter hoc videtur ſe immiſcere hereditati meæ, vt oneribus hereditariis teneatur? Et diſtinguitur, vtrum rem cœptā in dicta ſocietate ſub patre perfecit poſt mortem patris, & tūc videtur ſe immiſcere hereditati meæ. an nouam inchoauerit: & tunc non videtur ſe immiſcere. Quid ſi ſeruum meum manumiſit poſt mortē meam? certe bene videtur ſe īmiſcuiſſe. Quid ſi dictus meus filius erat miles, & de caſtrēſi peculio emit à me ſeruos, & ego poſtea eū heredem inſtitui, & rogaui eū quòd dictos ſeruos manumitteret, & poſtea deceſſi, & ipſe abſtinuit ſe ab hereditate mea,& poſtea manumiſit dictos ſeruos: nunquid videtur ſe immiſcuiſſe hereditati meæ? Et dicitur quòd non, niſi hoc euidenter oſtēdatur quòd quaſi heres manumiſit. Viuianus.

d *Si pupillus.* aliàs, Iulianus lib.xxvj.Digeſt.ſcribit.ſed tunc nō habetur paulò poſt,Iul.ſcribit.aliàs,ſi pupillus.
e *Abſtinuiſſet.* per in integrum reſti.poſtquam ſe immiſcuerat.Vel dic ab initio ſe abſtinuit: ſed habebat coheredem qui adiuit: vel nullum habebat:vt iam dicam.Accurſius.
f *Eum.* ſcilicet heredem pupilli.
g *Paternis.* id eſt patris pupilli.
h *Ei.* id eſt pupillo.Accurſius.
i *Inclinat.* ſcilicet Iulianus per hoc quod dicit,niſi ſubſtitutus.
k *Vt putet.* ſed malè,vt ſtatim ſubiungit.
l *Subſtitutum.* ſcilicet pupilli.
m *Patris.* pupilli.
n *Subiturum.* hoc ideo,quia patris voluntate ſuccedit.Azo.
o *Notata.* id eſt reprehenſa.
p *Impugnat.* ſententia Iuliani.
q *Qui.* pupillus.
r *Saltem.* & ſi partem non habeat.
ſ *Succeſſorem.* ſubſtitutum ſcilicet, quamuis pater non habeat.& hoc notat,ſaltem.ſed ſi non tenet paternum,quo modo tenet pupillare:vt.s̃.de vulga.ſubſtit.l.ij.§.adeo.&.s̃.eo.l. quæſitum. in fine? Reſpon.pater non habuit hunc,ſed alium.uel pater nullum alium habuit:& tenet eius teſtamentum, licet hic abſtinuit: quia ſemel fuit heres: ſed per reſtitutionem eſt abſtentus: vnde nihilominus heres permanet: vt.s̃.de mino.l.& ſi ſine. §.ſed quod Pap. Vel dic quod ab initio abſtinuerit:ſed nihilominus remanet heres:vt.j̃.de fideicom.liber.l.cum quaſi.§.ſed & ſi quis.
t *Quis.* ſubſtitutus impuberi.Accurſius.
u *Impuberis.* ſcilicet tantùm,non patris.
x *Alioquin.* prædicta in extraneo inſtituto:alioquin &c.
y *Inquit.* Iuli.temperando quod dixerat.Vel dic Marcellus.q.d.& ſi verum dixiſſet Iulia.alia via occurreretur eius dicto.
z *Frater.* teſtatoris:vt.j̃.apparet ibi,ſi quid &c.
a *Poſſidebit hereditatem.* ſcilicet impuberis. & hoc innuit cū poſtea dicit,pupilli hereditas implicaretur.
b *Nec enim videtur.* Not. non cōmittit dolum qui fraudem repellit.ſic.j̃.de leg.ij.l.cū pater.§.Titio.&.j̃.ſi quis omiſ. cau.teſta.l. qui autem.§.non ſimpliciter.&.l.mater.§.j.&.s̃.de inoffic.teſta.l. Papinianus.§.quarta.in fi.§.

Dolum non committit qui fraudē repellit.

c *Edictum.* quod coercet eos qui omiſſa cauſa teſta. poſſident ab inteſtato:vt.j̃.ſi quis omiſſa cau.teſta.l.j.
d *Hereditas.* quam adiit.Accurſius.
e *Teſtatoris.* qui aliàs ab inteſtato erat habiturus bona impuberis: quia patruus.Accur.Floren.
f *Cæterùm.* nam frater pupilli reſpondebit creditoribus paternis: